ad Beatam Virginem Czestochoviae ex voto secessit. Sed desiderio fidelium in fide confirmandorum incensus revertit, nolens diu extra paroeciam commorari, etsi multis difficultatibus et persecutionibus haereticorum se exponebat, qui eum in vincula coniecerunt, multisque ei tormentis illatis, etiam arcana dynastae de Lobkowitz in exhomologesi cognita extorquere voluerunt. Tamen fidelis sacerdos feritatem carnificum superavit. Post triginta tres dies inter acerbissimos dolores in carcere Olomucensi, orationi et contemplationi rerum caelestium deditus, ope linguae ob difractas manus in cotidiana recitatione horarum canonicarum paginas vertens, Deo animam reddidit die 12 Martii, anno 1620.

Cum autem singularis animi firmitas Servi Dei in tolerandis pro catholica fide suppliciis celebritatem eidem conciliaverit inter fideles, Pius IX Pontifex Maximus, servatis de iure servandis, eum Beatorum Caelitum albo 1859 accensuit. Cultus vero et pietas in hunc presbyterum et martyrem magis in dies aucti sunt, praesertim in dioecesibus Olomucensi et Katovicensi, concessis a Deo supernis gratiis et signis per intercessionem ipsius Beati. Quamobrem Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii Olomucensis et Katovicensis Summum Pontificem enixe adprecati sunt ut Causa canonizationis Beati Ioannis Sarkander rite resumeretur.

Instante igitur Rev.do P. Michaele Machejek, Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, huius Causae legitimo Postulatore, habitus est, die 19 Iunii anno 1981, Congressus Ordinarius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo disceptatum est super dubio : *An resumenda sit Causa canonizationis in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Cardinalis Praefectus una cum Officialibus Praelatis ceterisque suffragium ferentibus, omnibus mature perpensis, adfirmando responderunt, si id Summo Pontifici placuisset.

Facta postmodum subsignato die Beatissimo Patri Ioanni Paulo II relatione, Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habuit et confirmavit, et *Causam canonizationis Beati Ioannis Sarkander, Martyris, esse resumendam edixit.*

Datum Romae, die 31 Iulii A. D. 1981.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. & S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

VICARIATO DI ROMA

Causa di beatificazione del Servo di Dio Josemaria Escrivâ de Balaguer, Sacerdote, Fondatore della Società Sacerdotale della Santa Croce (Opus Dei).

EDITTO

per la raccolta degli scritti

Essendo iniziato presso il Tribunale del Vicariato di Roma il processo cognizionale sulla vita e le virtù in genere nonché sui miracoli e sui doni superni del Servo di Dio Josemaría Escrivá de Balaguer, Sacerdote, Fondatore dell'Opus Dei, e dovendosi perciò raccogliere, a norma del Codice di Diritto Canonico, tutti gli scritti a lui attribuiti, ordiniamo a tutti coloro che ne fossero in possesso di rimettere, con debita sollecitudine, a Noi personalmente o al Nostro Tribunale (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - 00184 Roma) qualsiasi scritto, sia esso manoscritto o stampato, originale o copia, che abbia per autore il detto Servo di Dio, di qualunque argomento esso tratti.

Coloro che gradissero ritenere gli originali, potranno presentare copie debitamente autenticate.

Ricordiamo inoltre a tutti e singoli i fedeli, ecclesiastici, religiosi o laici, lo stretto obbligo che loro impone il Codice di Diritto Canonico di darci notizia di tutto ciò da cui si possa argomentare contro la fama di santità del detto Servo di Dio, o contro i miracoli che si dicono avvenuti per sua intercessione.

Ordiniamo infine che il presente Editto rimanga affisso per la durata di quattro mesi continui alle porte del Vicariato e delle parrocchie di Roma, che sia portato a conoscenza dei fedeli di tutte quelle diocesi nelle quali possano reperirsi scritti del Servo di Dio, nei modi che l'Ordinario del luogo riterrà più opportuni, e che se ne dia inoltre la massima divulgazione anche a mezzo stampa.

Dato in Roma, dalla Sede del Vicariato, il 13 ottobre 1981.

Ugo Card. Poletti, *Vie. Gen., Giud. Ord.*

L. 8 S.

Giovanni Fanti, *cancelliere*

VICARIAT DE ROME

Cause de béatification du Serviteur de Dieu Josemaría Escrivá de Balaguer, Prêtre, Fondateur de la Société Sacerdotale de la Sainte-Croix (Opus Dei).

EDIT

pour la remise des écrits

Attendu que le procès informatif sur la vie et les vertus en général ainsi que sur les miracles et sur les dons surnaturels du Serviteur de Dieu Josemaría Escrivá de Balaguer, Prêtre, Fondateur de l'Opus Dei, est commencé auprès du Tribunal du Vicariat de Rome, et attendu que, aux termes du Code de Droit Canonique, doivent être recueillis tous les écrits qui lui sont attribués, Nous ordonnons à quiconque en possède d'envoyer personnellement à Nous ou à Notre Tribunal (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - 00181 Róma), avec la diligence due, tout écrit, tant manuscrit qu'imprimé, original ou copie, quel qu'en soit le sujet, qui ait pour auteur le susdit Serviteur de Dieu. Les personnes qui désirent garder les originaux pourront présenter des copies dûment authentifiées. Nous rappelons de plus à tous et chacun des fidèles, ecclésiastiques, religieux ou laïcs, que le Code de Droit Canonique leur impose la stricte obligation de Nous faire connaître tout ce qui pourrait fournir des arguments contre la réputation de sainteté du Serviteur de Dieu ci-dessus mentionné, ou contre les miracles que l'on dit avoir été obtenus par son intercession. Nous ordonnons enfin que le présent Edit demeure exposé durant quatre mois consécutifs aux portes du Vicariat et des paroisses de Rome, qu'il soit porté à la connaissance des fidèles de tous les diocèses où pourraient être trouvés des écrits du Serviteur de Dieu, de la façon que l'Ordinaire du lieu jugera la plus opportune, et que de plus on lui donne la plus grande diffusion possible, y compris par la presse.

Donné à Rome, au Siège du Vicariat, le 13 octobre 1981.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, 5 Dicembre 1981, S. E. il Signor JOSÉ MARIA ALVAREZ DE TOLEDO, Ambasciatore di Argentina presso la Santa Sede.[1]

Lunedì, 7 Dicembre 1981, S. E. il Signor ERNESTO RTJIZ RADA, Ambasciatore di Bolivia presso la Santa Sede.[2]

Giovedì, 10 Dicembre 1981, S. E. il Signor ZVONIMIR STENEK, Ambasciatore di Jugoslavia presso la Santa Sede.[3]

Sabato, 12 Dicembre 1981, S. E. il Signor ALEJANDRO BANEGAS, Ambasciatore di Honduras presso la Santa Sede.[4]

Giovedì, 17 Dicembre 1981, S. E. il Signor MANUEL DE GUZMÁN POLANCO, Ambasciatore di Ecuador presso la Santa Sede.[5]

Sabato, 19 Dicembre 1981, S. E. il SIGNOR CARLOS DOBAL MARQUEZ, Ambasciatore della Repubblica Dominicana presso la Santa Sede.[6]

Giovedì, 3 Dicembre 1981, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Preposti ai sacri Dicasteri della Curia Romana.

[1] *Inizio della Missione: 2 Settembre 1981.*
[2] *Inizio della Missione: 8 Settembre 1981.*
[3] *Inizio della Missione: 29 Settembre 1981.*
[4] *Inizio della Missione: 80 Settembre 1981.*
[5] *Inizio della Missione: 2 Ottobre 1981.*
[6] *Inizio della Missione: 2 Ottobre 1981.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

7 dicembre 1981. Mons. Traian Crisan, Arcivescovo titolare eletto di Drivasto, *Segretario della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi:*

11 » » S. E. Mons. Paolo Fouad Tabet, Arcivescovo titolare di Sinna, *Pro-Nunzio Apostolico in Dominica.*

» » » S. E. Mons. Renato Raffaele Martino, Arcivescovo titolare di Segerme, *Pro-Nunzio Apostolico in Singapore.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

9 novembre 1981. Gli Em.mi Signori Cardinali Giovanni Benelli, Bernardin Gantin e Giuseppe Caprio, *Membri del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

4 dicembre » Mons. Vincenzo Carbone e P. Giovanni Lozano C. M. F., *Consultori « ad aliud quinquennium » delia Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

7 » » Mons. Fabijan Veraja, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

9 » » S. E. Mons. Octavio Nicolás Derisi, Vescovo titolare di Raso, *Consultore della Sacra Congregazione per r Educazione Cattolica.*

10 » » S. E. Mons. Alois Wagner, Veseovo titolare di Siccenna, *Vice Presidente del Pontificio Consiglio « Cor unum ».*

11 » » Mons. Leone Fiorelli e Mons. Giampietro Pozzi, *Capi Ufficio nella Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

14 giugno 1981. Mons. Max Thurnreiter (Passau).
26 settembre » Mons. Mario Meloni (Ales). •

Prelati d'Onore di Sua Santità:

21 luglio 1980. Mons. Elmo Luis Vergara (Dumaguete).
14 giugno 1981. Mons. Max Absmeier (Passau).
» » » Mons. Matthäus Kaiser (Passau).

21	agosto	1981.	Mons. Domenico Mele (Melfi-Rapolla-Venosa).
27	»	»	Mons. Paul Hust-Pleuroux (Besançon).
26	settembre	»	Mons. Alexander Zienkiewicz (Wroclaw).
30	»	»	Mons. Vicente Proaño Gil (Burgos).
14	ottobre	»	Mons. Aldo Rebeschini (Melbourne).
11	novembre	»	Mons. Celestino Vaiani (Città di Castello).

Cappellani di Sua Santità:

21	luglio	1980»	II sac. José J. Agan (Dumaguete).
31	»	»	II sac. Antonio Vicente (Dumaguete).
8	gennaio	1981.	II sac. Seth F. Hermoso (Dumaguete).
21	agosto	»	II sac. Dante Casorelli (Melfi-Rapolla-Venosa).
	»	»	II sac. Pasquale Di Giacomo (Melfi-Rapolla-Venosa)
»	»	»	II sac. Pasquale Giambersio (Melfi-Rapolla-Venosa).
»		»	II sac. Emmanuele Laconca (Melfi-Rapolla-Venosa).
»	»		II sac. Domenico Telesca (Melfi-Rapolla-Venosa).
			II sac. Francesco Zuzzi (Melfi-Rapolla-Venosa).
21	settembre	»	II sac. Vincenzo Pugliesi (Reggio Calabria).
26	»	»	II sac. Thaddaeus Kisinski (Wroclaw).
»	»	»	II sac. Leo Czaja (Wroclaw).
»	»	»	II sac. Ladislaus Bochnak (Wroclaw).
»		»	II sac. Stephanus Wójcik (Wroclaw).
»	»	»	II sac. Ioannes Tympalski (Wroclaw).
30		»	II sac. Loreto Viscuso (Caltanissetta).
11	novembre		II sac. Nazzareno Amantini (Città di Castello).
»			II sac. Loris Giacchi (Città di Castello).
	»		II sac. Piero Luigi Guerri (Città di Castello).
	»		II sac. Fernando Tofanelli (Città di Castello).
»	»		II sac. Pietro Bottaccioli (Gubbio).
»	»	»	II sac. Venanzio Lucarini (Gubbio).
»	»	»	II sac. Otello Marrani (Gubbio).
»		»	II sac. Giovanni Nagni (Gubbio).
»	»		II sac. Gaetano Turziani (Gubbio).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

4	ottobre	1981.	Al sig. Mario Viora (Ivrea).
»	»	»	Al sig. Raffaello Breda (Roma).
»	»	»	Al sig. Giancarlo Castiglioni (Roma).
»	»	»	Al sig. Francesco Crucitti (Roma).
»	»	»	Al sig. Corrado Manni (Roma).

i ottobre 1981. Al sig. Ugo Manzoli (Roma).
» » » Al sig. Luigi Ortona (Roma).
» » » Al sig. Antonio Sanna (Roma).
» » » Al sig. Attilio Romanini (Roma).
» » » Al sig. Gianfranco Fegiz (Roma).
» » » Al sig. Giuseppe Giunchi (Roma).
19 » » Al sig. Guglielmo Gualdi (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

30 luglio 1981. Al sig. Mario Ragghienti (Lucca).
» » » Al sig. Renzo Papini (Lucca).
» » » Al sig. Fernando De Andrade Serra (Brasile)
18 settembre Al sig. Arnaldo D'Addario (Firenze).
4 ottobre Al sig. Giovanni Salgarello (Roma).
» » Al sig. Alfredo Wiel Marin (Roma).
» » » Al sig. Fabio Zucchetti (Roma).
» Al sig. Francesco Beccia (Roma).
» » » Al sig. Gianfranco Fineschi (Roma).
» Al sig. Ermanno Manni (Roma).
» » Al sig. Giorgio Macchi (Roma).
19 » » Al sig. Giulio Cesare Nicotra (Roma).
» » » Al sig. Raffaele Del Porto (Roma).
» » Al sig. Giampiero Gasparro (Roma).
» Al sig. Giancarlo Bureca (Roma).
» » Al sig. Alessandro Sabato (Roma).
» » Al sig. Rodolfo Proietti (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13 luglio 1981. Al sig. Josef Nowak (Hildesheim).
23 » Al sig. Mario Salvatore Mennonna (Nardo)
» » Al sig. Franco Filograna (Nardo).
» » Al sig. Pino Antonio Mennonna (Nardo).
» » Al sig. Luigi Fulgido (Nardo).
» » » Al sig. Vincenzo Romano (Nardo).
» » Al sig. Giovanni De Vitis (Nardo).
» » » Al sig. Maurice Gallois (Créteil).
4 ottobre Al sig. Paolo Pola (Roma).
» » » Al sig. Antonio Butti (Roma).
» Al sig. Giuliano Pelosi (Roma).
» » » Al sig. Sabatino Baglioni (Roma).
» » » Al sig. Ferdinando Cannelloni (Roma).
19 » » Al sig. Antonio Salvatorelli (Roma).
» » » Al sig. Paolo Giudiceandrea (Roma).
» » Al sig. Igino Marino (Roma).
» Al sig. Alberto Venuti (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

4 ottobre 1981. Al sig. Luigi Candia (Roma).
» » » Al sig. Emilio Tresalti (Roma).
» » Al sig. Giuseppe Morgante (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21 settembre 1981. Al sig. Vittorio De Palo (Bari).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 giugno 1981. Al sig. Giovanni Ciolli (Roma).
» » » Al sig. Renato Guaitoli (Roma).
18 luglio » Al sig. Rocco Manzolillo (Teggiano-Policastro).
25 » » Al sig. Michel Moreau (Nantes).
7 agosto Al sig. Natale Burlazzi (Guastalla).
» » » Al sig. Arman Naserallah Gorghiss (Babilonia dei Caldei)
1 settembre » Al sig. Aniello Ferrara (Roma).
18 » Al sig. Giorgio Caronna (Roma).
4 ottobre » Al sig. Tommaso Fiaschetti (Roma).
» » » Al sig. Eugenio Alcini (Roma).
» Al sig. Sergio Magalini (Roma).
» » Al sig. Corrado Colagrande (Roma).
» » » Al sig. Enrico Bock (Roma).
» » » Al sig. Marco Castagneto (Roma).
» Al sig. Enrico Fedele (Roma).
24 » » Al sig. Nicola D'Antuono (Nocera dei Pagani).

il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 giugno 1981. Al sig. Günter Michalke (München und Freising).
» » » Al sig. Clemens Riedel (München und Freising).
» » Al sig. Georg Smolka (München und Freising).
22 » » Al sig. Joannes M. Sanders (Roermond).
» » Al sig. Gerardum G. P. M. Tomlow (Roermond).
» Al sig. Joannes P. G. Loomans (Bois-le-Duc).
» » » Al sig. Adrianus T. L. van Thiel (Utrecht).
26 » Al sig. Luciano Bartoli (Roma).
8 luglio » Al sig. Cesare Ambrosetto (Bologna).
» Al sig. Cesarino Bianchi (Bologna).
» » » Al sig. Egidio Buggini (Bologna).
» » Al sig. Alfonso Chiodini (Bologna).
» » » Al sig. Giuseppe Nipoti (Bologna).
25 » Al sig. Piero Terabuso (Oasale Monferrato).
M **» Al sig." Deogracias Pinili y Teves (Dumaguete).**
4 ottobre » Al sig. Leonardo Porzia (Roma).

12 novembre » Al sig. Attilio Magnavacca (Bologna).
» » » Al sig. Arnaldo Mazzanti (Bologna).
» » » Al sig. Primo Vecchi (Bologna).

NECROLOGIO

11 dicembre 1981. Mons. Giovanni Graveiii, Arcivescovo tit. di Suas.
12 » » Mons. Manuel Ferreira Cabrai, Vescovo tit. di Dumio.
14 Mons. Antonio Ravagli, Vescovo tit. di Montecorvino.
» Mons. Paolo Mosconi, Arcivescovo tit. di Leges.
Mons. Joseph Nguyên-Thiên-Khuyên, Coadiutore con successione del Vescovo di Phat Diem *(Vietnam).*
15 » Mons. Leopoldo Teofili, Arcivescovo di Lanciano e Ortona *(Italia).*
22 » Mons. Bernardo José Bueno Miele, Arcivescovo di Riberâo Preto *(Brasile).*
28 » Mons. Tommaso Leonetti, Arcivescovo già di Capua *(Italia).*
30 » Card. Franjo Seper, del Titolo dei SS. Pietro e Paolo in Via Ostiense.
1 gennaio 1982. Mons. Josef Kòstner, Vescovo già di Gurk *(Austria).*
3 » » Mons. Pacifico M. Luigi Perantoni, O.F.M., Arcivescovo già di Lanciano e Ortona *(Italia).*
4 » » Mons. Francisco Maximiano Valdés Subercaseaux, O.F.M. Cap., Vescovo di Osorno *(Cile).*
5 » » Mons. Secondo Chiocca, Vescovo tit. di Cesarea di Bitinia.

An. et vol. LXXIV 3 Februarii 1982 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librerìa Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad Episcopos, Sacerdotes et Christifideles totius Ecclesiae Catholicae: de Familiae Christianae muneribus in mundo huius temporis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

1. FAMILIARIS CONSORTIO aetate nostra, ut aliud fortasse institutum nullum, mutationibus amplis, praegravibus, velocibus societatis et cultus humani implicatur. Multae quidem familiae, in hac rerum condicione versantes, fideles manent illis bonis, quae fundamentum instituti familiaris efficiunt. Aliae vero incertae sunt ac turbatae ratione habita officiorum, quibus obstringuntur, aut etiam dubitantes et paene ignarae supremae significationis et veritatis vitae coniugalis familiarisque. Aliae demum variis condicionibus iniustitia notatis impediuntur ne primaria iura sua tueantur.

Ecclesia sibi conscia matrimonium et familiam unum e bonis pretiosissimis generis hominum esse, nuntium suum cupit afierre et auxilium polliceri iis qui, vim bonumque matrimonii et familiae iam cognoscentes, inde fideliter vivere student, qui haerentes et anxii veritatem exquirunt et qui iniuste praepe-

diuntur ne libere in vita sua ad effectum adducant propositum suam circa familiam. Illos confirmando, hos illuminando, ceteros iuvando Ecclesia paratam se praebet unicuique ministrare, qui de sorte matrimonii et familiae sit sollicitus.[1]

Potissimum autem ea ad iuvenes convertitur, qui matrimonium sunt inituri familiamque condituri, ea mente ut iis novos veluti prospectus patefaciat iisque auxilietur ad detegendam pulchritudinem et magnitudinem vocationis ad amorem ac ministerium vitae pertinentis.

2. Postrema Synodus Episcoporum, a die XXVI mensis Septembris ad diem XXV Octobris anno MCMLXXX Romae celebrata, documento fuit quanto studio in familiam teneretur Ecclesia. Ea profecto continuatio consentanea fuit duorum eiusmodi coetuum, qui praecesserant:[2] christiana enim familia est prima communitas, cuius est Evangelium personae humanae crescenti annuntiare eamque progrediente educatione et catechesi ad plenam maturitatem humanam et christianam perducere.

Praeterea recens haec Synodus cogitatione ac mente quodammodo etiam ad Synodum de sacerdotio ministeriali ac de iustitia in mundo huius temporis revocatur. Etenim familia, quatenus est communitas institutoria, hominem adiuvare debet ad discernendam propriam vocationem ac necessarium suscipiendum officium ad maiorem spectans iustitiam, eumque inde ab initio ad rationes inter personas intercedentes formare, quae iustitia et amore commendentur.

Synodi Patres, Coetus finem facientes, amplam nobis exhibuerunt indicem propositionum, quo fructus considerationum suarum collegerant, quibus per plures dies impense transactos institerant, et unanimi sententia nos rogaverunt ut coram ho-

[1] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 52.

[2] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Homilia habita ineunte VI Synodo Episcoporum, 2 (26 Sept. 1980): *AAS* 72 (1980), 1008.

milium genere nuntii essemus acris sollicitudinis Ecclesiae de familia et ut opportunas traderemus normas eo pertinentes ut renovatum susciperetur officium pastorale in hac primaria parte vitae humanae et ecclesialis.

Id muneris per hanc Adhortationem Apostolicam implentes, quasi ministerium apostolicum nobis commissum peculiari ratione adducentes ad effectum, gratum animum cupimus omnibus Synodi sodalibus significare quod doctrina sua et experientia tam frugifere ad rem operam contulerunt idque nobis tribuerunt praesertim « Propositionibus », quarum textum Pontificio Consilio de Familia tribuimus, mandantes ut eum studiose penitusque cognoscat ea mente ut singulas facies thesauri, qui in illo continetur, in lumine ponat et provehat.

3. Ecclesia, fide illuminata, ex qua totam veritatem de pretioso bono matrimonii et familiae et altissimas eorum significationes cognoscit, iterum urgeri se sentit ut Evangelium, id est « bonum nuntium », omnibus sine ullo discrimine deferat, praesertim vero cunctis, qui ad matrimonium vocati sunt ad idque se componunt, necnon universis coniugibus ac parentibus, qui sunt per orbem terrarum.

Ecclesiae eidem penitus persuasum est solum acceptione Evangelii omnem spem plane impleri, quam homo merito in matrimonio et familia collocat.

Matrimonium et familia, a Deo in ipsa creatione instituta,[3] intrinsecus eo spectant ut in Christo compleantur,[4] eiusque indigent gratia ut a vulneribus peccati[5] sanen tur atque ad suum « initium »[6] revocentur, id est ad plenam cognitionem et ad integram effectionem consilii divini.

[3] Cfr. *Gn* 1-2.

[4] Cfr. *Eph* 5.

[5] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 47; Ioannes Paulus PP. II, Epistula *Appropinquat iam,* 1 (15 Aug. 1980): *AAS* 72 (1980), 791.

[6] Cfr. *Mt* 19, 4.

Hoc tempore historiae, quo familia multis impetitur viribus, eam delere aut saltem deformare nitentibus, Ecclesia, probe conscia salutem societatis suamque ipsius arcte cum fausta condicione familiae conecti,[7] modo vehementiore et urgentiore munus suum percipit omnibus consilium Dei de matrimonio ac familia declarandi, cuius plenum vigorem et promotionem humanam et christianam in tuto collocet, ac sic conferat ad renovationem societatis ipsiusque Populi Dei.

I

4. Quoniam consilium Dei de matrimonio et familia virum et mulierem respicit in ipso cotidianae vitae usu constitutos ac quidem in certis ac definitis condicionibus socialibus et *culturalibus,* Ecclesia ut ministerium suum adimpleat, studeat oportet cognoscere adiuncta, in quibus matrimonium et familia temporibus nostris efficiuntur.[8]

Haec igitur cognitio opere Evangelii nuntiandi modo pernecessario postulatur. Re quidem vera Ecclesia ad ipsas familias huius aetatis Evangelium Iesu Christi, immutabile semper autem novum, debet perferre, ad familias dicimus, quae, in condicionibus mundi huius temporis versantes, vocantur ad accipiendum consilium Dei de se ipsis et ad vitam secundum id ducendam. Quin immo postulationes impulsionesque Spiritus in eventibus historiae animadvertuntur; quapropter Ecclesia altius perspicere valet inexhaustum mysterium matrimonii ac familiae ex ipsis etiam rerum condicionibus, postulationibus, anxietatibus et exspectationibus iuvenum, coniugum, parentum, qui hac sunt aetate.[9]

[7] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 47.

[8] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita ad Consilium Secretariae Generalis Synodi Episcoporum (23 Febr. 1980): *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* III, 1 (1980), 472-476.

[9] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 4.

Aliud praeterea est addendum, in quod mens ulterius intendatur; quod peculiaris momenti est nostris temporibus. Haud raro enim viro et mulieri hodie vitam agentibus, qui ad graves quaestiones vitae coniugalis et familiaris suae animo sincero et studiose indagante responsa exquirunt, imagines et propositiones, etiam allicientes, exhibentur, quae tamen varia quidem ratione veritatem et dignitatem personae laedunt humanae. Haec proponuntur saepe ope valentis et longe lateque manantis instituti instrumentorum communicationis socialis, quae libertatem et habilitatem obiective iudicandi callide in periculum adducunt.

Cuius quidem periculi, in quo persona versatur, iam multi sunt conscii atque ad veritatem provehendam incumbunt. Quibus Ecclesia, evangelica diiudicandi facultate praedita, sociatur, ministerium suum pollicens, quo veritati, libertati et dignitati uniuscuiusque viri et mulieris deservit.

5. Hoc rectum iudicium ab Ecclesia factum evadit directio, quae proponitur, ad servandam et efficiendam totam veritatem ac plenam dignitatem matrimonii et familiae.

Idem iudicium fit sensu fidei,[10] qui est donum a Spiritu omnibus fidelibus impertitum," estque igitur opus totius Ecclesiae secundum varietatem multiplicium donorum et charismatum, quae, una cum cuiusque munere et officio et secundum ea, ad altiorem intellectum et effectionem verbi Dei cooperantur. Ecclesia ergo proprium iudicium evangelicum non solum per Pastores facit, qui nomine et potestate Christi docent, sed etiam per laicos : « quos (Christus) ideo et testes constituit et sensu fidei et gratia verbi instruit (cfr. *Act* 2, 17-18; *Apoc* 19, 10), ut virtus Evangelii in vita quotidiana, familiari et sociali eluceat ».[12] Quin etiam laici propter peculiarem suam vo-

[10] Cfr. Conc, Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 12.

» Cfr. *1 Io* 2, 20.

[12] Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 35.

cationem singulari obstringuntur munere interpretandi, luce Christi affulgente, huius mundi historiam, quatenus vocantur ad illuminanda et ordinanda secundum consilium Dei Creatoris et Redemptoris ea quae sunt temporalia.

Verumtamen « supernaturalis sensus fidei »[13] non solum nec necessario in consensione fidelium est positus. Ecclesia enim Christum sequendo veritatem exquirit, quae non semper cum opinione maioris hominum congruit partis. Ea conscientiae praebet aures, non potestatibus, et hac in re pauperes et despectus defendit. Ecclesia potest quidem magni aestimare investigationes sociologicas et rationalis doctrinae proprias, si utiles sunt ad perspiciendas historicas rerum temporumque condiciones, in quibus actio pastoralis debet impleri, et ut veritatem melius cognoscat; tales vero investigationes solae non haberi possunt ilico significationes sensus fidei nuntiae.

Quoniam munus est ministerii apostolici curare ut Ecclesia in veritate Christi persistat et ut in eam usque altius penetret, Pastores sensum fidei in cunctis fidelibus debent promovere, cum auctoritate expendere et iudicare germanam indolem modorum, quibus ille exprimitur, credentes ad maturiorem usque intellectum veritatis evangelicae adducere.[14]

Coniuges vero ac parentes christiani queunt ac debent ipsi operam, pro qua nihil substitui potest, conferre ut germanum eiusmodi iudicium evangelicum fiat in variis condicionibus et cultus humani formis, in quibus vir et mulier vitam coniugalem et familiarem degunt. Ad hoc officium implendum eos habiles reddit ipsorum charisma seu donum proprium, id est donum sacramenti matrimonii.[15]

[13] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 12; Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, Declaratio *Mysterium Ecclesiae,* 2: *AAS* 65 (1973), 398-400.

[14] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 12; Const. dogm. *Dei Verbum* de Divina Revelatione, 10.

[15] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Homilia habita ineunte VI Synodo Episcoporum, 3 (26 Sept. 1980): *AAS* 72 (1980), 1008.

6. Condicio, in qua familia versatur, prae se fert facies positivas et negativas: quarum alterae signum sunt salutis Christi, qui in mundo operatur; alterae signum recusationis hominis, qui amori Dei obnititur.

Ex una enim parte conscientia habetur acrior libertatis personae et animus attentior ad qualitatem rationum in matrimonio inter personas intercedentium, ad promotionem dignitatis mulieris, ad procreationem *responsabilem,* **ad educationem liberorum; est praeterea conscientia necessitatis eo pertinentis ut rationes inter familias foveantur ad mutuum praebendum auxilium spiritale et materiale, detegitur rursus ecclesialis missio familiae propria necnon officium societatem iustiorem efficiendi. Ex altera tamen parte non desunt indicia deformationis quorundam bonorum fundamentalium, quae anxietatis est causa: agitur enim de errata notione theoretica et practica, ex qua uterque coniux est suae prorsus potestatis; de gravi ambiguitate quoad rationes auctoritatis inter parentes et filios ; de difficultatibus, in re positis, quas familia saepe experitur in bonis animi transmittendis ; de augescente numero divortiorum; de malo abortus; de usu in dies crebriore** *sterilizationis,* **quae dicitur; de inducto, qui vere proprieque dicitur, mentis habitu conceptioni adversante.**

Horum maiorum fons est saepe corrupta notio et experientia libertatis, quae habetur non capacitas efficiendi veritatem consilii Dei de matrimonio et familia, sed vis quaedam nulli obnoxia valendi haud raro contra alios ad propria commoda, sui amoris causa, tuenda.

Est etiam prae nobis ferendum in regionibus Tertii, qui dicitur, Mundi familiis saepe deesse sive primaria subsidia ad superstitem vitam degendam, veluti cibum, opus, habitationem, medicinas, sive potissimas formas libertatis. In regionibus autem lucupletioribus nimia prosperitas et mentis habitus in consumenda bona proclivis, coniunctus — quod mirum est — cum anxietate quadam et incertitudine quod ad futurum

attinet tempus, coniugibus magnanimitatem et fidentiam auferunt novas vitas humanas procreandi: quo fit ut vita saepe aestimetur non benedictio sed periculum avertendum.

Historica ergo condicio, in qua familia degit, eiusmodi est ut lux ac tenebrae inter se commisceantur.

Hoc ipsum ostendit historiam non esse simpliciter progressionem necessariam ad meliora, sed eventum libertatis, quin immo luctationem inter libertates, quae inter se opponantur, id est, secundum notam sancti Augustini sententiam, conflictationem inter duos amores: amorem videlicet Dei, qui usque ad contemptum sui pervenit, et amorem sui ipsius, qui ad contemptum Dei progreditur.[16]

Inde consequitur ut solum institutio ad amorem, in fide innixa, efficere possit ut capacitas interpretandi « signa temporum » obtineatur, quae sunt significationes historicae utriusque amoris.

7. Christifideles, in eiusmodi mundo vitam agentes, et sollicitationibus obnoxii, potissimum per instrumenta communicationis socialis illatis, non semper intacti manserunt nec manent ab obscuratione bonorum primariorum neque conscientia critica expendere valuerunt nec valent animorum culturam familiarem neque quasi subiecta, quae germanam humanitatis familiaris rationem comparent, ipsi efficere.

Inter indicia huius rei maximam sollicitudinem ingerentia Synodi Patres in lumine posuerunt: praesertim increbrescentem propagationem divortii et novam societatem vitae ab ipsis fidelibus initam; matrimonium mere civile acceptum, quod vocationi baptizatorum adversatur, eo pertinenti ut ((nuptias in Domino ineant » ; celebrationem matrimonii sacramentalis sine fide viva sed aliis causis moventibus; recusationem normarum moralium, quae sexualitatis exercitationem humanam et christianam in matrimonio regunt.

[16] Cfr. S. Augustinus, *De Civitate Dei,* XIV, 28: *CSEL* 40, II, 25 s.

8. Itaque universae Ecclesiae munus imponitur quam diligentissime res ponderandi et officia circa eas suscipiendi ut nova animorum cultura exsurgens penitus evangelizatur, ut veri nominis bona praestantia agnoscantur, ut iura viri et mulieris in tuto collocentur, ut iustitia in ipsis societatis structuris promoveatur. Hoc modo « nova humanitatis ratio » homines non amovebit a necessitudine cum Deo, sed eos plenius eodem conducet.

In huiusmodi humanitatis ratione efficienda scientia eiusque applicationes technicae novas immensasque exhibent facultates. Verumtamen scientia saepe contra significationem suam primigenam, id est contra promotionem personae humanae, saepe usurpatur propter assumptas in re politica partes, quibus eadem scientia quoad investigationem et applicationes modo decretorio dirigitur.

Oportet ergo omnes iterum conscii fiant primatus bonorum moralium, quippe quae sint praestantia bona personae humanae ut talis. Magnum officium, quo aetate nostra opus est ad societatem hominum renovandam, eo pertinet ut significatio ultima vitae eiusque bonorum primariorum mente denuo comprehendatur. Solum si conscientia primatus huiusmodi bonorum viget, fit ut usus immensarum facultatum, quae a scientia fluentia praesto sunt homini, reapse ad promotionem, tamquam ad finem, personae humanae in tota eius veritate, in eius libertate ac dignitate adducatur. Opus autem est ut scientia societur sapientiae.

Haec igitur verba Concilii Vaticani Secundi etiam ad quaestiones de familia possunt adhiberi : « Aetas ... nostra, magis quam saecula anteacta, tali sapientia indiget ut humaniora fiant quaecumque nova ab homine deteguntur. Periclitatur enim sors futura mundi nisi sapientiores susciten tur homines».[17]

Formatio igitur conscientiae moralis, qua omnis homo capax reddatur ad modos consentaneus dispiciendos ut secundum

[17] Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis. 15.

veritatem suam primigenam is evadat qualis sit oporteat, postulatum efficitur praecipuum, quod dimitti non licet.

Ipsa societas cum Sapientia divina in cultu humano temporum nostrorum est impensius restituenda. Cuius quidem Sapientiae homo particeps fit per Dei actionem creatricem. Atque tantum fidelitate erga hanc societatem familiae, quae nunc sunt, fructuose vim exercere poterunt ad mundum iustiorem magisque fraternum aedificandum.

9. Iniustitiae proficiscens ex peccato, quod etiam in mundi hodierni compagem alte invasit quodque familiam saepius impedit ne in se ipsa suisque iuribus primariis plene perficiatur, omnes resistere mentis animique conversione debemus, Christum crucifixum in amoris proprii negatione sectantes: huiusmodi vero conversio non poterit quin beneficam ac renovantem vim societatis quoque afferat structuris.

Postulatur quidem continua ac perennis conversio, quae, tametsi flagitat ut homo intus divellatur ab omni malo addicaturque bono secundum eius plenitudinem, tamen reapse efficitur quibusdam quasi gradibus, qui ulterius semper perducunt. Ita sane processus fit dynamicus, qui pedetemptim protenditur dona Dei necnon postulata eius amoris supremi et absoluti in totam vitam personalem et socialem hominis progressione quadam inserendo. Hac de causa via paedagogica est necessaria ducens ad incrementum, ut singuli fideles et familiae et populi, quin immo ipse cultus humanus, ab iis quae de Christi mysterio iam acceperint, profecti, ad alia patienter ferantur et uberiorem cognitionem plenioremque exsecutionem consequantur huiusce mysterii vitae suae adiunctam.

10. Congruit enim constanti Ecclesiae traditioni ut ex populorum cultus humani formis ea omnia, quae investigabiles Christi divitias melius significare possint, recipiantur.[18] Solum adiu-

[18] Cfr. *Eph* 3, 8; Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 44; Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 15 et 22.

vantibus cunctis cultus humani rationibus, tales divitiae clarius usque elucere poterunt atque Ecclesia ipsa cotidie progredi valebit ad altiorem et perfectiorem veritatis cognitionem, quae ei iam a Domino eius tota est tradita.

Duplici defixo principio convenientiae variarum animi culturae formarum cum Evangelio assumptarum et communionis cum Ecclesia universa, procedere in studiis oportebit maxime Conferentias episcopales et Curiae Romanae Dicasteria, ad quae res pertinet, procedere etiam in pastorali industria ut haec fidei christianae quasi cultus humani inductio amplius usque eveniat, etiam in ipsa matrimonii familiaeque provincia.

Per eandem cultus humani inductionem progressus fit plenam ad redintegrationem foederis cum Dei Sapientia, quae Christus est ipse. Etenim illis etiam animi culturae formis locupletabitur omnis Ecclesia, quae, licet technologia careant, humana tamen sapientia abundant praestantibusque bonis moralibus vivifican tur.

Ut autem itineris illius meta patesceret ac proinde via eo ferens tuto commonstraretur, Synodus merito imprimis funditus ponderavit pristinum Dei consilium super matrimonio et familia : « redeundum videlicet est ad principium » secundum Christi praeceptionem.[19]

II

11. Hominem Deus ad suam condidit imaginem et similitudinem:[20] **in vitam excitans eum** *ex amore* **simul destinavit illum** *ad amorem.*

Deus est amor[21] **in seque vivit ipse ex mysterio personalis amoris communionis. Ad suam imaginem creans ac perpetuo in vita conservans humanam naturam viri ac mulieris, Deus indidit ei vocationem ac propterea potestatem et officium, cum**

[19] **Cfr.** ***Mt*** **19, 4 ss.**
[20] **Cfr.** ***Gn 1,*** **26 s.**
[21] ***1 Io*** **4, 8.**

conscientia coniunctum, amoris atque communionis.[22] Quocirca amor est princeps et naturalis cuiusque hominis vocatio.

Uti spiritus incarnatus, anima nempe, quae in corpore manifestatur, et corpus immortali spiritu informatum, homo ad amandum vocatur in hac una sui summa. Corpus etiam humanum amplectitur amor redditurque id particeps spiritalis amoris.

Cognoscit revelatio christiana proprios modos duos implendi hanc ad amorem vocationem personae humanae omnibus ex eius partibus : matrimonium ac virginitatem. Utrumque sub forma propria est solida quaedam declaratio veritatis altissimae de homine, veritatis scilicet, ex qua « est ad Dei imaginem ».

Sexualitas ideo, per quam vir ac femina se dedunt vicissim actibus coniugum propriis sibi ac peculiaribus, minime quiddam est dumtaxat biologicum, sed tangit personae humanae ut talis veluti nucleum intimum. Sexualitas modo vere humano expletur tantummodo, si est pars complens amoris, quo vir et femina sese totos mutuo usque ad mortem obstringunt. Tota physica corporum donatio mendacium esset, nisi signum fructusque esset totius donationis personalis, in qua universa persona, etiam secundum temporalem rationem, praesens adest : si enim aliquid homo sibi retineret vel facultatem aliud postea statuendi, iam idcirco se non totum donaret.

Haec universalitas amore coniugali postulata convenit etiam consciae fecunditatis postulationibus, quae, cum ad hominem generandum dirigatur, superat natura sua ordinem simpliciter biologicum ac complectitur bonorum personalium summam, quae ut convenienter crescat, necessariae sunt continuae Concor desque amborum coniugum partes.

Unicus autem « locus », ubi haec donatio accidere potest ex omni sua veritate, matrimonium est sive amoris coniugalis foedus vel conscia ac libera electio, qua vir ac mulier in se recipiunt vitae amorisque communitatem intimam, a Deo ipso

[22] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 12.

praestitutam,[23] quae hac tantum ratione germanam suam ostendit significationem. Coniugale institutum non est illegitimus quidam interventus societatis vel auctoritatis neque exterior formae impositio, verum interior necessitas ipsius foederis amoris coniugalis, qui palam affirmatur tamquam unicus et peculiaris omnino ut ex fidelitate erga Dei conditoris consilium vivatur. Haec fidelitas tantum abest ut personae libertatem restinguat ut tuto eam defendat ab omni subiectiva et relativa ratione eamque Sapientiae creatricis reddat participem.

12. Amoris inter Deum hominesque communio, quae principaliter invenitur in Revelatione atque fidei Israelis experientia, significanter exprimitur coniugali pacto, quod inter virum initur ac feminam.

Quapropter primarium Revelationis verbum « Deus suum populum amat » enuntiatur etiam verbis vivis et *concretis,* quibus vir et mulier inter se coniugalem permutant amorem. Vinculum eorum amoris imago fit et signum foederis, quod Deum eiusque populum coniungit.[24]

Ipsum, contra, peccatum, quod coniugale potest laedere pactum, imago fit populi infidelitatis erga Deum eius: idolorum cultus meretricium est,[25] sicut infidelitas est adulterium, inoboedientia legis est destitutio sponsalis Domini amoris. At Israelis infidelitas haud delet aeternam Domini fidelitatem ideoque fidelis semper Dei amor proponitur ut exemplum necessitudinum fidi amoris, quae inter coniuges intercedere debent.[26]

13. Dei hominumque communio perficitur postremum in Christo Iesu, Sponso, qui amat seque donat ut humani generis Salvatorem, cum illud corpori suo adnectit.

[23] Cfr. *Ibid.*, 48.

[24] Cfr. ex. gr. *Os* 2, 21; *Ier* 3, 6-13; *Is* 54.

[25] Cfr. *Ez* 16, 25.

[26] Cfr. *Os* 3.

Primigenam matrimonii veritatem Ipse patefacit, veritatem « principii »,[27] et hominem a cordis duritia liberando idoneum efficit ut eam veritatem integre exsequatur.

Revelatio haec ad ultimam suam adducitur plenitudinem tum in amoris dono, quod hominibus defert Verbum Dei sumpta natura humana, tum in sacrificio sui ipsius, quod Iesus Christus in Cruce pro Sponsa sua Ecclesia offert. Eo in sacrificio plane reseratur consilium illud, quod Deus humana impressi in viri ac mulieris natura iam inde ab eorum creatione ;[28] baptizatorum itaque matrimonium efficitur solidum signum novi aeternique Foederis, Christi sanguine firmati. Spiritus autem, quem Dominus effundit, cor novum largitur aptasque facit virum ac mulierem ad se amandos, quemadmodum nos Christus amavit. Coniugalis amor illam attingit plenitudinem, ad quam intrinsecus ordinatur, caritatem scilicet coniugalem, quae peculiaris propriusque est modus, quo coniuges participant ipsam Christi caritatem, qui se donat in Cruce, et vocantur ut vivant ex ea.

Verbis merito celebribus Tertullianus luculenter testatus est huius vitae coniugalis in Christo excelsitatem eiusque venustatem : « Unde sufficiamus ad enarrandum felicitatem eius matrimonii, quod Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet? ... Quale iugum fidelium duorum unius spei, unius disciplinae, eiusdem servitutis ! ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnis ve discretio. At quin vere duo in carne una; ubi caro una, unus et spiritus ».[A]

Ecclesia verbum Dei amplexata fideliterque meditata docuit sollemni modo et docet baptizatorum matrimonium unum esse septem sacramentorum Novi Testamenti.[30]

[27] Cfr. *Gn* 2, 24; *Mt* 19, 5.

[28] Cfr. *Eph* 5, 32 s.

[29] Tertullianus, *Ad uxorem,* II, VIII, 6-8: *CCL,* I, 393.

[30] Cfr. Conc. Oec. Trident., Sessio XXIV, can. 1: I. D. Mansi, *Sacrorum Conciliorum Nova et Amplissima Collectio,* 33, 149 s.

Nam per baptismum vir et femina semel et in perpetuum inseruntur in Novum Aeternumque Foedus, in sponsale Foedus Christi cum Ecclesia; et ob hanc indelebilem insertionem extollitur intima vitae amorisque coniugalis communitas condita a Creatore[31] assumiturque in sponsalem Christi caritatem, firmatam ac ditatam rédemptrice Ipsius virtute.

Propter sacramentalem matrimonii sui indolem coniuges inter se vinciuntur maxime indissolubili ratione. Quoniam mutuo ad se pertinent, iam revera per signum sacramentale commonstrant ipsam Christi coniunctionem cum Ecclesia.

Coniuges igitur sunt pro Ecclesia recordatio perpetua illius rei, quae in Cruce evenit; sibi vicissim et filiis sunt testes salutis, cuius eos efficit consortes sacramentum. Illius salutiferi eventus matrimonium, sicut quodvis sacramentum, est memoriale et exsecutio et vaticinium: « hoc in memoriali sacramentum illis gratiam tribuit et officium memoriae agendae magnorum Dei operum ac de illis testimonii reddendi coram filiis; uti salutis exsecutio tribuit iis gratiam et officium implendi iam nunc inter se et erga filios postulata amoris ignoscentis redimentisque; uti vaticinium gratiam tribuit iis et officium vivendi e spe futurae congressionis cum Christo eamque testandi ».[32]

Quemadmodum singula septem sacramenta, matrimonium verum est signum salutis eventus, tamen proprio modo. « Coniuges id participant, quatenus sunt mariti, quatenus duo, quatenus par efficiunt, adeo ut primus proximusque matrimonii effectus *(res et sacramentum)* **non ipsa sit gratia supernaturalis, sed coniugale vinculum christianum, communio duorum proprie christiana, quandoquidem mysterium refert Incarna-**

[31] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 48.

[32] Ioannes Paulus PP. II, Allocutio ad Delegatos instituti appellati «Centre de Liaison des Equipes de Recherche », 3 (3 Nov. 1979) : *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* II, 2 (1979), 1032.

tionis Christi eiusque mysterium Foederis. Elementa autem participationis vitae Christi sunt etiam peculiaria: coniugalis amor secum infert universalitatem, in quam ingrediuntur omnes partes ipsius personae — postulationes corporis et instructus, vires sensuum et affectuum, desideria spiritus et voluntatis — ; spectat ille ad unitatem quam maxime personalem, quae videlicet ultra communionem in una carne sola nihil aliud efficit nisi cor unum et animam unam; poscit vero indissolubilitatem ac fidelitatem extremae illius donationis mutuae et patet fecunditati (cfr. *Humanae vitae,* 9). Paucis verbis de communibus agitur proprietatibus naturalis cuiuslibet amoris coniugalis, atqui nova cum significatione, quae non tantum purificat eas et confirmat, sed etiam tantopere extollit ut fiant declaratio bonorum proprie christianorum ».[33]

14. Secundum Dei propositum est matrimonium fundamentum maioris communitatis familiae, quoniam ipsum matrimonii institutum atque coniugalis amor destinantur ad prolis procreationem et educationem, in quibus consummantur.[34]

In intima veritate sua est amor essentialiter donum, neque coniugalis amor, dum maritos adducit in « cognitionem », quae facit ut sint « in carnem unam »,[35] expletur omnino intra ipsum par coniugum, cum eos idoneos reddat maximae, quae fieri potest, donationi, qua Dei fiunt cooperatores in tradendo vitae dono novo alicui homini. Ita profecto coniuges, inter se dediti, ultra se donant filium ipsum, sui viventem amoris imaginem, perpetuum unitatis coniugalis signum necnon comprehensionem vivam et indissolubilem sui status, ex quo sunt pater et mater.

Cum fiunt parentes, coniuges a Deo recipiunt novi cuiusdam officii cum conscientia coniuncti donum. Nam eorum amor

[33] *Ibid.,* 4: *loc. mem.,* 1032.

[34] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 50.

[35] Cfr. *Gn* 2, 24.

parentalis oportet filiis fiat signum aspectabile ipsius Dei amoris, « ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur ».[36]

Verumtamen haud oblivisci licet, etiam cum procreatio evenire non possit, non eam ob causam sua praestantia destitui vitam coniugalem. Corporis enim sterilitas occasio coniugibus esse potest aliorum magni momenti ministeriorum personae humanae praestandorum, cuius generis sunt adoptio variaeque rationes educandi operum, auxilia aliis familiis vel infantibus pauperibus impeditisve praebenda.

15. In matrimonio ac familia quasi contextus efficitur necessitudinum inter personas — maritale commercium, paternitas et maternitas, filiatio, fraternitas — per quas omnis homo inducitur « in familiam humanam » atque in « familiam Dei », quae est Ecclesia.

Matrimonium et familia christiana Ecclesiam aedificant: nam in familia persona humana non modo gignitur paulatimque per institutionem ducitur in hominum communitatem, sed etiam per baptismi regenerationem et institutionem in fide introducitur in Dei quoque familiam, quae est Ecclesia.

Humana familia, peccato disiuncta in unitate sua, restauratur redimente virtute mortis resurrectionisque Christi.[37] Christianum conubium, salvificae illius eventus efficaciae particeps, constituit veluti locum naturalem, ubi persona humana in magnam Ecclesiae inseritur familiam.

Praeceptum, viro ac feminae initio datum ut crescerent et multiplicarentur, integram hoc modo consequitur veritatem suam plenamque suam exsecutionem.

Sic in familia, e sacramento coorta, reperit Ecclesia incunabula sua locumque, ubi potest ea propriam insertionem efficere in hominum generationes et hae vicissim in Ecclesiam.

[36] *Eph* 3, 15.

[37] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 78.

16. Virginitas et caelibatus propter Regnum Dei non solum non adversantur matrimonii dignitati, sed eam prius poscunt atque confirmant. Matrimonium ac virginitas duae rationes sunt exprimendi unicum mysterium Foederis Dei cum Populo Eius ex eoque vivendi. Quoties magni non aestimatur matrimonium, ne virginitas quidem Deo consecrata exsistere potest; quoties sexualitas humana non iudicatur bonum praestans a Creatore concessum, renuntiatio eius propter Regnum caelorum vim omnem amittit.

Aequissime quidem loquitur Sanctus Ioannes Chrysostomus: « Qui matrimonium damnat, is virginitatis etiam gloriam carpit; qui laudat, is virginitatem admirabiliorem augustioremque reddit. Nam quod deterioris comparatione bonum videtur, id haud sane admodum bonum est; quod autem omnium sententia bonis melius, id excellens bonum est».[38]

In ipsa virginitate homo exspectat, etiam corpore, nuptias eschatologicas Christi cum Ecclesia, dum se totum Ecclesiae tradit sperans Christum quoque se Ecclesiae daturum in plena vitae aeternae veritate. Persona virgo ita in carne sua novum resurrectionis futurae mundum antecapit.[39]

Vi huius matrimonii testificationis virginitas vivam in Ecclesia servat conscientiam mysterii matrimonii illudque tuetur adversus omnem imminutionem et extenuationem.

Hominis corde singulariter ita liberato,[40] « ut magis accendatur caritate erga Deum et homines universos »,[41] virginitas testatur Dei Regnum eiusque iustitiam esse illam magni pretii margaritam, quae omni alii anteponenda sit bono quantumvis magno quaeque immo conquirenda sit ut unicum bonum certum ac perenne. Hac de causa Ecclesia progrediente toto rerum suarum cursu semper defendit huius doni praestantiam prae

[38] S. Ioannes Chrysostomus, *De Virginitate,* X: *PG* 48, 540.

[39] Cfr. *Mt* 22, 30.

[40] Cfr. *1 Cor* 7, 32-35.

[41] Conc. Oec. Vat. II, Decretum *Perfectae caritatis* de accommodata renovatione vitae religiosae, 12.

gratia matrimonii, propter ipsum singulare omnino vinculum, quod habet cum Dei Regno,[42]

Virgo, quamvis fecunditati corporis renuntiaverit, persona spiritaliter redditur fecunda, multorum pater ac mater, et sic operam confert ad perficiendam familiam secundum Dei consilium.

Christianis itaque coniugibus ius est a personis virginibus bonum exemplum exspectandi necnon testimonium fidelitatis erga earum vocationem usque ad mortem. Quemadmodum coniugibus nonnumquam difficilis accidit fidelitas ac se devovendi studium deposcit et mortificationem et sui abnegationem, sic pariter personis virginibus potest evenire. Earum enim fidelitas, etiam in temptatione, si qua fuerit, debet illorum coniugum fidelitatem sustentare.[43]

Hae considerationes de virginitate illuminare valent et adiuvare eos qui ob causas a sua voluntate alienas contrahere matrimonium non potuerunt ac deinde statum suum in serviendi spiritu acceperunt.

III

17. Secundum Dei Creatoris et Redemptoris propositum familia non solum suam agnoscit « identitatem », id videlicet quod ipsa « est », sed etiam suam « missionem », id quod ipsa valet ac debet « agere ». Munera, quae familiae ex Dei voluntate sunt implenda in cursu rerum humanarum, ex ipsa eius oriuntur natura eiusque ostendunt progressionem dynamicam atque exsistentialem. Quaevis familia comperit invenitque in se ipsa vocationem, quae numquam potest auferri quaque pariter eius definitur dignitas et officium : familia, id « evade », quod « es » !

Familia tunc necesse est se revocet ad « principium » actionis creatricis Dei, si vult se agnoscere et ad effectum adduci

[42] Cfr. Pius PP. XII, Litt. Enc. Sacra *virginitas,* II: *AAS* 46 (1954), 174ss.

[43] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Epistula *Novo incipiente,* 9 (8 Apr. 1979): *AAS* 71 (1979), 410 s.

iuxta interiorem veritatem non tantum exsistentiae suae, verum etiam agendi rationis suae historicae. Quoniam ex Dei consilio constituitur tamquam « intima communitas vitae et amoris »,[44] munus est familiae magis magisque fieri id quod est, scilicet communitas vitae et amoris, in quadam contentione, quae, sicut omnia, quae sunt creata et redempta, in Regno Dei perficietur. Insuper in quodam veluti prospectu, qui ad ipsas rei radices pertingit, dicendum est essentiam et munera familiae amore ad extremum definiri. Hanc ob causam familia accipit *missionem custodiendi, declarandi et communicandi amorem* tamquam vivam quasi repercussionem veramque participationem amoris Dei cum humano genere et amoris Christi Domini cum Ecclesia eius sponsa.

Omne peculiare familiae munus est ostensio certaque ac definita exsecutio huiusmodi primariae missionis. Oportet ergo praestantes divitias missionis familiae altius perspicere eiusque multiplicia et unitate insignia argumenta investigare.

Hac ex parte exordium sumens ab amore ad eumque continenter respiciens, quattuor generalia munera familiae recens Synodus in lumine posuit; quae sunt:

1) personarum communitatis constitutio;
2) vitae servitium;
3) progressionis societatis participatio ;
4) vitae et missionis Ecclesiae participatio.

18. Familia, amore condita et vivificata, est communitas personarum : viri et mulieris matrimonio iunctorum, parentum filiorumque, propinquorum. Eius imprimis est e communionis veritate vivere, iugiter annitendo ut germana personarum communitas foveatur.

Interius principium, vis permanens et finis ultimus huiusce

[44] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 48.

muneris est amor: quemadmodum sine amore familia non est communitas personarum, ita *sine amore familia non potest vivere, crescere ac perfici uti personarum communitas.* Quod scripsimus in Litteris Encyclicis, a verbis *Redemptor hominis* incipientibus, modo naturali singularique ad familiam uti talem applicatur : « Homo sine amore vivere nequit. Sibimet manet quiddam, quod incomprehensibile est, eiusque vita sensu privatur, nisi amor ei praebetur, nisi invenit amorem, nisi amorem experitur suumque efficit, nisi penitus amorem participat ».[45]

Amor inter virum et mulierem in matrimonio et, ratione inde manante et amplificata, amor inter ipsius familiae participes — inter parentes ac filios, inter fratres et sorores, inter propinquos et familiares — animatur atque impellitur intimo perennique vigore dynamico, qui familiam perducit ad *communionem* in dies arctiorem impensioremque, quae est fundamentum et vis communitatis coniugalis et familiaris.

19. Prima communio ea est quae inter coniuges instituitur atque progressione quadam fovetur: vi foederis coniugalis amoris, vir et mulier « iam non sunt duo sed una caro »[46] et adiguntur ad crescendum continenter in communione sua per cotidianam fidelitatem erga matrimoniale promissum mutuae plenaeque donationis.

Haec coniugalis communio in completiva ratione naturali radicitus insidet, quae inter virum et mulierem viget atque ipsorum coniugum alitur proposito totum participandi de vita consilium, id videlicet quod habent et quod sunt: haec igitur communio fructus est et signum postulationis penitus humanae. Sed in Christo Domino Deus hanc humanam suscipit postulationem, eam confirmat, purificat, effert, eam perficit matrimonii sacramento : Spiritus Sanctus in sacramen-

[45] N. 10: *AAS* 71 (1979), 274.
[46] *Mt* 19, 6; cfr. *Gn 2,* 24.

tali celebratione effusus christianis coniugibus largitur donum novae communionis, amoris, quae viva *realisque* est imago illius eximiae unitatis, quae efficit Ecclesiam indivisibile Corpus mysticum Domini Iesu.

Donum Spiritus coniugibus christianis praeceptum est vitae simulque sollicitans impulsus ut ad uberiorem usque unitatem inter se cotidie progrediantur in omnibus gradibus — corporum, indolis, cordium, mentium et voluntatum, animorum[47] — tali modo significantes Ecclesiae et mundo novam amoris communionem, Christi gratia donatam.

Huiusmodi communioni funditus polygamia adversatur: haec enim directe recusat Dei propositum, sicut ipsis initiis revelatur, quoniam pari personalique dignitati viri et mulieris repugnat, qui in matrimonio alter alteri se dant amore integro ideoque ex se unico et exclusorio. Haec sunt apud Concilium Vaticanum Secundum : « Aequali etiam dignitate personali cum mulieris tum viri agnoscenda in mutua atque plena dilectione, unitas matrimonii a Domino confirmata luculenter apparet ».[48]

20. Coniugalis communio non solum unitate sua est insignis, sed etiam indissolubilitate : « Quae intima unio, utpote mutua duarum personarum donatio, sicut et bonum liberorum, plenam coniugum fidem exigunt atque indissolubilem eorum unitatem urgent ».[49]

Ecclesiae munus est doctrinam de indissolubilitate matrimonii graviter denuo confirmare — quemadmodum Patres Synodi fecerunt — iis qui hisce temporibus difficile esse arbitrantur aut nullo prorsus pacto fieri posse ut in totius vitae cursum

[47] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita ad Sponsos, 4 (Kinsasae, 3 Mai. 1980): *AAS* 72 (1980), 426 s.

[48] Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 49; cfr. Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita ad Sponsos, 4 (Kinsasae, 3 Mai. 1980): *loc. mem.*

[49] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 48.

se cum una tantum persona coniungant, et iis qui humani cultus forma rapiuntur, quae indissolubilitatem matrimonii respuit et coniugum officium fidelitatem servandi aperte deridet; oportet laetum iterum nuntium definitivae naturae illius coniugalis amoris extolli, qui in Christo Domino ut in fundamento innititur atque ab eo firmatur.[50]

Indissolubilitas matrimonii, in personali plenaque donatione coniugum radicitus insidens atque ipso bono filiorum postulata, postremam nanciscitur veritatem suam in consilio, quod Deus in Revelatione sua patefecit: Ipse enim vult datque indissolubilitatem matrimonii tamquam fructum, signum et postulationem fidelissimi omnino amoris, quo Deus hominem prosequitur et quo Christus Dominus in suam vitaliter fertur Ecclesiam.

Christus pristinum renovat consilium, a Creatore viri et mulieris cordibus inditum, et in celebratione sacramenti matrimonii dat ((cor novum »: ita coniuges non solum valent vincere « duritiam cordis »,[51] sed etiam ac quidem potissimum participare valent plenum ac terminalem amorem Christi, qui est novum aeternumque Foedus caro factum. Quemadmodum Dominus Iesus est « testis fidelis »,[52] est « Amen » Dei promissionum[53] ideoque exsecutio suprema summae fidelitatis, qua Deus suum populum diligit, eodem modo christiani coniuges vocantur ut reapse consortes sint irrevocabilis indissolubilitatis, qua Christus coniungitur Ecclesiae, sponsae suae, a Se dilectae usque in finem.[54]

Sacramenti donum est vocatio simul et praeceptum christianis coniugibus ut iugiter inter se servent fidelitatem, tametsi quibusvis probationibus ac difficultatibus premuntur, sanctae

[50] Cfr. *Eph* 5, 25.
[51] *Mt* 19, 8.
[52] *Apc* 3, 14.
[53] Cfr. *2 Cor* 1, 20.
[54] Cfr. *Io* 13, 1.

Domini voluntati magnanimiter obsecuti : « Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet ».[55]

Inaestimabile testificari momentum indissolubilitatis et fidelitatis matrimonialis est ex praestantissimis maximeque urgentibus officiis munus christianorum coniugum nostrae aetatis. Quare una cum omnibus Fratribus, qui Synodo interfuerunt, laudamus confirmamusque eos plurimos coniuges, qui, licet in haud leves incurrant difficultates, indissolubilitatis bonum tuentur et excolunt: ita profecto humiliter audenterque creditum sibi implent munus, ex quo in mundo sint oportet ((signum », parvum quidem sed praestans signum, interdum etiam temptationi obnoxium, sed semper renovatum indeficientis fidelitatis, qua Deus et Iesus Christus omnes homines et unumquemque nostrum diligunt. Sed est etiam agnoscenda vis testimonii coniugum illorum, qui, quamvis essent ab altero conubii comparticipe derelicti, christianae fidei et spei virtute novam convivendi societatem non inierunt : hi quoque coniuges sincerum perhibent testimonium fidelitatis, quo mundus hodie magnopere indiget. Qua de causa confirmandi sunt iidem ac iuvandi pastoribus fidelibusque Ecclesiae.

21. Communio coniugum est fundamentum, in quo et amplior constituitur totius domus communio, parentum scilicet et filiorum, fratrum sororumque inter se, cognatorum aliorumque familiarium.

Huiusmodi communio in naturalibus carnis et sanguinis vinculis est insita, atque, spiritus nexus etiam interiores et uberiores instituendo atque ad maturationem adducendo, provehitur et proprie humano modo perficitur: amor, qui inter varia familiae membra, uti inter personas, mutuas alit rationes intercedentes, ipse est vis intima domesticam communionem et societatem efficiens atque vivificans.

Vocatur deinde christiana familia ad novum singulareque

[55] *Mt* 19, 6.

communionis genus experiendum, quod naturalem et humanam communionem confirmat et perficit. Re quidem vera gratia Iesu Christi, qui est « primogenitus in multis fratribus,[56] suapte natura atque dynamica virtute est « fraterna gratia », uti a Sancto Thoma Aquinate appellatur.[57] Spiritus Sanctus, effusus in sacramentorum celebratione, vivus est fons perenneque alimentum supernae communionis, quae credentes congregat et cum Christo devincit necnon inter se in unitate Ecclesiae Dei. Communionis ecclesialis ostensionem et effectionem christiana familia exhibet, quae hac quoque de causa « Eccle'sia domestica »[58] appellari potest ac debet.

Omnibus familiae membris, cuique pro eius munere, gratia praebetur atque officium imponitur personarum communionem in dies aedificandi, ita ut familia « schola quaedam uberioris humanitatis»[59] evadat: quod fit tum studio et amore in parvulos et aegrotos ac senes, tum mutuo ministerio cotidie praestando, tum communicatione bonorum, gaudiorum et aerumnarum.

Ad huiusmodi communionem constituendam primariam habet vim mutuum inter parentes ac filios commercium educationis,[60] in quo unusquisque dat et accipit. Amore et observantia et oboedientia in parentes filii operam ad aedificandam familiam vere sincereque humanam et christianam conferunt, peculiarem omnino ac talem, pro qua nihil substitui possit.[61] Quod expeditius facient, si parentes fungentur auctoritate sua, cui eos renuntiare non licet, uti vero proprioque « ministerio », id est servitio ad humanum christianumque filiorum bonum spectante

[56] *Rom* 8, 29.

[57] S. Thomas Aquinas, *Summa Theologiae,* IIa-IIae, 14, 2, ad 4.

[58] Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 11; cfr. Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 11.

[59] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 52.

[60] Cfr. *Eph* 6, 1-4; *Col* 3, 20 s.

[61] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 48.

eoque potissimum ut ii assequantur libertatem cum officio in se recepto vere coniunctam, simulque si parentes non cessabunt « doni » admodum conscii esse, quod a filiis continenter derivant.

Familiaris communio servari perficique nequit nisi impenso studio sese abnegandi atque devovendi. Ea enim ab omnibus et singulis poscit promptam et magnanimam voluntatem proclivem ad indulgentiam, tolerantiam, veniam, concordiam, reconciliationem. Nulla familia ignorat quomodo caecus sui amor, dissensio, contentiones, conflictationes propriam communionem petant violenter letaliterque feriant interdum : inde multiplices variaeque oriuntur in familiari convictu discidii rationes. Simul vero a Deo, pacis auctore, omnis familia evocatur ad « reconciliationem » laeta renovanteque experientia instaurandam tuendamque, refectam videlicet communionem et unitatem redintegratam. Imprimis participatio sacramentorum Reconciliationis et convivii unius Corporis Christi christianae familiae gratiam tribuit eamque officio obstringit vincendi omnem discordiam et contendendi ad plenam communionis veritatem postulatam a Deo; quod faciendo illa Domino satisfaciet vehementissime optanti « ut omnes unum sint ».[62]

22. Familia, quatenus hominum communio communitasque est et perpetuo fieri debet, amore uti causa continuoque impulsu movetur ut singula sua accipiat, colat, provehat membra, utpote excelsa personarum dignitate insignita, id est quasi imagines Dei viventes. Quemadmodum Synodi Patres merito affirmarunt, morale criterium germanarum rationum coniugalium et familiarium in singularum personarum dignitate et vocatione promovendis consistit, quae plene inveniri non possunt nisi per sincerum sui ipsarum donum.[63]

Hac in re Synodus peculiari ratione interesse censuit ut

[62] *Io* 17, 21.

[63] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 24.

in mulierem singulare studium impendatur in eiusque iura ac munera tam in familia quam in societate. Eadem ex parte sive vir uti maritus et pater, sive infantes puerique atque senes sunt considerandi.

Ad mulierem quod attinet, declarandum est imprimis eam eadem ut virum dignitate frui et officio devinciri: huiusmodi aequalitas singulari ratione efficitur donatione, qua alter se alteri tradit, et amborum donatione filios respiciente, quarum utraque est matrimonii propria atque familiae. Quod humana quoque mens perspicit et agnoscit, id plene Dei verbo revelatur, nam historia salutis constans clarumque est mulieris dignitatis testimonium.

Deus, homines creans « masculum et feminam n,[64] pari donavit personali dignitate virum et mulierem, augens eos iuribus, quae abalienari non possunt, officiisque humanae propriis personae. Deus deinde quam praeclarissime mulieris dignitatem ostendit, humanam Ipse carnem assumens ex Maria Virgine, quam ut Dei Matrem Ecclesia veneratur ac nomine novae Evae ut redemptae mulieris exemplum proponit. Integerrima Iesu observantia erga mulieres, quas vocavit ad se sequendum suaque fruendum amicitia, eius apparino illo Eesurrectionis die mane mulieri concessa, antequam ipse a mortuis suscitatus ceteris discipulis sese ostenderet, mandatum mulieribus datum ut ad discipulos laetum Resurrectionis nuntium afferrent, haec omnia sunt signa, quae Domini Iesu egregiam de mulieribus opinionem confirmant. Ait Paulus Apostolus: «Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu...; non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus et femina : omnes enim vos unus estis in Christo Iesu » ,[65]

23. Tametsi hic multiplex et implicata quaestio de rationibus inter mulierem et societatem intercedentibus non pertractatur

[64] *On* 1, 27.
[65] *Gal* 3, 26. 28.

sermoque nunc nonnisi potissimis quibusdam circumscribitur rebus notatione dignis, fieri tamen non potest quin animadvertatur in ambitu magis proprie familiari amplam lateque manantem traditionem socialem et *culturalem* effecisse ut mulier ad solum sponsae ac matris munus destinaretur, neque congruenter ad publica admitteretur munera, viris plerumque reservata.

Sine dubio par viri et mulieris dignitas et officium aditum mulieris ad officia publica plane comprobant. Porro vera mulieris provectio etiam postulat ut eius muneris materni ac familiaris momentum dilucide agnoscatur respectu ceterorum officiorum publicorum ceterarumque vitae professionum. De reliquo talia munera ac professiones, si eo contenditur ut progressio socialis et *culturalis* vere pleneque sit humana, debent inter se compleri.

Id facilius fiet, si, ut Synodus exoptavit, renovata « theologia laboris » pervestigatam illustrabit notionem laboris in vita christiana atque si primarium definiet vinculum, quo inter se labor ac familia colligantur, ipsamque inde atque nativam ac pernecessariam significationem tum laboris domestici tum ad filiorum educationem pertinentis.[66] Ecclesia igitur societati aetatis nostrae auxiliari potest ac debet maxima industria petendo ut ab omnibus domesticus mulieris labor rite agnoscatur eique secundum aestimationem ipsius propriam, pro qua nequit aliud substitui, iustus honor tribuatur. Hoc maximi et singularis est ponderis in arte educandi exercenda : etenim radix ipsa et fons cuiuslibet discriminis inter varia opera vitaeque professiones tollitur simul atque patet, omni in regione, cunctos eodem iure eodemque officio in laborem insistere. Ita et in viro et in muliere splendidior imago et similitudo Dei fulgebit.

Si necesse est et mulieribus, aeque ac viris, agnoscatur ius accedendi ad varia munera publica, tamen societas tali ratione

[66] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Litt. Enc. *Laborem exercens,* 19: *AAS* 73 (1981), 625.

oportet ordinetur ut uxores matresque *re non cogantur* opus foris facere, necnon ut earum familiae possint digne vivere ac prosperari, etiam cum illae omnes curas in propriam familiam intendunt.

Mentis praeterea habitus est evincendus, secundum quem censetur honor mulieris magis ex opere foris facto oriri quam ex domestico. Hoc vero postulat tum ut viri mulierem reapse vereantur ac diligant necnon propriam eius dignitatem ut personae omni cum observantia personae colant, tum ut societas condiciones comparet foveatque ad opus domesticum accommodatas.

Ecclesia, diversam hominis ac mulieris vocationem, ut par est, observans, debet etiam, quantum fieri potest, in ipsa vita aequalia utriusque iura ac dignitatem provehere: hoc quidem in commune omnium bonum, id est familiae, societatis et Ecclesiae.

Liquet tamen cuncta haec eo spectare non ut mulier femineam suam indolem dimittat aut virile imitetur ingenium, sed ut muliebris verae humanitatis plenitudo declaretur, quae nempe ostendi debet in rebus agendis, tam domi quam foris, ceterum haud neglecta hac in re varietate morum formarumque cultus humani.

24. Dissentit, pro dolor, a christiano de dignitate mulieris nuntio pertinax ille habitus mentis, unde homo non persona sed res existimatur, quasi obiectum emptioni et venditioni obnoxium commodisque suis et soli voluptati deserviens : mulier prima quidem ob huiusmodi habitum mentis connectatur.

Quae quidem opinatio in mente inhaerens etiam amarissimos fert fructus, cuius modi sunt: despectio viri et mulieris, servitus, oppressio infirmorum, turpia scripta imaginesque, meretricium — et vel magis cum consiliis initis disponitur — variaque ea omnia discrimina, quae in regione educationis, vitae professionum, mercedis pro opere solvendae aliarumque rerum conspiciuntur.

Praeterea, adhuc in praesens, in magna nostrae societatis parte multae supersunt affligentis discriminis formae, quibus peculiares nonnulli mulierum ordines graviter laeduntur, veluti mulieres nuptae filiis carentes, viduae, a marius disiunctae, uxores divortio digressae, matres innuptae.

De his aliisque discriminibus Synodi Patres sunt conquesti omnibus viribus; petimus ergo ut omnes pastoralem operam peculiarem explicent validiorem atque efficaciorem adeo ut funditus memorata discrimina de medio tollantur et sic ad plenam perveniatur existimationem imaginis Dei, quae in omnibus refulget hominibus, nullo excepto.

25. Inter hanc autem communionem communitatemque familiarem et coniugalem vir invitatur ut donum suum et munus mariti ac patris vivendo perficiat.

In uxore quidem consilium Dei videt impleri : « Non est bonum esse hominem solum; faciam ei adiutorium simile sui »,[67] Adamique, primi mariti, suas facit voces : « Haec nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea! ».[68]

Verus amor coniugalis pro concesso sumit ac poscit ut vir altam colat observantiam aequalis dignitatis mulieris : « Non es dominus », ita scribit Sanctus Ambrosius, « sed maritus : non ancillam sortitus es, sed uxorem ... Redde studio vicem, redde amori gratiam ».[69] Cum uxore sua virum oportet vivere in « peculiari ... personalis amicitiae forma ».[70] Porro christianus adigitur ut novi amoris affectum foveat, erga propriam uxorem ostendens caritatem simul suavem simul fortem, quam Christus in Ecclesiam habet.[71]

Amor autem in uxorem iam matrem factam et amor pariter adversus filios viro via sunt naturalis ad intellegendam atque

[67] *Gn* 2, 18.

[68] *Ibid.*, 2, 23.

[69] S. Ambrosius, *Exameron*, V, 7, 19: *CSEL* 32, I, 154.

[70] Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Humanae vitae*, 9: *AAS* 60 (1968), 486.

[71] Cfr. *Eph* 5, 25.

exsequendam paternitatem suam. Ibi maxime, ubi condiciones societatis et animi culturae facile patrem impellunt ut a familia aliquatenus secedat vel saltem ut rarius adsit in ipso educationis opere, enitendum est ut societati rursus persuadeatur officium patris munusque in ac pro familia esse unius ac pernecessarii momenti.[72] Docente quidem experientia ipsa, patris absentia infert perturbationes psychologicas et morales necnon difficultates graviores in ipsas necessitudines familiares ; ita quoque ex contrario opprimens patris praesentia, ibi potissimum ubi etiamnunc viget nimius virorum dominatus (qui Hispanice « machismo » appellatur) seu principatus, cum pravo usu coniunctus, masculinarum proprietatum, quae feminam deiciunt impediuntque quominus sanae familiares necessitudinis rationes progrediantur.

Patefaciens ergo et iterum in terris ipsam Dei paternitatem vivendo exprimens,[73] homo incitatur ut in tuto collocet progressionem concordem omnium familiae membrorum: quod opus explebit per magnanimam conscientiam officiorum erga vitam sub matris corde conceptam, per accuratiorem industriam institutoriam cum uxore propria communicatam,[74] per laborem, qui familiam numquam dispergat, verum in soliditate stabilitateque provehat, per testimonium vitae christianae ad maturitatem adductae, quae filios efficacius inducat vivam in Christi et Ecclesiae experientiam.

26. In familia, personarum videlicet communitate, peculiaris cura summe impendatur infanti necesse est, dum maxima fovetur aestimatio eius dignitatis personalis dumque magna excolitur observatio ac generosa voluntas eius iura tuendi. Hoc de omni dicendum est infante ; sed tanto quidem plus urget

[72] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Homilia habita ad fideles Interamnenses, 3-5 (19 Mar. 1981): *AAS* 73 (1981), 268-271.

[73] Cfr. *Eph* 3, 15.

[74] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 52.

quanto minor est natus magisque rerum eget vel aegrotat, patitur vel praepeditur.

Ecclesia, quae flagitat exercetque curam et teneram et stre^ nuam cuiusque infantis, in lucem editi, principale quoddam officium suum adimplet; etenim destinatur illa ad demonstrandum iterandumque in historia exemplum et mandatum Christi Domini, qui parvulum statuere voluit in Regni Dei veluti centro: « Sinite pueros venire ad me ...; talium est enim regnum Dei ».[75]

Ea denuo repetimus, quae in sessione universali Coniunctarum Nationum Coetus die II mensis Octobris anno MCMLXXIX protulimus: « Declarare cupio ... laetitiam, quam nostrum cuique afferunt infantes — vitae ver atque historiae futurae anticipatio omnium nunc exstantium patriarum terrestrium. Nulla enim mundi natio nullaque constitutio politica aliter cogitare potest venturam suam aetatem nisi mente contemplando has generationes novas, quae a parentibus suis accipient multiplex patrimonium praestantium bonorum, officiorum, optatorum ipsius Civitatis, ad quam pertinent, et universae hominum familiae. Sollicitudo igitur de infante etiam priusquam nascatur, a primo conceptionis momento ac deinde per annos infantiae et adulescentiae est primaria comprobatio necessitudinis inter homines. Quid propterea exoptari potest potius omni nationi cunctoque hominum generi et omnibus mundi infantibus quam melius illud, tempus futurum, quo iurium hominis observatio fiat plena rei veritas, ratione habita tertii millennii, quod appropinquat? ».[76]

Susceptio, amor, aestimatio, curatio multiplex atque unitate insignis — materialis, ex animi affectu manans, institutoria, spiritalis — uniuscuiusque parvuli, qui primam aspicit lucem, debent insigne quoddam proprium neque abdican dum effi-

[75] *Lc* 18, 16; cfr. *Mt* 19, 14; cfr. *Me* 10, 14.

[76] Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita ad Universalem Coetum Nationum Unitarum, 21 (2 Oct. 1979): *AAS* 71 (1979), 1159.

cere christianorum maximeque familiarum christianarum; ita infantes, dum crescere poterunt « sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines »,[77] suas magni pretii partes afferent ad ipsam familiarem communitatem aedificandam necnon ad ipsos parentes sanctificandos.[78]

27. Sunt cultus humani formae, in quibus singularis veneratio grandisque caritas seni praestatur: tantum ibi abest ut senex exturbetur de familia aut ut Meretur tamquam inutile pondus, ut ipse familiari vitae inhaereat in eaque pergat actuosam et consciam partem sustinere — quamvis novae familiae observare debeat autonomiam, quam dicunt — sed imprimis excellens compleat munus testificandi de tempore praeterito et inspiran di sapientiam iuvenibus necnon hominibus venturis.

Aliae ex contrario cultus humani formae praesertim ob confusam progressionem machinalis industriae et urbium densati incolatus perduxerunt atque etiamnunc senes perducunt ad intolerandas exclusionis formas, quae simul pariunt iis ipsis acerbos dolores, simul inferunt tot familiis spiritalem quandam egestatem.

Pastoralis Ecclesiae actio necesse est omnes incitet ad aperienda atque comprobanda senum officia in communitate civili et ecclesiali, potissimum vero ipsa in familia. Re quidem vera ((senum vita nos adiuvat ut ordinem illustremus bonorum humanorum; ad declarandum generationum cursum ac mirabiliter demonstrat mutuam populi Dei obnoxietatem. Senibus insuper datum est charisma, quo veluti repagula inter aetates transgrediantur, antequam ea fieri contingat. Quot infantes lenitatem amoremque reppererunt in oculis, verbis, blanditiis senum ! Quot homines etiam seniores libenter consenserunt voci-

[77] *Lc* 2, 52.

[78] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 48.

bus Sacroium Bibliorum divinitus dictatis : "Corona senum filii filiorum!" *(Prv* 17, 6) ».[79]

28. Viro et muliere ad imaginem eius ac similitudinem factis Deus absolvit et perficit manuum suarum opus : eos dein vocat peculiarem ad sui amoris communicationem necnon suae potentiae ut Creatoris et Patris per liberam et consciam ipsorum adiutricem operam in vitae humanae dono transmittendo : « Benedixitque illis Deus et ait illis Deus : "Crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam" ».[80]

Princeps ergo familiae officium est vitae ipsius ministerium, progredientibus aetatibus pristinae Creatoris benedictionis impletio, dum per generationem divina imago homini ab homine traditur.[81]

Fecunditas est fructus signumque amoris coniugalis, viva testificatio coniuges mutuo sese ac plene tradidisse : « verus amoris coniugalis cultus totaque vitae familiaris ratio inde oriens, non posthabitis ceteris matrimonii finibus, eo tendunt ut coniuges forti animo dispositi sint ad cooperandum cum amore Creatoris atque Salvatoris, qui per eos Suam familiam in dies dilatat et ditat ».[82]

Amoris autem coniugalis fecunditas non sola circumscribitur filiorum procreatione, licet haec intellegatur modo suo proprie humano : nam dilatatur ac ditatur illis omnibus vitae moralis, spiritalis, supernaturalis fructibus, quos pater et mater invitantur ut liberis suis impertiant ac per eos Ecclesiae et mundo.

29. Idcirco omnino quod coniugum amor participatio singularis est vitae mysterii atque ipsius Dei amoris, se scit

[79] Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita ad eos qui interfuerunt conventui appellato "International Forum on Active Aging", 5 (5 Sept. 1980): *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* III, 2 (1980), 539.

[80] *Gn* 1, 28.

[81] Cfr. *Ibid.,* 5, 1 ss.

[82] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 50.

Ecclesia peculiare recepisse officium custodiendae et tuendae excelsae dignitatis matrimonii necnon gravissimum munus vitae humanae tradendae.

Ideo traditionem vivam ecclesialis communitatis per historiae aetates persecutum, tum recens Concilium Vaticanum Secundum tum Decessoris nostri Pauli VI magisterium, enuntiatum maxime in Encyclicis Litteris *Humanae vitae,* aperuerunt nostris temporibus propheticum vere nuntium, qui affirmat rursus et inculcat luculenter Ecclesiae doctrinam ac normam semper antiquas semperque novas de matrimonio humanaeque vitae transmissione.

Hac de causa Synodi Patres in ultimo Coetu haec ipsa verba sunt elocuti : « Haec Sacra Synodus in unitate fidei cum Successore Petri congregata firmiter tenet quae in Concilio Vaticano II (cfr. *Gaudium et spes,* 50) et postea in Encyclica *Humanae vitae* proponuntur et in specie quod amor coniugalis debet esse plene humanus, exclusivus et apertus ad novam vitam ».[83]

30. Ecclesiae doctrina hodie socialibus *culturalibusque* adiunctis inseritur, quae eam simul reddunt intellectu difficiliorem, simul urgentiorem et necessariam ad verum viri mulierisque bonum provehendum.

Etenim progressus disciplinarum naturalium et technicae artis, quas huius temporis homo continenter auget sua in naturam dominatione, non modo spem nutriunt constituendi melioris humani generis, sed angorem etiam maiorem gignunt futuro de tempore. Quidam se interrogant sitne omnino vivere bonum an melius ne natum esse quidem; quocirca dubitant aliosne liceat ad vitam vocari, qui forsitan maledicturi sint

83 *propositio* 22. Conclusio n. 11 Litt. Enc. *Humanae vitae* haec eloquitur verba: «Verumtamen Ecclesia, dum homines commonet de observandis praeceptis legis naturalis, quam constanti sua doctrina interpretatur, id docet necessarium esse, ut quilibet matrimonii usus ad vitam humanam procreandam per se destinatus permaneat»: *AAS* 60 (1968), 488.

vitae suae in mundo crudeli, cuius ne praevidere quidem valeant terrores. Sunt deinde qui arbitrentur sibi solis destinari technicae artis commoda, alios vero inde excludunt, quibus atocia vel methodi etiam peiores imponuntur. Alii demum, mentis habitu res consumendi cupido irretiti ac de bonis materialibus perpetuo augendis tantum solliciti, iam non percipiunt ac proinde reiciunt spiritales divitias novae vitae humanae. Postrema vero huiusce mentis habitus causa in hominum cordibus Dei absentia est, cuius tantum amor omnibus potentior est timoribus, qui haberi possunt in mundo, eosque vincere valet.

Sic habitus animi vitae adversus *(anti-life mentality* Anglice vocatur) exortus est, sicut pluribus in hodiernis quaestionibus elucet: exemplo sit quaedam tumultuosa trepidatio proficiscens ex oecologorum ac *futurologorum* studiis de *demographici,,* qui periculum auctus natorum imminens qualitati vitae interdum exaggerant.

Verumtamen firmiter Ecclesia credit vitam hominis, quantumvis debilem ac dolentem, magnificum esse semper donum Dei bonitatis. Adversus omnem atram futurorum visionem caecumque sui amorem, terras obscurantia, Ecclesia a vitae parte consistit atque in vita unaquaque detegit claritatem illius « Amen », quod ipse est Christus.[84] Ad negationem, quae incedit affligitque mundum, obicit Ecclesia hanc viventem affirmationem et sic hominem ac mundum ab iis defendit, qui vitae insidiantur eamque extenuant.

Ecclesia destinatur ad omnibus iterum significandam — clariore quidem et firmiore persuasione — voluntatem suam promovendi omnibus viribus ac tuendi contra insidias cunctas vitam humanam, quacumque in condicione aut gradu progressionis reperitur.

Idcirco Ecclesia damnat velut gravem dignitatis humanae

[84] Cfr. *2 Cor* 1, 19; *Apc* 3, 14.

iustitiaeque offensionem illa opera omnia regiminum vel aliarum auctoritatum publicarum, quae eo spectant ut quovis modo libertatem coniugum circumscribant decernendi de filiis. Proinde quaelibet vis talibus a magistratibus illata pro conceptionis impedimento, immo etiam pro ipsa *sterilizatione,* quae dicitur, et abortu procurato, prorsus damnanda est et vehementer repellenda. Pariter tamquam aliquid graviter iniustum exsecrari oportet, quod in rationibus publicis inter nationes intercedentibus subsidia oeconomica adiuvandis populis concessa temperantur secundum consilia adversus conceptionem et *sterilizationi* necnon abortui procurato faventia.[85]

31. Sibi certe conscia Ecclesia est etiam multiplicium ac perplexorum problematum, quae multis hodie in nationibus afficiunt coniuges ipso in eorum munere vitae transmittendae secundum propriam officii conscientiam; pariter agnoscit gravem quaestionem incrementi *demographici,* ut variis in partibus orbis terrarum exhibetur, additis iis quae quoad rem moralem inde inferuntur.

Ea tamen arbitrato, si omnes rei facies altius perspiciantur, nova et firmiore ratione confirmari momentum germanae doctrinae Ecclesiae, a Concilio Vaticano Secundo atque in Litteris Encyclicis *Humanae vitae* rursus propositae.

Hanc ob rem, una cum Patribus Synodi, impellimur ut theologos instanter moneamus ut vires suas coniungant ad operam adiutricem praebendam Magisterio hierarchico et studeant melius usque collustrare fundamenta biblica rationesque ethicas et causas ad personam humanam respicientes earundem doctrinarum. Ita quidem intra compagem dispositae concinnaeque explanationis fieri poterit ut Ecclesiae doctrina hac de principali re pateat vere cunctis bonae voluntatis

[85] Cfr. Nuntius VI Synodi Episcoporum ad christianas Familias huius temporis, 5 (24 Oct. 1980).

hominibus eiusque intellectus in dies lucidior et altior reddatur: hoc sane pacto consilium Dei etiam plenius usque impleri poterit in hominis salutem gloriamque Creatoris.

Ad haec quod attinet, concors theologorum officium, manans ex obsequio, in animis insidente, erga Magisterium, quod solum ac quidem authentice viam Populo Dei commonstrat, peculiariter urgetur etiam propter arctum nexum, quo doctrina catholica hac de re et iudicium de homine, ab Ecclesia propositum, inter se colligantur: dubitationes vel errores in provincia matrimonii vel familiae gravem secum ferunt obscurationem integrae veritatis de homine ac quidem in cultus humani statu iam tantopere confuso et secum repugnante. Opera, ad rem illustrandam altiusque percipiendam pertinens, quam theologi, speciale munus suum implentes, conferant oportet, est pretii incomparabilis estque singulare ministerium, meritis uberrimum, pro familia et hominum genere.

32. In adiunctis cultus humani, qui graviter deformat, quin immo etiam amisit veram significationem sexualitatis humanae, quoniam eam ab essentiali coniunctione sua cum persona ipsa divellit, Ecclesia sentit magis urgere nec substitui posse officium suum exhibendi sexualitatem velut bonum opusque totius personae, quae ut mas ac femina ad imaginem creata est Dei.

His de rebus Concilium Vaticanum Secundum manifesto edixit : « moralis ... indoles rationis agendi, ubi de componendo amore coniugali cum responsabili vitae transmissione agitur, non a sola sincera intentione et aestimatione motivorum pendet, sed *obiectivis criteriis, ex personae eiusdemque actuum natura desumptis,* determinari debet, quae integrum sensum mutuae donationis ac humanae procreationis in contextu veri amoris observant; quod fieri nequit nisi virtus castitatis coniugalis sincero animo colatur ».[85]

Admonens quidem Paulus VI, Pontifex Maximus : « totum

Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 51.

hominem totumque, ad quod is vocatus est, munus complectitur, quod non tantum ad naturalia et terrena sed etiam ad supernaturalia et aeterna pertinet »,[87] hoc affirmavit super Ecclesiae doctrina : « in nexu indissolubili nititur, a Deo statuto, quem homini sua sponte infringere non licet, inter significationem unitatis et significationem procreationis, quae ambae in actu coniugali insunt ».[88] Et concludens id denique inculcavit: tamquam suapte natura inhonestus « quivis respuendus est actus qui, cum coniugale commercium vel praevidetur vel efficitur vel ad suos naturales exitus ducit, id tamquam finem obtinendum aut viam adhibendam intendat, ut procreatio impediatur ».[89]

Quotiens vero coniuges, methodis contra conceptionem utentes, disiungunt ambas illas significationes, quas Creator Deus in naturam ipsam inseruit viri ac mulieris atque in dynamicam actionem eorum communionis sexualis, sese gerunt tamquam ((arbitri » divini consilii et « detorquent » deiciuntque sexualitatem humanam et cum ea propriam personam atque personam coniugis, immutato momento donationis « totalis ». Sic naturali verbo, quod reciprocam plenamque coniugum donationem declarat, conceptuum impeditio verbum opponit obiectivae contradictionis, videlicet nullius plenae sui donationis alteri factae : hinc procedit non sola recusatio certa ac definita mentis ad vitam apertae, verum simulatio etiam interioris veritatis ipsius amoris coniugalis, qui secundum totam personam dirigitur ad sese donandum.

Cum coniuges, contra, per usum temporum infecundorum observant nexum indissolubilem significationum unitatis ac procreationis, quae in sexualitate humana insunt, sese gerunt tamquam « ministros » divini consilii et « utuntur » sexualitate secundum pristinam virtutem dynamicam « totalis » donationis sine fallaciis aut mutationibus.[90]

[87] Cfr. Litt. Enc. *Humanae vitae,* 7: *AAS* 60 (1968), 485.
[88] *Ibid.,* 12: *loc. mem.,* 488 s.
[89] *Ibid.,* 14: *loc. mem.,* 490.
[90] *Ibid.,* 13: *loc. mem.,* 489.

Praelucente experientia tot coniugum ac suppetentibus variarum scientiarum humanarum indiciis, theologica consideratio percipere potest atque altius perspicere debet *discrimen anthropologicum simulque morale,* quod inter conceptuum impeditionem et observationem intervallorum temporis intercedit: de differentia enim agitur longe ampliore ac profundiore quam plerumque cogitatur, quae tandem aliquando implicat duas personae ac sexualitatis species, quae inter se nequeunt conciliari. Usus *cyclorum* naturalium secum infert etiam acceptionem temporum ipsius personae, id est mulieris, pariterque acceptionem dialogi, mutuae observantiae, communis officii, dominatus sui ipsius. Sed agnoscere tempus et colloquium idem valet ac cognoscere indolem simul spiritalem et corpoream communionis coniugalis; significat quoque vivendo personalem amorem servare secundum eius postulatum fidelitatis. Itaque coniuges experiuntur communionem coniugalem locupletari bonis illis teneritatis affectionisque, quibus intima anima constat sexualitatis humanae etiam quod ad eius rationem attinet corpoream. Hoc modo sexualitas observatur et adiuvatur secundum naturam suam vere pleneque humanam, neque umquam « usurpatur » velut « obiectum », quod, dissuens animae corporisque coniunctionem, tangit ipsam Dei creaturam in nexu omnino intimo naturae ac personae.

33. In provincia aequaliter doctrinae moralis coniugalis Ecclesia adest atque agit ut Magistra et Mater.

Uti Magistra numquam pronuntiare desistit moralem regulam, quae *responsabilem* moderari debet vitae transmissionem; cuius autem normae Ecclesia profecto nec auctor est nec arbitra. Christi obtemperans veritati, cuius imago in personae humanae dignitate indoleque refertur, Ecclesia interpretatur normam moralem, quam universis bonae voluntatis hominibus proponit, non tacens officium a mediis consiliis funditus abhorrens atque perfectionem postulari.

Uti Mater Ecclesia praesens adstat multis coniugibus, qui ob grave hoc argumentum vitae moralis in difficultate versantur : exploratam habet eorum condicionem, saepe quidem valde asperam et interdum reapse cruciatam omne genus difficultatibus non solum singularibus verum etiam socialibus ; novit Ecclesia tot coniuges offendere óbices non modo in *concreta* exsecutione at in ipsa etiam comprehensione bonorum, quae eadem continentur norma morali.

Eadem vero et unica Ecclesia simul magistra est et mater. Quam ob rem numquam desinit invitare et incitare ut difficultates coniugales fortasse oborientes ita dissolvantur ut veritas ipsa numquam adulteretur aut in discrimen adducatur: sibi enim persuasum habet veram non posse repugnantiam esse inter legem divinam vitae transmittendae atque legem de fovendo amore germano coniugali.[91] Idcirco paedagogia Ecclesiae *concreta* semper cohaereat oportet neque umquam eam ab eius doctrina licet disiungi. Repetimus igitur eadem cum mentis persuasione, qua Decessor Noster ductus haec vera edixit: « Nihil de salutari Christi doctrina demittere praecellens quoddam caritatis erga animos genus est ».[92]

Altera vero ex parte vera paedogagia ecclesialis demonstrat suam cum rebus congruentiam sapientiamque dumtaxat officium fovendo tenax ac magnanimum illas condiciones omnes humanas inducendi ac fulciendi — psychologicas, morales, spiritales — quae pernecessariae sunt ad intellegendum morale bonum ac normam et ad inde vivendum.

Nihil est dubii quin has inter condiciones annumerari debeat constantia et patientia, humilitas ac fortitudo animi, filiorum fiducia in Deum eiusque gratiam, frequens precationis usus necnon sacramentorum Eucharistiae et Reconciliationis.[93] Sic

[91] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 51.

[92] Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Humanae vitae*, 29: *AAS* 60 (1968), 501.

[93] Cfr. *Ibid.*, 25: *loc. mem.*, 498 s.

roborati valebunt coniuges christiani vivam servare conscientiam singularis illius efficacitatis, quae e sacramenti matrimonii gratia ad omnes manat coniugalis vitae partes ac proinde etiam ad sexualitatem eorum: Spiritus donum receptum a coniugibus et observatum adiuvat eos ut sexualitate humana utantur secundum Dei consilium et tamquam signo amoris coagmentantis ac fecundi, quo Christus in Ecclesiam fertur.

Sed necessarias condiciones ingreditur etiam cognitio corporeae naturae huiusque statorum temporum fertilitatis. Hac ex parte efficiendum est ut similis cognitio aperiatur coniugibus universis et ante omnes iuvenibus per institutionem educationemque dilucidam, tempestivam, seriam, adiuvantibus binis coniugibus, medicis, peritis. Deinde cognitio haec perducere debet ad educationem respicientem sui moderationem: hinc urget necessitas virtutis castitatis atque constantis institutionis in ea. Secundum christianum modum de re iudicandi castitas minime significat recusationem aut contemptionem sexualitatis humanae: significat potius spiritale robur, quod tueri valeat amorem a periculis effrenati studii sui ipsius et cupiditatis aggrediendi quodque eundem amorem provehat ad plenam eius exsecutionem.

Paulus VI alte intuens cum sapientia et amore nihil fecit aliud nisi loqui passus est tot coniuges, cum in Encyclicis Litteris suis scriberet : « Nihil profecto est dubii, quin naturae impetibus, rationis liberaeque voluntatis ope, imperare asceseos sit opus, ut nempe amoris significationes, coniugalis vitae propriae, cum recto ordine congruant; quod praesertim ad usum continentiae, certis temporis intervallis servandae, requiritur. Verum huiusmodi disciplina, unde coniugum castimonia elucet, adeo eorum amori non obest, ut maiore eundem humanitatis sensu perfundat. Quodsi huiusmodi disciplina assiduam virium intentionem exigit, salutari tamen eius virtute coniuges seipsos plene excolunt spiritualibusque bonis ditantur: ea enim domestico convictui amplos tranquillitatis ac pacis fructus af-

fert, atque solvendis alius generis difficultatibus prodest; ea alterius coniugis curam et observantiam erga alterum fovet ; coniuges in immodico sui amore depellendo, qui germanae repugnat caritati, adiuvat; eosdemque ad conscientiam munerum exsequendorum erigit. Ea denique parentibus intimam et efficaciorem auctoritatem ad liberos educandos confert ».[94]

34. Magni semper interest rectam habere notionem ordinis moralis, eius bonorum atque normarum: vel pluris hoc interest quo plures gravioresque fiunt difficultates ea observandi.

Quandoquidem Dei Creatoris propositum recludit et exponit, idcirco potissimum ordo moralis non potest homini esse aliquid, quod eum offendat eiusque abiciat personam; ex contrario, cum ordo moralis respondet postulatis intimis hominis a Deo creati, tum plenae humani tati illius inservit suavi et vinciente amore, quo ipse Deus movet, sustinet, ducit ad felicitatem eius omnem creaturam.

Homo tamen, qui vocatur ut e sapienti amanteque Dei consilio more conscio vivat, est animans historicus, qui de die in diem quasi exstruitur pluribus cum suis optionibus: ergo cognoscit, diligit, perficit morale bonum secundum incrementi eius gradus.

Coniuges quoque intra moralem suam vitam destinantur ad iter perpetuum, suffulti sincera actuosaque voluntate melius usque cognoscendi bona, quae custodit lex divina ac promovet, necnon voluntate recta ac magnanima quasi concorporandi illa bona *concretis* in suis optionibus. Nihilominus legem respicere illos non licet tantummodo ut meram quandam optimae formae effigiem consequendam futuro aliquo tempore, sed eam considerent oportet ut Christi Domini praeceptum, facientes ut studiose difficultates supervadant. « Etenim sic dicta "lex gradualitatis" seu gradualis profectus idem esse non potest ac "gra-

[94] *Ioid.,* 21: *loc. mem.,* 496

dualitas legis", quasi varii sint gradus seu praecepti formae pro variis hominibus et condicionibus in lege divina. Omnes coniuges in matrimonio ad sanctitatem secundum Dei consilium vocantur; atque huius vocationis praestantia ad effectum deducitur, quatenus persona humana praecepto Dei valet respondere, sereno animo gratiae divinae ac propriae voluntati confisa ».[95] Eodem pacto interest Ecclesiae paedagogiae ut coniuges imprimis clare agnoscant doctrinam Litterarum *Humanae vitae* inscriptarum, perinde ac regulam sua sexualitate utendi utque ex animo studeant condiciones necessarias comparare ad eandem hanc normam servandam.

Omnem coniugalem vitam haec amplectitur paedagogia, ut Synodus animadvertit. Quapropter vitae tradendae munus ingredi debet universale munus omnis vitae christianae, quae sine cruce nequit ad resurrectionem pervenire. Aequabiliter intellegitur auferri a vita familiari se abnegandi devovendique studium non posse, quin immo complectendum illud ex animo esse ut coniugalis amor altius inhaerescat intimaeque fiat fons laetitiae.

Commune hoc iter efflagitat ponderationem, nuntiorum communicationem, educationem aptam sacerdotum et religiosorum et laicorum in pastorali opera pro familia versantium : ii omnes auxilio esse poterunt coniugibus in itinere eorum humano et spiritali, quod prae se fert conscientiam peccati ac sincerum officium servandi legem moralem necnon reconciliationis ministerium. Agnosci etiam debet in intima coniugum necessitudine voluntates duorum hominum implicari, vocatorum tamen ad mentium morumque convenientiam: poscere vero id permultum patientiae, lenitudinis ac temporis. Peculiaris omnino ponderis hac in re est unanimis iudiciorum moralium et pastoralium consensus in sacerdotibus : haec congruentia accurate

[95] Ioannes Paulus PP. II, Homilia habita exeunte VI Synodo Episcoporum, 8 (25 Oct. 1980): *AAS* 72 (1980), 1083.

conquiratur et custodiatur necesse est ne fideles pati cogantur conscientiae angores.[96]

Coniugum ergo iter expedietur, si, doctrinam Ecclesiae magni existimantes magnopereque Christi gratiae fidentes tum etiam adiuvantibus eos et comitantibus animarum pastoribus cunctaque ecclesiali communitate, detexerint illi et experti fuerint vim liberantem et promoventem veri amoris, quem Evangelium praebet ac Domini proponit mandatum.

35. Quod pertinet ad difficultatem honestae natalium temperationis, communitas ecclesialis hoc ipso tempore recipere in sese debet officium excitandi firmas persuasiones atque adiumenta *concreta* iis subministrandi quotquot in vita colere exoptant paternitatem ac maternitatem vere *responsabili* modo.

Hac in re, dum gaudet Ecclesia de progressibus investigationum *scientificarum* iam factis ad subtiliorem cognitionem temporum fertilitatis muliebris atque propugnat constantiorem quidem latioremque exercitationem huiusmodi studiorum, non tamen potest renovata vehementia non flagitare officium omnium eorum — medicorum, peritorum, consultorum coniugalium, educatorum necnon maritorum ipsorum — qui reapse subvenire coniugibus valent ut amorem suum in vita foveant, simul observantes structuram ac fines actus coniugalis, qui illum declarat. Porro hoc significat quoddam officium, amplius, magis decretorium aptiusque ordinatum ut methodi naturales temperandae fecunditatis cognoscantur, existimentur, applicentur.[97]

Magni pretii testificatio potest debetque a coniugibus illis reddi, qui e communi consilio servandae statutis temporibus

[96] Cfr. Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Humanae vitae,* 28: *AAS* 60 (1968), 501.

[97] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita ad Delegatos Instituti appellati « Centre de Liaison des Equipes de Recherche », 9 (3 Nov. 1979) : *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* II, 2 (1979), 1035; cfr. etiam Allocutio habita ad Participes primi Conventus pro Familia Africae et Europae (15 Ian. 1981): diarium «L'Osservatore Romano» (16 Ian. 1981).

continentiae adepti sunt maturius quoddam iudicium suum de amore et vita. Quemadmodum Paulus VI scripsit, « munus Dominus iisdem committit, ut hominibus patefaciant illius legis sanctitatem itemque suavitatem, qua mutuus eorum amor cum adiutrice opera ab ipsis data amori Dei, humanae vitae auctoris, arte coniungitur ».[98]

36. Educationis opus immittit veluti radices in primigenam coniugum vocationem, nempe ad communicandam creatricem Dei operam : in amore ex amoreque novum gignentes hominem, qui in se quoque habet vocationem ad incrementum et progressum, parentes in se recipiunt munus efficienter eum adiuvandi ad vitam usquequaque humanam ducendam. Sicut Concilium Vaticanum Secundum commonuit, « parentes, cum vitam filiis contulerint, prolem educandi gravissima obligatione tenentur et ideo primi et praecipui eorum educatores agnoscendi sunt. Quod munus educationis tanti ponderis est ut, ubi desit, aegre suppleri possit. Parentum enim est talem familiae ambitum amore, pietate erga Deum et homines animatum creare qui integrae filiorum educationi personali et sociali faveat. Familia proinde est prima schola virtutum socialium quibus indigent omnes societates ».[99]

Coniugum ius officiumque instituendi definitur *essentiale,* quoniam cum vitae humanae transmissione cohaeret, *nativum ac primarium,* quatenus respicit aliorum educandorum opus propter unicam amoris coniunctionem inter parentes et filios; *nec permutandum nec alienandum,* quod propterea neque aliis totum delegari licet neque ab aliis usurpari.

Has praeter qualitates minime est obliviscendum principalem maxime partem, utpote quae educandi munus parentum circumscribat, *paternum esse maternumque amorem,* qui opere institutorio consummetur, implente perficienteque vitae mi-

[98] Litt. Enc. *Humanae vitae,* 25: *AAS* 60 (1968), 499.

[99] Declaratio *Gravissimum educationis* de educatione christiana, 3.

nisterium: parentum amor e *fonte* fit *anima* ideoque *norma,* quae movet ac dirigit omnem *concretam* educationis navitatem, quam illis bonis locupletat lenitatis, constantiae, bonitatis, servitii, neglectionis commodorum suorum, se abnegandi devovendique studii, quae sunt amoris pretiosissimi fructus.

37. Quamvis operis insti tu torii difficultates saepius hodie aggravatae obstent, parentes cum fiducia fortitudineque filios instituere debent ad necessaria bona vitae humanae. Crescant filii necesse est, aequa fruentes libertate in opum terrenarum usu, atque suscipiant simplex et austerum vivendi genus persuasum hoc habentes : « Magis valet homo propter id quod est quam propter id quod habet ».[100]

Porro in societate conturbata ac dissipata contentionibus conflictationibusque ob aere certamen diversa inter studia hominum seorsum sibi solis consulentium nimioque sui amore ductorum, augeri debent filii non tantum verae iustitiae sensu, quae una homines ad cuiusque dignitatis personalis observantiam permovet, verum etiam, immo et magis veri sensu amoris, qui est sincera cura ac ministerium, cum sui commodi neglectione coniunctum, erga alios, potissimum paupérrimos egentissimosque. Est quidem familia schola prima ac princeps virtutum socialium: tamquam amoris communitas reperit illa in dono sui ipsius legem, quae ducit eam facitque ut crescat. Donatio sui, quae coniugum amorem inter se inspirat, proponitur tamquam exemplar ac norma donationis sui, quae effici debet in rationibus inter fratres ac sorores intercedentibus necnon inter variae aetatis homines, qui in familia simul vivunt. Atque communio ac participatio peracta cotidie in familia laetitiae diffieultatisque temporibus solidissimam sane et efficacissimam paedagogiam constituit, qua filii actuoso, conscio, fructuoso modo inserantur in vastiorem orbem societatis.

[100] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 35.

Institutio ad amorem ut sui ipsius donum est etiam pernecessaria condicio parentibus vocatis ut filiis tradant claram prudentemque *educationem sexualem.* Adversus cultus humani rationem, quae maxima ex parte sexualitatem humanam reddit « vulgarem », quandoquidem accipit eam et exsequitur anguste misereque iungens eam corpori soli et nonnisi voluptati singulorum sibi solis consulentium, educandi ministerium parentum firmiter niti debet ad culturam sexualem, quam dicunt quaeque vere ac plene sit personalis : sexualitas enim est totius personae thesaurus — corpus, sensus et anima — suamque demonstrat intimam significationem, dum provehit hominem ad sui donum in amore.

Sexualis institutio, primarium videlicet ius et officium ipsorum parentum, impleatur semper oportet sollicita sub eorum moderatione tum domi tum in educationis sedibus, electis inspectisque ab ipsis. Hac in re Ecclesia rursus inculcat legem subsidiariae rationis, quae scholae est observanda, quotiens adiutricem praestat educationis sexualis operam, eundem animum induendo, quo parentes ducuntur.

Hac in re praetermitti omnino non licet *educationem ad castitatem* uti virtutem, quae germanam personae maturitatem provehit illamque aptam facit ut revereatur et promoveat « significationem sponsalem » corporis. Quin immo christiani parentes, signa Dei vocationis discernentes, peculiarem diligentiam curamque impendant institutioni ad virginitatem sicut supremam formam illius donationis sui, quae sensum ipsum efficit sexualitatis humanae.

Propter arcta vincula, quae inter rationem sexualem personae intercedunt et eius ethica bona, opus educandi filios eo ducere debet ut percipiant et aestiment normas morales tamquam necessarium ac pretiosum praesidium *responsabilis* incrementi personalis in iis quae ad sexualitatem pertinent humanam.

Hac de causa constanter Ecclesia adversatur cuidam formae

institutionis sexualis, a moralibus praeceptis segregatae ac tam saepe divulgatae, quae aliud nihil est quam praeparatio ad voluptatem experiendam necnon incitamentum, quod — iam ipsis innocentiae annis — causa est cur et serenitas pereat et vitiis pateat via.

38. Parentum christianum munus institutorium, inhaerens — sicut supra est dictum — in eorum communicatione operae Dei creatricis, novum habet propriumque fontem in matrimonii sacramento, quod eos dicat educationi singulariter christianae filiorum, vocat eos scilicet ad ipsam participandam auctoritatem et ipsum amorem Dei Patris et Christi Pastoris necnon maternum Ecclesiae amorem, ditat eos sapientia, consilio, fortitudine omnique alio Spiritus Sancti dono, unde liberi adiuventur in humana sua et christiana maturatione.

Ex matrimonii sacramento officium educationis dignitatem haurit ac vocationem ut verum sit ac proprium « ministerium » Ecclesiae, quod prosit sodalium eius perfectioni. Talis est excelsitas splendorque ministerii institutorii parentum christianorum ut nihil dubitet Sanctus Thomas id comparare cum sacerdotum ministerio : « sunt enim, inquit, quidam propagatores et conservatores spiritualis vitae secundum spirituale ministerium tantum, ad quod pertinet *ordinis* sacramentum; et secundum corporalem et spiritualem simul, quod fit per sacramentum *matrimonii,* quo vir et mulier conveniunt ad prolem generandam et educandam ad cultum divinum ».[101]

Viva vigilque conscientia missionis, acceptae cum matrimonii sacramento, adiuvabit christianos parentes ut magna cum tranquillitate ac fiducia sese dedant ministerio liberorum educandorum eodemque tempore cum officii sui conscientia respectu Dei, qui eos vocat et mittit ut in filiis Ecclesiam aedificent. Ita quidem baptizatorum familia, tamquam Ecclesia domestica

[101] S. Thomas Aquinas, *Summa contra Gentiles,* IV, 58.

congregata verbo et sacramento, fit simul, instar Ecclesiae magnae, magistra et mater.

39. Poscit educandi munus ut christiani parentes filiis ea omnia elementa suppeditent, quibus opus est ut eorum personae ratione tum christiana tum ecclesiali gradatim maturescant. Revocent igitur educationis elementa superius memorata curentque ut filiis commonstrent ad quam altas significationes fides atque caritas Iesu Christi eos perducere possint. Praeterea conscientia Dominum sibi commendavisse incrementum alicuius filii Dei, fratris Christi, templi Spiritus Sancti, Ecclesiae sodalis, sustentabit christianos parentes eorum in officio donum gratiae divinae in filiorum animis confirmandi.

Hisce verbis describit Concilium Vaticanum Secundum educationis christianae argumentum: « Non solum maturitatem humanae personae ... prosequitur, sed eo principaliter spectat ut baptizati dum in cognitionem mysterii salutis gradatim introducuntur, accepti fidei doni in dies magis conscii fiant; Deum Patrem in spiritu et veritate adorare (cf. *Io* 4, 23) praeprimis in actione liturgica addiscant, ad propriam vitam secundum novum hominem in iustitia et sanctitate veritatis (*Eph* 4, 22-24) gerendam conformentur; ita quidem occurrant in virum perfectum, in aetatem plenitudinis Christi (cf. *Eph* 4, 13) et augmento corporis mystici operam praestent. Iidem insuper suae vocationis conscii tum spei quae in eis est (cf. *1 Pet* 3, 15), testimonium exhibere tum Christianam mundi conformationem adiuvare consuescant ».[102]

Synodus quoque, doctrinae Concilii rationes suscipiens et amplificans, perhibuit missionem institutoriam christianae familiae verum ministerium, quo sic Evangelium traditur ac diffunditur ut ipsa familiaris vita fiat iter fidei et aliquo modo christiana initiatio necnon schola Christi sequelae. Quemadmodum Paulus VI scripsit, « apud familiam huius muneris

Declaratio *Gravissimum educationis* de educatione christiana, 2.

consciam, omnia eiusdem familiae membra evangelizant atque evangelizantur ».[103]

Propter hoc educationis ministerium parentes ex ipsa vitae testificatione primi sunt Evangelii praecones apud liberos. Preces fundentes insuper cum filiis atque cum iis vacantes legendo verbo Dei et insinuantes eos in Christi intimum Corpus, eucharisticum et ecclesiale, per initiationem christianam, fiunt illi plane parentes, id est non vitae carnalis tantum generatores verum etiam illius, quae per Spiritus renovationem profluit ex Christi Cruce ac resurrectione.

Ut suo valerent parentes christiani educationis digne munere perfungi, Synodi Patres exoptaverunt ut idoneus concinnaretur liber *catechismi ad usum familiae,* perspicuus, brevis atque eiusmodi ut ab omnibus facile animo posset comprehendi. Episcopales Conferentiae vehementer sunt rogatae ut in hunc comparandum catechismum studiose incumberent.

40. Prima quidem est familia, sed non unica vel exclusoria communitas institutoria : ipsa communitaria, civilis atque ecclesialis qualitas hominis exigit amplius ordinatiusque opus — ad idemque conducit — quod effectus sit bene dispositae adiutricis operae varii generis educatorum. Hi omnes sunt necessarii, licet unusquisque eorum valeat et debeat agere secundum suam potestatem propriamque iuvandi facultatem.[104]

Institutorium familiae christianae officium obtinet idcirco momentum valde praestans in ordinato apostolatu pastorali: id quod novam secum fert cooperationis formam tum inter parentes christianasque communitates tum etiam diversos inter coetus educationi deditos et ipsos pastores. Renovatio proinde scholae catholicae peculiarem curam intendere debet tam in alumnorum parentes quam in constitutionem excellentis communitatis institutoriae.

[103] Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 71: *AAS* 68 (1976), 60 s.

[104] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Declaratio *Gravissimum educationis* de educatione christiana, 3.

Omnino collocandum est in tuto parentum ius eligendi educationem suae fidei religiosae convenientem.

Civitas autem et Ecclesia familiis concedant necesse est omnia adiumenta, quae tribui possunt ut congruenter sua educandi munia factitent. Quamobrem simul Ecclesia simul Civitas inducere ac provehere debent illa instituta et actionis formas, quae familiae legitime postulant : et adiumenta congruant oportet familiarum insufficientiam Omnes ideo, qui in societate scholis praesunt, ne obliviscantur umquam parentes a Deo constitutos esse primos ac principes filiorum educatores neque eorum ius omnino posse abalienari.

Sed veluti complementum ad hoc ius accedit grave quidem parentum officium pro viribus usquequaque procurandi affectionis effectionisque necessitudinem cum magistris scholarum atque praefectis.

Si vero in scholis doctrinae christianae fidei adversantes traduntur, familia ipsa una cum aliis familiis, si fieri potest per familiarum consociationes, omnibus viribus atque sapienter adulescentes necesse est adiuvet ne a fide recedant. Quo in casu familia specialium indiget auxiliorum animarum pastoribus praebendorum, quos oblivisci dedecet parentibus inviolabile esse ius proprios liberos ecclesiali communitati concredendi.

41. Coniugalis amor fecundus variis rationibus ministerii vitae ostenditur, in quibus generatio et educatio sunt proximae maximeque propriae et tales ut pro iis nihil substitui possit. Revera quilibet actus veri amoris in hominem testatur et complet spiritalem familiae fecunditatem, quoniam interiori cuidam dynamicae virtuti obtemperat amoris tamquam sui ipsius donationis aliis factae.

Secundum has ipsas rationes, pro omnibus plenas momenti officiique, movebuntur praesertim coniuges illi qui corporis experiuntur sterilitatem.

Christianae familiae, quae omnes homines ex fide agnoscunt filios communis Patris caelorum, liberaliter occurrant aliarum familiarum liberis, quos sustineant et diligant non ut alienos, verum sodales unius familiae Dei filiorum. Hoc pacto poterunt christiani parentes amorem suum dilatare ultra carnis et sanguinis vincula coniunctionibus fovendis, quae in animo inhaerent quaeque explicantur in *concreto* ministerio erga aliarum familiarum filios, saepius etiam rerum maxime necessariarum egentes.

Vivendo exhibebunt christianae familiae paratiores animos ad adoptandus suscipiendosque filios parentibus orbatos vel ab iis derelictos : dum enim illi liberi, reperientes iterum fervorem et affectum familiae, possunt experiri amantem providentemque Dei paternitatem, a parentibus christianis ostensam, et sic etiam cum tranquillitate ac fiducia vitae adulescere, tota simul familia spiritalibus bonis amplioris cuiusdam fraternitatis ditescet.

Pamiliarum fecunditas habere debet perpetuam suam « vim creatricem», fructum scilicet mirabilem Dei Spiritus, qui veluti cordium aperit oculos ut novas societatis nostrae necessitates acerbitatesque cernant et qui animos confirmat ut hae accipiantur iisdemque respondeatur. Ad haec quod attinet, familiis campus patet amplissimus, in quem industria earum excurrat: etenim multo magis quam filiorum desertio sollicitat hodie ipsa socialis et *culturalis* segregatio, quae aspere senes affligit et aegros, impeditos et medicamentis toxicis assuetos, quondam vinculis detentos et alios huiusmodi.

Hac ratione fines paternitatis ac maternitatis familiarum christianarum in immensum ampliantur : provocatur enim spiritaliter fecundus illarum amor his aliisque tot nostri temporis necessitatibus. Cum familiis autem ac per eas Dominus Iesus super turbas pergit misereri.

42. « Cum Conditor omnium constituerit coniugale consortium exordium et fundamentum societatis humanae ... familia ipsa... prima et vitalis cellula societatis » est facta.[105]

Familia cum societate ratione vitali et ordinata quasi vinculis coniungitur, quoniam eius fundamentum efficit atque perenne alimentum per suum ipsius munus vitae inserviendi: nam ex familia cives nascuntur et in familia primam scholam illarum virtutum socialium inveniunt, quae animant societatis ipsius vitam ac progressionem.

Ita ex natura vocationeque sua tantum abest ut familia in se concludatur ut aliis etiam familiis et societati aperiatur, proprio sociali officio suscepto.

43. Experimentum ipsum communionis et participationis, quod cotidianam familiae vitam debet signare, primas eius primariasque continet partes in societatis utilitatem obeundas.

Necessitudines inter familiaris communitatis membra permovente et diriguntur norma « rerum gratuitarum », quae observans fovensque in omnibus et singulis dignitatem personalem tamquam unicum praestantiae titulum, fit überaus hospitalitas, congressio et collocutio, affectio animi proprio studio carentis, magnanimum servitium, arcta animorum coniunctio.

Provectio verae maturaeque communionis personarum in familia ita fit illa prima et essentialis socialis consortionis schola, exemplum et incitamentum ad peramplos communitatis usus, signo observantiae, iustitiae, dialogi et amoris praelucente.

Unde, quemadmodum Patres Synodi animadverterunt, familia efficitur locus nativus et efficacissimum instrumentum ad societatem humaniorem reddendam eique quasi personae notam imprimendam: singulari penetranteque modo confert ad mundum aedificandum, id agens ut vita proprie humana degi possit, nominatim vero ut virtutes ac « praestantia bona »

[105] Conc. Oec. Vat. II, Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 11.

custodiantur atque transmittantur. In familia, ut Concilium Vaticanum Secundum scripsit, « diversae generationes conveniunt ac sese mutuo adiuvant ad pleniorem sapientiam acquirendam atque iura personarum cum aliis vitae socialis exigentiis componenda ».[106]

Consequenter respectu societatis, quae periculum est ne magis usque perdat notam personalem fiatque turba conglobata ac proinde ab humanitate aliena hominesque eadem exuens propter nocentes effectus tot formarum « effugii » — quales exempli causa sunt vinolentia, medicamentorum obstupefacientium consuetudo atque ipse terroris inferendi usus — familia possidet effunditque etiam hodie vires ingentes, quae hominem ex ignoti veluti nominis obscuritate eripere possint, eum semper praestare dignitatis suae personalis conscium, permagna locupletare humanitate actuoseque ipsum secundum unicam eius neque iterabilem naturam et indolem in societatis quasi texturam inserere.

44. Minime vero sociale familiae munus circumscribi licet opere procreandi et educandi, quamvis eo primam suam et necessariam formam sese exhibendi ostendat.

Tam singulae quam consociatae familiae idcirco valent, immo debent multiplicibus vacare inceptis ministerii socialis, praesertim pro pauperibus et quoquo modo pro cunctis hominibus illis et casibus, ad quos pertingere non possunt providentiae praesidiique instituta auctoritatum publicarum.

Opera a familia societati collata habet vim suam singularem, quae necesse est melius cognoscatur firmiusque provehatur, maxime crescentibus paulatim filiis; ad illam vero operam dandam, quantum fieri potest, omnia familiae membra inducantur.[107]

[106] Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 52.

[107] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 11.

Extolli nominatim par est augescens usque momentum hospitalitatis in societate nostra secundum omnes eius formas : a reseranda domus propriae multoque magis animi proprii ianua fratribus poscentibus usque ad solidum recipiendum officium praestandi omni familiae domicilium suum velut naturalem locum, ubi servatur ea et prosperato. Familia christiana imprimis vocatur ut Apostoli excipiat monitoria verba : (estote) « hospitalitatem sectantes »,[108] ac proinde ut, exemplum Christi imitans caritatemque participans, indigentem fratrem reapse amplectatur : « quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico vobis: non perdet mercedem suam ».[109]

Sociale familiae munus etiam ratione *politici interventus* est procurandum : familias nempe eniti oportet imprimis ut leges institutionesque Civitatis non modo non laedant, verum fulciant ac defendant firmo modo iura familiae necnon officia. Ita profecto familiae magis consciae debent fieri se « primas partes agere » in « re politica familiari », quae vocatur, in seque recipere officium transformandae societatis: alioquin erunt familiae illorum maiorum veluti victimae primae, quae indifferenti animo solum aspicere voluerunt. Concilii Vaticani Secundi monitio ut ethica singulorum separatim hominum superetur, etiam ad familiam pertinet uti talem.[110]

45. Quemadmodum arctus nexus familiam inter et societatem postulat ut pateat familia communicetque societatem ipsam et eius progressionem, pari modo flagitat ne societas principale suum deserat officium observandae adiuvandaeque ipsius fa* miliae.

Munia familiae ac societatis certo inter se complent in tutando provehendoque omnium hominum et cuiusque hominis

[108] *Rom* 12, 13.

[109] *Mt* 10, 42.

[110] Cfr. Const. past. *Gaudium et. spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 30.

commodo, sed societati et magis proprie Civitati agnoscenda est familia ut « societas proprio ac primordiali iure gaudens »;[111] ac proinde suis in rationibus coniunctionis cum familia graviter adiguntur ad parendum principio subsidiariae rationis.

Hoc ex principio Civitas neque potest neque licet ei illa familiis eripere munera, quae aequaliter exsequi bene valent aut solae aut libere consociatae, verum oportet ut quam maxime foveat et poscat *responsabilia* familiarum incepta. Persuasum sibi habentes in familia inesse pernecessarium et inalienabile bonum communitatis civilis, publicae auctoritates, quantum possunt, efficere debent ut familiis praestentur adiumenta illa omnia — oeconomica, socialia, institutoria, politica, *culturalia* — quorum indigent ut omnibus suis officiis satisfaciant.

46. Specimen optimum mutuae sustinendi provehendique operae inter familiam ac societatem saepe pugnat gravissime quidem cum vera quadam earum seiunctione, immo etiam cum ipsarum conflictatione.

Re quidem vera, ut Synodus continenter arguit, condicio, quam in plurimis nationibus familiae offendunt, est admodum anceps, quin etiam omnino improbanda: institutiones ac leges iniuste agnoscere omittunt inviolabilia familiae ipsiusque personae humanae iura, ac societas non solum familiae non inservit sed eam violenter etiam oppugnat propriis in bonis ac primariis postulatis. Familia exinde, quae secundum Dei consilium est quasi cellula fundamentalis societatis subiectumque iurium et officiorum, quae Civitati ipsi imprimis et cuilibet alii communitati sunt propria, denique quasi victima efficitur societatis eiusque tarditatis ac lentitudinis in adiuvando et etiam magis manifestarum illius iniustitiarum.

Hac de causa palam fortiterque Ecclesia defendit familiae iura ab intolerabilibus societatis et Civitatis abusibus. Parti-

Conc. Oec. Vat. II, Declaratio *Dignitatis humanae* de Libertate religiosa, 5.

culatim vero Synodi Patres haec, quae sequuntur, familiae iura, inter alia, memorarunt:

— Existendi et progrediendi ut familia, i.e. ius omnis hominis, praesertim etiam pauperum ad familiam condendam et aptis subsidiis sustentandam.

— Exercendi suum munus in vita transmittenda atque filios educandi.

— Intimitatis vitae et coniugalis et familiaris.

— Stabilitatis vinculi atque institutionis matrimonialis.

— Credendi et profitendi propriam fidem, eamque propagandi.

— Educandi filios iuxta proprias traditiones et valores religiosos, necnon culturales, instrumentis, mediis atque institutionibus necessariis.

— Obtinendi securitatem physicam, socialem, politicam, oeconomicam, praesertim pauperum et infirmorum.

— Ius ad habitationem aptam vitae familiae rite ducendae.

— Expressionis et repraesentationis coram publicis auctoritatibus oeconomicis, socialibus et culturalibus eisque subiacentibus, sive per se, sive ope consociationum.

— Consociationes creandi cum aliis familiis et institutionibus, ut apte et sollerter suum munus adimpleat.

Protegendi minorennes ope adaequatarum institutionum et legislationum, contra nociva pharmaca, pornographiam, alcoholismum, etc.

— Honesti otii quod simul valores familiae foveat.

— Ius senum ad dignam vitam et dignam mortem.

— Ius emigrandi tamquam familia ad meliorem vitam quaerendam.[112]

Apostolicae Sedi, expressae petitioni Synodi obsecundanti, erit curae ut easdem propositiones accurate perpendat atque

[112] Cfr. *Propositio,* 42.

<(Chartam familiae iurium » conficiat, officii sedibus et auctoritatibus publicis, quarum res interest, proponendam.

47. Sociale munus cuiusque familiae proprium novo sane nativoque nomine ad christianam spectat familiam, matrimonii sacramento innixam. Dum enim veritatem humanam coniugalis amoris eaque omnia, quae secum fert, amplectitur, sacramentum coniuges ac parentes christianos idoneos reddit et impellit ut e sua laicorum vocatione vivant et ideo valeant « res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere ».[113]

Sociale et politicum munus pertinet ad missionem regalem illam seu serviendi, quam christiani coniuges ex matrimonii sacramento communicant, simul recipientes mandatum, quod subterfugere non licet, atque gratiam, quae sustentat eos et incitat.

Hoc pacto vocatur familia christiana ut omnibus praebeat testimonium magni animi et sui cupiditate vacui, quaestionibus socialibus dicatum per « potiorem electionem » egenorum exclusorumque a societate. Quocirca progrediens in Domini sequela per amorem peculiarem in omnes pauperes, familia singulariter famelicis et miseris prospicere debet, senibus, aegrotantibus, toxicorum medicaminum usui deditis, familia carentibus.

48. Perspecta universali magnitudine variarum hodie quaestionum socialium, familia munus suum, ad societatis pertinens progressum, intellegit ratione prorsus nova amplificari: agitur enim etiam adiutrix opera novo ordini inter nationes praestanda, quandoquidem tantum in totius mundi solida necessitudine suscipi possunt ac dissolvi ingentes et gravissimae quaestiones iustitiae in orbe terrarum, populorum libertatis, generis hominum pacis,

[113] Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 31.

Spiritalis communio familiarum in fide speque communi insitarum et caritate vivificatarum quasdam vires efficit internas, quae pariunt, diffundunt, perficiunt iustitiam et reconciliationem, fraternitatem et inter homines pacem. Uti « ecclesiola » familia christiana instar « magnae Ecclesiae » adigitur ut unitatis sit mundo signum et hoc modo sustineat propheticas suas partes testandi Christi Regnum et pacem, ad quae mundus totus contendit.

Hoc autem exsequi poterunt familiae christianae tum per educandi suum opus, praebentes videlicet liberis exemplum vitae in veritatis, libertatis, iustitiae, amoris principiis innixae, tum per actuosum consciumque officium, collocatum in vere humano incremento societatis eiusque institutorum, tum denique per adiumentum variis modis tributum consociationibus, quae nominatim ordinis internationalis quaestionibus student.

49. In praecipuis christianae familiae muneribus etiam ecclesiale officium continetur: ipsa videlicet destinatur uti ministra ad Regnum Dei in saeculorum decursu aedificandum per vitae missionisque Ecclesiae participationem.

Quo melius fundamenta, res ipsa, proprietates huius participationis comprehendantur, altius perspici oportet multiplicia et intima vincula Ecclesiam ac familiam christianam inter se colligantia, quae insuper familiam efficiunt velut « Ecclesiam minutam » *(Ecclesiam domesticam)*[114] aguntque ut haec suo vicissim modo sit imago viva et historica repraesentatio mysterii ipsius Ecclesiae.

Ante omnia generat, educat, aedificat christianam familiam Mater Ecclesia implendo erga eam munus salutiferum, quod a Domino suo recepit. Verbum Dei annuntians, Ecclesia patefacit christianae familiae veram eius identitatem, id nempe

[114] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 11; Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 11; Ioannes Paulus PP. II, Homilia habita ineunte VI Synodo Episcoporum, 3 (26 Sept. 1980): *AAS* 72 (1980), 1008.

quod ea est et esse debet secundum Domini consilium; celebrans sacramenta Ecclesia ditat atque roborat christianam familiam Christi gratia ut in Patris gloriam ea sanctificetur; novum caritatis mandatum rursus pronuntians, Ecclesia concitat et dirigit christianam familiam ad amoris ministerium ut eundem imitetur et in vita renovet amorem donationis ac sacrificii, quo Iesus Christus totum hominum genus prosequitur.

Eo usque immittitur vicissim christiana familia in Ecclesiae mysterium ut sua ratione salutis procurandae muneris, Ecclesiae proprii, particeps fiat : sacramenti virtute coniuges parentesque christiani « in suo vitae statu et ordine proprium suum in Populo Dei donum habent ».[115] Quamobrem non modo « recipiunt » Christi amorem, cum fiunt communitas « salvata », verum etiam ad eundem Christi amorem fratribus « transmittendum » vocantur, ideoque communitas « salvans » efficiuntur. Eo modo christiana familia — effectus documentumque fecunditatis supernaturalis Ecclesiae — constituitur symbolum, testificatio, communicatio Ecclesiae maternitatis.[116]

50. Familia christiana adigitur ut proprio singularique modo actuosas et conscias partes sustineat in Ecclesiae missione, eo scilicet quod servitio Ecclesiae et societatis se ipsam dedit in vita et actione sua tamquam *intimam vitae amorisque communitatem.*

Si quidem christiana familia est communitas, cuius vincula a Christo renovantur per fidem et sacramenta, eius participatio muneris Ecclesiae contingere debet *ratione communitaria* : simul igitur coniuges *uti par,* necnon parentes ac liberi *uti familia,* erga Ecclesiam et mundum ministerium suum exsequantur oportet. In fide esse debent « cor unum et anima una »[117] per communem spiritum apostolicum, qui eos incendit, ac per con-

[115] Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 11.

[116] Cfr. *Ibid.,* 41.

[117] Cfr. *Act* 4, 32.

sociatam industriam, quae eos ministerii operibus pro ecclesiali civilique communitate devincit.

Praeterea familia christiana in historia Regnum Dei aedificat per easdem illas res cotidianas, quae eius *condicionem vitae* tangunt et definiunt: itaque *in coniugali familiarique amore* — qui secundum insignes suas divitias bonorum et postulatorum universitatis, singularitatis, fidelitatis, fecunditatis impletur[118] — proditur ac perficitur familiae christianae participatio officii sacerdotalis, prophetici, regalis ipsius Iesu Christi eiusque Ecclesiae : amor idcirco ac vita medullam missionis salvificae familiae christianae in Ecclesia et pro Ecclesia efficiunt.

Hoc commonet Vaticanum Concilium Secundum, ubi scribit : ((Familia suas divitias spirituales cum aliis quoque familiis generose communicabit. Proinde familia Christiana, cum e matrimonio, quod est imago et participatio foederis dilectionis Christi et Ecclesiae, exoriatur, vivam Salvatoris in mundo praesentiam atque germanam Ecclesiae naturam omnibus patefaciet, tum coniugum amore, generosa fecunditate, unitate atque fidelitate, tum amabili omnium membrorum cooperatione ».[119]

Iactis ita *fundamentis* familiae christianae participationis missionis ecclesialis, iam tempus est illustrare eius *elementa in triplici et unica coniunctione cum Iesu Christo Propheta, Sacerdote ac Rege* ideoque demonstrare christianam familiam ut 1) communitatem credentem et evangelizantem, 2) communitatem cum Deo colloquentem, 3) communitatem hominibus deservientem.

51. Consors vitae missionisque Ecclesiae, quae verbum Dei religiose auscultât idque firma fiducia enuntiat,[120] *christiana fa-*

[118] Cfr. Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Humanae vitae,* 9: *AAS* 60 (1968), 486 s.

[119] Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 48.

[120] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Dei Verbum* de Divina Revelatione, 1.

milia propheticum suum exsequitur munus suscipiendo ac proferendo Dei verbo: ita magis in dies credens et evangelizans communitas efficitur.

Oboeditio fidei aequaliter poscitur a coniugibus parentibusque christianis:[121] vocantur illi ut verbum Domini recipiant, quod ipsis aperit mirandam novitatem — Bonum Nuntium — eorum vitae coniugalis et familiaris, quam Christus sanctam reddidit ac sanctificantem. Etenim in fide dumtaxat reperire possunt et mirari grato animo laetantes ad quam dignitatem Deus matrimonium familiamque provexerit, eam signum et locum foederis amoris inter Deum et homines, inter Iesum Christum sponsamque eius Ecclesiam constituens.

Iam ipsa matrimonii christiani praeparatio quoddam fidei iter censetur: nam praestans offertur occasio ut sponsi iterum detegant altiusque comprehendant fidem baptismo receptam et christiana institutione nutritam. Hoc modo agnoscunt libereque accipiunt vocationem suam ut Christi sequelam et Regni Dei ministerium in conubiali statu viventes exsequantur.

Praecipuum temporis momentum, quo sponsi fidem suam commonstrent, est matrimonii sacramenti celebratio, quae suapte intima natura est proclamatio in Ecclesia Boni Nuntii de coniugali amore: qui est Dei verbum, quod « revelat » et « perficit » sapiens amansque consilium Dei de coniugibus, ad arcanam ac veram participationem ipsius Dei amoris erga homines admissis. Si sacramentalis matrimonii celebratio per se est verbi Dei pronuntiatio, in cunctis, qui vario nomine praecipui actores sunt et celebrantes, eluceat oportet « professio fidei » in et cum Ecclesia, communitate credentium, prolata.

Haec autem fidei professio produci debet in vitae curriculum coniugum atque familiae: Deus enim, qui sponsos « ad » matrimonium vocavit, eos « in » matrimonio pergit vocare.[122] In factis et per facta et quaestiones, difficultates et eventus coti-

[121] Cfr. *Rom* 16, 26.

[122] Cfr. Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Humanae vitae,* 25: *AAS* 60 (1968), 498.

dianae vitae Deus venit ad illos, ostendit et proponit *concretas* « postulationes » eorum participationis Christi amoris erga Ecclesiam pro peculiari condicione — familiari, sociali, ecclesiali — in qua versantur.

« Una simul » coniugalis ac familiaris communitas debet invenire consilium Dei eique obtemperare per ipsam experientiam humanam amoris, qui in Spiritu Christi inter coniuges, inter parentes ac liberos exercetur.

Quocirca, ut magna Ecclesia, sic parva etiam Ecclesia domestica necesse est perpetuo seduloque evangelizetur : hinc ipsius officium curandae continuae institutionis in fide.

52. Christiana familia, quatenus Evangelium amplectitur et ad maturitatem in fide progreditur, eatenus fit evangelizans communitas. Exaudiamus denuo Paulum VI: « Familia, haud secus atque Ecclesia, habenda est campus, quo affertur et unde diffunditur Evangelium. Quamobrem, apud familiam huius muneris consciam, omnia eiusdem familiae membra evangelizant atque evangelizantur. Parentes non tantum communicant cum filiis Evangelium, sed ab ipsis possunt recipere idem Evangelium penitus vita expressum. Eadem familia Evangelii nuntia fit apud alias multas familias, atque circumstantem, cui inseritur, convictum ».[123]

Quemadmodum Synodus iterum edixit, sese revocans ad cohortationem, quam in urbe Puebla enuntiavimus, futurum evangelizandi opus maximam partem ex Ecclesia domestica pendet.[124] Hoc apostolicum familiae munus in baptismo est insitum novamque vim ex sacramentali gratia matrimonii accipit ad fidem tradendam, ad sanctificandam et transformandam hanc societatem secundum Dei consilium.

Est hodie potissimum christianae familiae officium pecu-

[123] Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 71: *AAS* 68 (1976), 60 s.

[124] Cfr. Allocutio habita ad III Coetum Generalem Episcoporum Americae Latinae, IV, a (28 Ian. 1979): *AAS* 71 (1979), 204.

[125] Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 35.

liare eo pertinens ut paschalis Christi foederis ipsa testis sit per continuam propagationem laetitiae amoris securaeque spei, de qua rationem reddat oportet : « Familia christiana tum praesentes virtutes Regni Dei tum spem vitae beatae alta voce proclamat ».[125]

Summa catechesis familiaris necessitas cum vi quadam erumpit certis in rerum condicionibus, quas Ecclesia pro dolor passim animadvertit : « ubi legibus religioni adversantibus ipsa etiam educatio in fide impeditur, ubi propter pervagatam incredulitatem vel saecularismum, qui dicitur, grassantem reapse facultas non datur in religione vere crescendi, haec "veluti Ecclesia domestica" unus locus manet, ubi pueri et iuvenes germanam catechesim possint accipere».[126]

53. Evangelizandi ministerium proprium est parentum christianorum nec quidquam pro eo substitui potest : peculiares significationes induit familiaris vitae, veluti intertextae, ut esse debet, amore et simplicitate, efficientia et cotidiana testificatione.[127]

Filios formare sic debet familia ad vitam ut suum munus quisque penitus impleat secundum acceptam a Deo vocationem. Nam familia, quae transcendentibus patet bonis, quae fratribus cum laetitia servit, quae magnanima cum fidelitate suis satisfacit officiis sentitque cotidianam suam participationem mysterii gloriosae Crucis Christi, primum fit optimumque seminarium ipsius vocationis ad vitam Regno Dei consecratam.

Evangelizationis et catechesis ministerium parentum comitetur oportet filiorum vitam etiam ipsis annis eorum adulescentiae et iuventutis, cum illi — ut saepius accidit — in controversiam adducunt vel etiam répudiant christianam fidem, teneris suae vitae annis susceptam. Quemadmodum evangeli-

[126] Ioannes Paulus PP. II, Adhort. Apost. *Catechesi tradendae,* 68: *AAS* 71 (1979), 1334.

[127] Cfr. *Ibid.,* 36: *loc. mem.,* 1308.

zandi opus in Ecclesia numquam ab apostoli secernitur doloribus, ita parentibus in familia subeundae sunt fortissimo serenissimoque animo difficultates, quibus eorum evangelizationis apostolatus nonnumquam inter ipsos liberos obicitur.

Oblivisci non licet ministerium, a coniugibus parentibusque christianis pro Evangelio exactum, esse natura sua ecclesiale servitium, ingredi scilicet in compagem totius Ecclesiae ut communitatis evangelizatae et evangelizantis. Ex unica Ecclesiae missione promanans in eaque inhaerens atque ad unius Corporis Christi aedificationem ordinatum,[128] domesticae Ecclesiae ministerium evangelizationis et catechesis debet intimis vinculis coniungi conscioque officiorum animo componi cum omnibus ceteris ministeriis evangelizationis atque catechesis, quae sunt et geruntur in ecclesiali communitate tam dioecesana quam paroeciali.

54. Universalitas sine finibus est patens campus evangelizationis proprius, quae studio et ardore missionali intrinsecus animatur : inde enim expresso et ambagibus vacuo iussui Christi respondetur : « Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae ».[129]

Fides quoque evangelizandique munus christianae familiae hunc impulsum missionalem catholicum prae se ferunt. Matrimonii sacramentum, quod renovat repetitque officium in baptismate et chrismate stabilitum[130] defendendi diffundendique fidem, coniuges parentesque christianos constituit Christi testes « usque ad ultimum terrae »[131] necnon veros et germanos amoris vitaeque « missionarios ».

Iam intra familiam ipsam impleri potest genus quoddam actionis missionalis. Hoc fieri contingit, cum aliquod eius membrum fide caret aut eam non congruenter exsequitur. Quo in

[128] Cfr. *1 Cor* 12, 4 ss.; *Eph* 4, 12 s.

[129] *Mc* 16, 15.

[130] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 11.

[131] *Act* 1, 8.

casu necessarii oportet testimonium fidei suae, vita ipsa comprobatae, ei exhibeant, quod eum exstimulet ac roboret in via, qua eo contendat ut Christo Salvatori prorsus adhaereat.[132]

Animo missionali iam intus concitata, Ecclesia domestica impellitur ut splendidum signum sit praesentiae Christi eiusque amoris etiam pro « longinquis », pro familiis nondum credentibus, pro familiis ipsis christianis non amplius viventibus secundum fidem acceptam : vocatur ut « exemplo et testimonio suo » illuminet « eos qui veritatem quaerunt ».[133]

Haud secus atque initiis christianae religionis Aquila et Priscilla se coniuges praebebant missionales,[134] sic hac aetate Ecclesia suam numquam cessantem novitatem floremque per praesentiam ipsam coniugum ac familiarum christianarum testatur, qui saltem in certum temporis spatium in terras abeunt missionali opere excolendas, annuntiaturi Evangelium hominibusque Iesu Christi amore servituri.

Peculiari omnino ratione christianae familiae conferunt ad missionalem causam Ecclesiae, cum inter filios filiasque suas missionalem fovent vocationem,[135] et magis generatim cum operi institutorio insistunt, quod « filios suos ab ipsa pueritia disponere ad agnoscendum amorem Dei erga universos homines » possit.[136]

55. Evangelii nuntiatio eiusque in fide perceptio in sacramentali celebratione plenitudinem consequuntur. Ecclesia enim, credens communitas et evangelizans, est pariter populus sacerdotalis, nempe dignitate ornatus particepsque effectus potestatis Christi Summi Sacerdotis Novi et Aeterni Foederis.[137]

[132] Cfr. *1 Pe* 3, 1 s.

[133] Cfr. Conc. Oec. Yat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 35; Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 11.

[134] Cfr. *Act* 18; *Rom* 16, 3 s.

[135] Cfr. Conc. Oec. Yat. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 39.

[136] Conc. Oec. Vat. II, Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 30.

[137] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 10.

Familia quoque christiana Ecclesiae inseritur, sacerdotali populó: per matrimonii sacramentum, ubi fundatur et unde nutritur, perpetuo a Domino Iesu vivificatur ab eoque instigatur et obligatur ad colloquium cum Deo per sacramentalem vitam, per suae vitae oblationem necnon per precationem.

Hoc est *officium sacerdotale,* quod familia christiana potest debetque exercere, cum universa Ecclesia arcte coniuncta in omnibus eventibus cotidianis vitae coniugalis ac familiaris: quo pacto familia christiana *vocatur ad se sanctificandam atque etiam ad ecclesialem communitatem ac mundum sanctificandum.*

56. Proprius fons et singulare instrumentum sanctificationis coniugum familiaeque christianae est matrimonii sacramentum, quod sanctificantem baptismi gratiam resumit et perficit. Propter mortis et resurrectionis Christi mysterium, in quod christianum matrimonium homines denuo immittit, purineatur coniugalis amor et sanctificatur: « Hunc amorem Dominus, speciali gratiae et caritatis dono, sanare, perficere elevare dignatus est ».[138]

Iesu Christi donum minime totum positum est in sacramenti matrimonii celebratione, verum coniuges fulcit in vitae eorum perpetuitate. Istud nominatim memorat Concilium Vaticanum Secundum, cum docet : Iesus Christus « manet porro cum eis, ut quemadmodum Ipse dilexit Ecclesiam et Semetipsum pro ea tradidit, ita et coniuges, mutua deditione, se invicem perpetua fidelitate diligant... Quapropter coniuges Christiani ad sui status officia et dignitatem peculiari Sacramento roborantur et veluti consecrantur; cuius virtute munus suum coniugale et familiare explentes, spiritu Christi imbuti, quo tota eorum vita, fide, spe et caritate pervaditur, magis ac magis

[138] Conc. Oec. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 49.

ad propriam suam perfectionem mutuamque sanctificationem, ideoque communiter ad Dei glorificationem accedunt ».[139]

Universalis ad sanctitatem vocatio ad coniuges similiter et ad christianos pertinet parentes : pro illis definitur e sacramento celebrato et modo *concreto* transfertur in res ipsas coniugalis ac familiaris vitae proprias.[140] Hinc gratia enascitur et necessitas verae altaeque *spiritualitatis coniugalis et familiaris,* quae ad argumenta revocatur creationis, foederis, Crucis, resurrectionis necnon signi, in quibus saepenumero Synodus est immorata.

Christianum matrimonium, perinde ac sacramenta cuncta, quae « ordinantur ad sanctificationem hominum, ad aedificationem Corporis Christi, ad cultum denique Deo reddendum »,[141] in se ipso est liturgicus actus glorificationis Dei in Christo Iesu et in Ecclesia: eo celebrando profitentur coniuges christiani gratum erga Deum animum suum de praecelso dono sibi concesso ut iterum vivere valeant sua in exsistentia coniugali ac familiari ex ipso Dei amore in omnes homines et in Domini Iesu Ecclesiam, ipsius Sponsam.

Et sicut ex sacramento in coniuges derivatur donum et obligatio, unde sanctificationem acceptam vivendo cotidie experiantur, ita eodem ex sacramento gratia profluit et morale officium universae eorum vitae transformandae in perpetuas <(spiritales hostias ».[142] Etiam ad coniuges et parentes christianos, praesertim in terrenis his temporariisque rebus, quae eos denotant, verba Concilii adhibentur : « Sic et laici, qua adoratores ubique sancte agentes, ipsum mundum Deo consecrant ».[143]

57. Sanctificationis officium familiae christianae primas suas habet in baptismo radices supremamque suam in Eucharistia significationem, cui christianum matrimonium intima iungitur

[139] *Ibid.,* 48.

[140] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 41.

[141] Conc. Oec. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 59.

[142] Cfr. *1 Pe* 2, 5; Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* ûe Ecclesia, 34.

[143] Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 34.

ratione. Concilium Vaticanum Secundum peculiarem necessitudinem extollit intercedentem Eucharistiam inter et matrimonium, praecipiens ut « matrimonium ex more intra Missam celebretur » :[144] prorsus est necesse hanc necessitudinem iterum detegi altiusque perspici, si quis comprehendere et in vitae usum traducere exoptet gratias et obligationes matrimonii ac familiae christianae.

Fons ipse christiani matrimonii est Eucharistia. Etenim Sacrificium Eucharisticum refert amoris foedus Christi cum Ecclesia, quod Sanguine est illius Crucis signatum.[145] Atque in hoc Novi et Aeterni Testamenti Sacrificio coniuges christiani reperiunt originem, unde promanat interiusque figuratur ac perpetuo vivificatur eorum pactum coniugale. Tamquam Sacrificii amoris Christi in Ecclesiam repraesentatio Eucharistia est fons caritatis. In dono autem eucharistico caritatis familia christiana invenit fundamentum suum ac veluti animam suae « communionis •» suaeque « missionis » : efficit enim Eucharisticus Panis variis ex familiaris communitatis membris unum corpus, quod est patefactio et participatio amplioris unitatis Ecclesiae; communicatio deinde Corporis «traditi» et Sanguinis Christi « effusi » fit inexhaustus fons missionalis apostolicaeque navitatis familiae christianae.

5.8. Necessaria ac perpetua pars muneris sanctificationis in familia christiana est receptio evangelicae provocationis ad conversionem, quae omnibus adhibetur christianis, qui non semper fideles persistunt « novitati » illius baptismi, quo sunt «sancti» effecti. Neque ipsa christiana familia semper cohaeret cum lege gratiae et baptismalis sanctitatis rursus in matrimonii sacramento declarata.

Paenitudo ac mutua venia intra familiam christianam, quae in vita cotidiana tantopere frequentante, proprium sacramen-

[144] Constitutio *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 78.
[145] Cfr. *Io* 19, 34.

tale tempus habent in paenitentia christiana. Quod ad coniuges attinet, ita scripsit Paulus VI in Encyclicis Litteris *Humanae vitae* : « Si autem peccatis adhuc retineantur, ne concidant animo, sed humiles et constantes ad Dei misericordiam confugiant, quam abunde Paenitentiae Sacramentum dilargitur».[146]

Huius sacramenti celebratio vim specialem accipit ad familiarem vitam: dum per fidem intellegunt quomodo peccatum adversetur non tantum pacto cum Deo inito, sed etiam foederi coniugum familiaeque communioni, coniuges et omnes familiae sodales perducuntur ad congressionem cum Deo, « qui dives est in misericordia »[147] quique amorem suum peccato validiorem[148] imper tiens, reiicit ac perficit coniugale pactum familiaremque communionem.

59. Ecclesia pro familia christiana preces fundit, quam etiam instituit ut magnanima cum congruentia vivendo impleat donum officiumque sacerdotale, a Christo Summo Sacerdote receptum. Revera sacerdotium fidelium baptismale, vivendo expressum in matrimonio ut sacramento, coniugibus familiaeque fundamentum praebet vocationis et missionis, ob quam ipsa eorum cotidiana vita transit in « spiritales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum »:[149] evenit hoc non tantum per Eucharistiae aliorumque sacramentorum celebrationem et per sui ipsius oblationem factam ad Dei gloriam, sed etiam per precandi consuetudinem perque collocutionem, orationi iunctam, cum Patre per Iesum Christum in Spiritu Sancto.

Familiaris precatio habet suas proprietates. Nam est oratio *communiter facta* a marito et uxore simul, a parentibus una cum liberis. Eodem tempore communio in precatione fructus est ac postulatum illius communionis, quae sacramentis bap-

[146] N. 25: *AAS* 60 (1968), 499.

[147] *Eph* 2, 4.

[148] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Litt. Enc. *Dives in misericordia,* 13: *AAS* 72 (1980), 1218s. ;••

[149] Cfr. *1 Pe* 2, 5.

tismi et matrimonii suppeditata". Ad christianae familiae membra adhiberi particulatim possunt voces, quibus Dominus Iesus praesentiam suam pollicetur: « iterum dico vobis: Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in caelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum ».[150]

Singulare argumentum huiusmodi familiaris precationis est *ipsa vita familiae,* quae in universis variisque suis adiunctis explicatur tamquam Dei vocatio et tamquam responsio filiorum appellationi eius efficitur: gaudia et dolores, spes et tristitiae, dies natales et anniversarii, nuptiarum iubilaea parentum, profectiones, longinquae commorationes et reversiones, graves et decretoriae electiones, obitus carorum et alii huiusmodi eventus demonstrant Dei amorem in familiae rerum cursu intervenientem ac pariter designare debent tempus aptum ad gratiarum actionem, ad implorationem, ad actum, quo familia fidenter se permittit Patri communi, qui est in caelis. Dignitas autem officiumque christianae familiae ut Ecclesiae domesticae exprimi possunt solum assiduo Dei auxilio, quod sine dubio concedetur, si humiliter fidenterque flagitabitur precatione.

60. Ex eorum dignitate ac sacerdotali missione ad omnes baptizatos pertinente, proprium christianorum parentum munus est liberos instruere ad orandum eosque adducere paulatim ad mysterium Dei detegendum et ad colloquendum singulariter cum eo; « Maxime vero in Christiana familia, matrimonii Sacramenti gratia et officio ditata, filii iam a prima aetate secundum fidem in Baptismo receptam Deum percipere et colere atque proximum diligere doceantur oportet».[151]

Primaria necessariaque pars educationis ad precandum est *concretum* exemplum parentum et testimonium, vita compro-

[150] *Mt* 18, 19 s.

[151] Conc. Oec. Vat. II, Declaratio *Gravissimum educationis* de educatione christiana, 3: cfr. Ioannes Paulus PP. II, Adhort. Apost. *Catechesi tradendae,* 36: *AAS* 71 (1979), 1308.

batum: dumtaxat una cum liberis orantes pater ac mater; dum suum perficiunt regale sacerdotium, in cordis filiorum veluti penetralia descendunt ibique vestigia relinquunt, quae sequentes vitae eventus exterminare non valebunt. Audiamus denuo Paulum VI parentes exhortantem: «Matres, docetisne liberos vestros christiani hominis precationes? Praeparatione una cum sacerdotibus filios vestros ad primae aetatis sacramenta, Paenitentiam, Eucharistiam, Confirmationem? Assuefacitisne eos, si aegrotant, ut Christum cogitent perdolentem?, ut Virginis Mariae Sanctorumque invocent auxilia? Peröolvitisne in familia marialis Rosarii precationem? Et vos patres, scitisne una cum liberis vestris cum omnique domestica communitate saltem interdum orare? Exemplum enim vestrum, comitante cogitationis actionisque honestate ac suffragante aliqua communi precatione tantum valet quantum utilis ad vitam schola, quantum cultus exercitatio eximii omnino meriti; sic pacem inf erte intra domesticos parietes: "pax huic domui!". Reminiscimini: ita aedificans Ecclesiam! ».[152]

61, Inter Ecclesiae precationes ac singulorum fidelium orationes alta vitalisque necessitudo intercedit, sicut liquido confirmavit Concilium Vaticanum Secundum.[153] Praecipuum vero quoddam propositum precationis in Ecclesia domestica eo spectat ut filii naturali quodam modo ad orationem liturgicam totius Ecclesiae inducantur, quatenus ii tum componuntur ad eam, tum ambitum vitae personalis, familiaris, socialis illa complectitur. Hinc necesse est omnes christianae familiae sodales pedetemptim participent Eucharistiam, maxime dominicalem et festivam, necnon alia sacramenta, praesertim initiationis christianae filiorum. Directoriae Concilii normae novam opportunitatem familiae christianae praebent, quae inter coetus

[152] Allocutio habita in Admissione generali (11 Aug. 1976): *Insegnamenti di Paolo VI.* XIV (1976), 640.

[153] Cfr. Constitutio *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 12.

est annumerata, quibus communitaria celebratio suadetur Liturgiae Horarum.[154] Curabit pariter familia christiana ut etiam domi, ratione quidem suis sodalibus idonea, tempora ac liturgici anni festi dies celebrentur.

Ut autem domi praeparetur et continuetur cultus in Ecclesia celebrandus, familia utitur christiana precibus privatis, quarum magna invenitur varietas formarum: haec varietas, immensas testans divitias, secundum quas precationem christianam Spiritus movet, diversis satisfacit postulationibus condicionibusque vitae illius qui ad Dominum dirigit mentem. Praeter preces matutinas ac vespertinas, expressis verbis suadentur secundum Synodi Patrum monitionem : lectio et meditatio verbi Dei, praeparatio sacramentorum, pietas in Sacratissimum Cor Iesu et consecratio ei facta, variae rationes cultus Beatae Mariae Virginis, benedictio mensae, religionis popularis custodia.

Ecclesia, filiorum Dei libertatem plane observans, nonnullas pietatis formas fidelibus peculiari cum cura et instantia proposuit pergitque proponere: inter quas memoretur oportet Marialis Rosarii recitatio: « Nunc autem, Decessorum Nostrorum proposita prosecutis, perplacet Nobis vehementer marialis *Rosarii* recitationem inter saepta domestica commendare... dubium non est, quin Beatae Mariae Virginis *Corona* inter excellentissimas atque efficacissimas "communes preces" recensenda sit, ad quas fundendas Christiana familia invitatur. Re quidem vera placet Nobis mentem eo intendere ac vehementer optamus, ut, cum familiae membra ad precandum una conveniant, *Rosarium* crebro libenterque eo ipso tempore adhibeatur ».[155] Germana sic pietas marialis, quae arcta coniunctione et magnanima sequela spiritalium sensuum Virginis Sanctissimae declaratur, praestantissimum quoddam instrumentum est ad alendam amoris communionem familiae provehendamque coniugalem ac fa-

[154] Cfr. *Institutio Generalis de Liturgia Horarum,* 27.

[155] Paulus PP. VI, Adhort. Apost. *Marialis cultus,* 52-54: *AAS* 66 (1974), 160 s.

miliarem spiritualitatem. Illa enim, Christi Mater et Ecclesiae, insigniter etiam familiarum christianarum Mater est, nempe domesticarum Ecclesiarum.

62. Par non est oblivisci umquam precationem esse vitae christianae constitutivam et necessariam partem secundum suam integram et intimam naturam ; quin immo ea pertinet ad ipsam nostram « humanitatem » : est « declaratio prima interioris veritatis hominis, condicio prima germanae libertatis spiritus ».[156]

Hac de causa precatio minime significat quasi quandam fugam, quae a cotidianis officiis aliquem abducit, sed vehementiorem impulsum apportât ut christiana familia suscipiat pleneque absolvat munera universa sua tamquam cellulae primae ac fundamentalis humanae societatis. Proinde actuosa communicatio vitae munerisque Ecclesiae in mundo respondet fideli ta ti atque studio precationis, qua familia christiana fecundae coniungitur Viti, quae Christus est Dominus.[157]

Ex vitali cum Christo consociatione, quae Sacra Liturgia nutritur nec non sui ipsius oblatione et oratione, profluit etiam familiae christianae fecunditas in eius proprio ministerio ad progressionem humanam spectante, quod ex se necessario prodest mundo transformando.[158]

63. Ecclesiae, populo scilicet prophetico-sacerdotali-regali, officium est omnes homines perducere ad verbum Dei in fide accipiendum idque celebrandum ac testificandum in sacramentis et in precationibus et demum ad id commonstrandum

[156] Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita in Sanctuario vulgo nuncupato «Mentorella» (29 Oct. 1978): *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* I (1978), 78 s.

[157] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 4.

[158] Cfr. Ioannes Paulus PP. I, Allocutio habita ad sacrorum Antistites XII Regionis Pastoralis Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis (21 Sept. 1978): *AAS* 70 (1978), 767.

in vitae rebus *concretis* **secundum donum novumque amoris mandatum.**

Familia christiana legem suam reperit non in scripto aliquo codice, verum in Sancti Spiritus actione personali, quae concitat christianum et gubernat; haec est enim «'lex.;. Spiritus vitae in Christo Iesu » :[159] « caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus'est" nobis'».-[160]

Hoc aequabiliter dicendum est de coniugibus ac familia christiana : eorum moderator et norma est Spiritus Iesu in còrda effusus ex sacramenti matrimonii celebratione. Baptismum in aqua et Spiritu prosequens, matrimonium iterum proponit evangelicam amoris legem et Spiritus donò eam altius insculpit in christianorum coniugum animis: amor eorum, purificatus et redemptus, est fructus Spiritus, qui credentium iii animis operatur eodemque tempore se veluti praebet principale mandatum moralis vitae, quae ab eorum *responsabili* **libertate deposcitur.**

Sic quidem familia christiana animatur et ducitur nova lege Spiritus intimaque in communione cum Ecclesia ipsa, populo regali, et adigitur ut « ministerium » suum amoris erga Deum fratresque exprimat vivendo. Sicut Christus fungitur regali sua potestate, cum se devovet hominum servitio,[161] sic et christianus verum consequitur sensum suae participationis dignitatis regalis, Domini sui propriae, cum spiritum eius communicat moremque homini serviendi : hanc « potestatem discipulis communicavit, ut et illi in regali libertate constituantur et sui abnegatione vitaque sancta regnum peccati in seipsis devincant (cfr. *Rom* **6, 12), immo ut Christo etiam in aliis servientes, fratres suos ad Regem, cui servire regnare est, humilitate et patientia perducant. Dominus enim Regnum suum etiam per laicos fideles dilatare cupit, Regnum scilicet veritatis et vitae, Regnum sanctitatis et gratiae, Regnum iustitiae, amo-**

™ ***Rom* 8, 2.**
[160] ***Ibid.,* 5, 5.**
[161] **Cfr. *Me* 10, 45.**

ris et pacis ; in quo Regno ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei (cfr. *Rom* 8, 21) ».[162]

64. Incitata novo amoris mandato ac sustenta ta, familia christiana in vitae usu servat hospitalitatem et reverentiam et servitutem erga omnem hominem, qui semper pro sua dignitate personae et filii Dei accipitur.

Con tingere autem hoc imprimis oportet intra coniuges ac familiam et in utrorumque bonum, videlicet per cotidianum munus germanae provehendae personarum communitatis, innixae in interna amoris communione et inde augescentis. Id proficere debet intra vastiorem orbem ecclesialis communitatis, cui christiana inserta est familia : propter ipsam familiae caritatem Ecclesia potest et debet magis domesticam induere indolem, nempe familiariorem, genere necessitudinum humaniore magisque fraterno sibi asciscendo.

Caritas vero proprios fidei fratres excedit, quoniam « omnis homo meus est frater » ; in unoquoque homine, potissimum egeno et infirmo, dolente iniusteque tractatu, caritas detegit Christi vultum necnon fratrem, qui amandus est et cui serviendum.

Ut ministerium hominis a familia impleatur secundum evangelicum morem, diligenter effici oportet, quod Concilium Vaticanum Secundum inculcat : « Quo huiusmodi caritatis exercitium omni exceptione maius sit et tale appareat: in proximo consideretur imago Dei ad quam creatus est, et Christus Dominus cui re vera offertur quidquid indigenti donatur».[163]

Familia christiana, dum Ecclesiam in caritate aedificat, se hominum ministerio dicat et mundo illa reapse perficienda « promotione humana », cuius natura his verbis est breviter descripta in Nuntio a Synodo familiis dato : « Aliud munus familiae est

[162] Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 36.

[163] Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 8.

homines informare ad amorem pariterque amorem praestare in cunctis rationibus, quae ipsi cum aliis intercedunt, ita ut familia non in se concludatur, sed pateat communitati, quippe cum sensu iustitiae atque reverentia erga alios necnon conscientiae suae officio erga totam hominum societatem permoveatur ».[164]

IV

1-65. Sicut omnis animans, ita et familia progrediatur et crescat oportet. Post sponsalium praeparationem atque celebrationem sacramentalem matrimonii, coniuges cotidianum veluti iter instituunt eo pertinens ut per gradus matrimonii hbna consequantur et officia impleant.

Pide illuminata et ob virtutem spei etiam christiana familia, in communione cum Ecclesia, experiendo particeps fit humanae peregrinationis ad plenam revelationem et effectum Regni Dei contendentis.

Quapropter impensius etiam illustrari oportet quantopere interventus pastoralis Ecclesiae ad fovendam familiam urgeat. Omnibus est nitendum viribus ut pastoralis cura familiae firmetur ac provehatur, operando in re ceteris vere anteferenda, minime dubitando quin evangelizatio tempore futuro ex Ecclesia domestica pendeat.[165]

Sollicitudo pastoralis Ecclesiae non continetur tantum christianis familiis propinquioribus, sed, fines suos dilatans secundum Cordis Christi mensuram, diligentior erit circa omnes familias universe et eas particulatim, quae in difficili vitiataque condicione versantur. Ecclesia oportet ad cunctas familias verba dirigat plena veritatis, humanitatis, bonitatis, spei, impensae participationis difficultatum interdum vere gravissimorum, qui-

[164] Nuntius VI Synodi Episcoporum ad christianas Familias huius temporis, 12 (24 Oct. 1980).

[165] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita ad III Coetum Generalem Episcoporum Americae Latinae, IV, a (28 Ian. 1979): *AAS* 71 (1979), 204.

bus premuntur; omnibus erit auxilio, sui commodi immemor, ut possint accedere ad illud familiae exemplar, quod Creator voluit usque « a principio » quodque Christus sua gratia rédemptrice renovavit.

Actio pastoralis Ecclesiae gradatim fiat oportet, etiam quatenus familiam debet comitari, eam pedetemptim sequens in variis veluti gradibus eius institutionis et progressus.

66. Hisce temporibus magis quam alias necesse est ut iuvenes ad matrimonium atque familiarem vitam praeparentur. In quibusdam regionibus ipsae familiae adhuc iuxta veterem morem iuvenibus tradunt bona ad vitam coniugalem et familiarem spectantia, per progrediens educationis vel initiationis opus. Sed mutationes, quae supervenerunt intra prope omnes nostrorum temporum communitates, postulant ut non solum familia verum etiam humana societas et Ecclesia studiose nitantur ut praeparentur apte iuvenes ad futura officia. Haud paucae res adversae, quae hodie in familiari vita deprehenduntur, ex eo oriuntur quod inter nova rerum adiuncta iuvenes non solum rectum bonorum ordinem obliviscuntur, sed, firmas agendi regulas iam non habentes, nesciunt quomodo possint oppetere novasque expedire difficultates. At experientia docet iuvenes ad familiarem vitam affatim praeparatos universe magis proficere quam ceteros.

Hoc eo magis refertur ad christianum matrimonium, cuius vis sanctitatem tot virorum et mulierum pervadit. Quare Ecclesia aptiores amplioresque rationes praeparationis ad matrimonium provehat oportet ut, quantum fieri possit, amoveantur difficultates, quibus plurimi coniuges premuntur, atque etiam amplius certe foveatur ortus et auctus matrimoniorum, quae felicem exitum habent.

Praeparatio ad matrimonium habeatur ac perficiatur tamquam processus, qui gradatim fit et continenter. Ea enim tres

praecipuos postulat gradus: praeparationem remotam, propinquiorem, proximam.

Praeparatio remota ab ipsa infantia incipit, in ea sapienti familiari arte paedagogica, quae dirigere studet pueros ad se ipsos cognoscendus ut homines uberibus et implicatis dotibus psychologicis necnon singularis indole personae praeditos, eum viribus propriis et infirmitatibus. Hoc est temporis spatium, quo inculcetur oportet existimatio omnis veri humani boni in rationibus sive inter personas intercedentibus sive socialibus ; quibus rebus addendum est momentum, quod illud habet ad ingenium formandum, ad dominatum rectumque usum propriarum proclivitatum, ad modum iudicandi de alterius sexus personis cum iisque congrediendi de aliisque hoc genus rebus. Insuper opus est, maxime christianis, valida spiritalis et catechetica institutio, quae matrimonium valeat explicare tamquam veram vocationem et missionem, haud omissa facultate se Deo penitus devovendi in vocatione ad vitam sacerdotalem vel religiosam.

Hoc fundamento innixa, postea *praeparatio proxima,* fusius *pertractanda,* instituitur, quae — ab aetate consentanea et congruenti cum catechesi, veluti institutione catechumenorum — magis peculiarem postulat praeparationem ad sacramenta suscipienda, ad novam nempe quasi eorum inventionem. Haec renovata catechesis iuvenum et eorum omnium, qui ad matrimonium christianum se praeparant, est omnino necessaria ut sacramentum necessariis cum animi dispositionibus moralibus et spiritalibus celebretur et ex eo deinde vivatur. Oportet ut institutio religiosa iuvenum, apto tempore ac secundum varias certasque necessitates, compleatur praeparatione ad communem vitam a duobus coniunctim ducendam; qua praeparatione matrimonium tamquam necessitudo inter personas viri et mulieris continenter excolenda proponatur atque animi impellantur ut quaestiones sexualitatis coniugalis et consciae paternitatis altius perspiciant, adiuvantibus praecipuis notionibus me-

dicis-biologicis, quae hisce rebus iunguntur; eadem inducat ad usum idonearum methodorum educationis filiorum necnon elementa primaria curet comparanda, quibus familia consentanee regatur (cuius modi sunt : opus stabile, sufficiens et expedita pecunia, prudens rerum administratio, cognitio disciplinae oeconomicae domesticae et similia).

Denique oportet ne praeparatio neglegatur ad apostolatum familiarem, ad fraternitatem et cooperationem cum aliis familiis, ad partem actuose habendam in coetibus, consociationibus, motibus et inceptis, quae ad bonum humanum et christianum familiae pertinent.

Expedit ut *praeparatio proxima* **ad matrimonii sacramentum celebrandum postremis fiat mensibus et hebdomadibus, quae nuptiis antecedunt, ut nova veluti significatio, novum argumentum et forma tribuantur inquisitioni, quam dicunt, ante matrimonii celebrationem canonico iure postulatae. Hac praeparatione iugiter necessaria quocumque in casu ii magis indigent sponsi, qui adhuc defectus ac difficultates quoad christianam doctrinam vitaeque usum prae se ferunt.**

Inter principia, quae tradenda sunt in hoc fidei veluti itinere, catechumenatui simili, oportet etiam altius perspiciatur Christi Ecclesiaeque mysterium, significatio gratiae atque officii matrimonii christiani necnon praeparatio ad actuosam et consciam participationem rituum liturgiae nuptialis.

In variis gradibus praeparationis ad matrimonium — quos tantummodo indicii causa adumbravimus — familia christiana ac tota communitas ecclesialis officio se obstringant oportet. Exoptatur ut Conferentiae episcopales, quemadmodum in idonea incumbunt incepta ad adiuvandos futuros coniuges ut magis sint conscii momenti suae optionis necnon animarum pastores ut de consentaneis illorum dispositionibus ipsi fiant certiores, ita studeant ut *Directorium de pastorali cura familiae* **edatur. In quo imprimis statuenda erunt minima argumentorum elementa, tempora et methodi « Curriculorum praeparatoriorum »,**

ubi simul variae inter se veluti librandae erunt partes — doctrinales, paedagogicae, iuridicae, medicae — quae ad matrimonium pertinent, et ita disponendae ut quotquot se ad matrimonium componunt, ultra intellectualem perspicientiam, impellantur ut in communitatem ecclesialem inserant se ipsos.

Licet haud minoris aestimanda sit necessitatis et obligationis ratio, praeparationis proximae ad matrimonium propria — quod quidem fieret, si facile ab ea aliquis eximeretur — tamen oportet haec praeparatio semper ita proponatur et ad effectum sic adducatur ut eius praetermissio, si eam fieri contingat, non sit impedimentum nuptiarum celebrandarum.

67. Matrimonium christianum ad normam liturgicam postulat celebrationem, quae ratione sociali et communitaria naturam essentialiter ecclesialem et sacramentalem coniugalis foederis inter baptizatos declaret.

Ut *sacramentalis actio sanctificationis,* matrimonii celebratio — Liturgiae, culmini actionis Ecclesiae et fonti eius virtutis sanctificantis, illigata[166] — oportet per se sit valida, digna, frugifera. Hic amplus patet campus sollicitae curae pastorali ut postulationes prorsus impleantur, quae e natura foederis coniugalis, sacramenti dignitate aucti, promanant, atque simul disciplina Ecclesiae recte servetur, quod attinet ad liberum consensum, impedimenta, canonicam formam et ipsum celebrationis ritum. Hic simplex et decorus sit iuxta normas competentium auctoritatum Ecclesiae, quarum est etiam — secundum certa et definita adiuncta temporis et loci atque congruenter normis ab Apostolica Sede editis[167] — si forte res ferat, inducere in celebratione liturgica illa cuiusque cultus humani elementa, quae ad exprimendam altam significationem humanam et religiosam coniugalis foederis satius valeant, dummodo in

[166] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 10.
[167] Cfr. *Ordo celebrandi Matrimonium,* 17.

iis nihil insit, quod cum fide christianisque moribus parum conveniat.

Ut *signum* celebratio liturgica ita peragatur ut fiat, etiam quoad exteriorem veritatem, verbi Dei proclamatio et professio fidei communitatis credentium. Pastorale officium hac in re patescet sapienti diligentique cura «Liturgiae verbi)) et institutione fidei, iis tradita, qui adsunt celebrationi, imprimis nuptias facientibus.

Ut *sacramentalis actio Ecclesiae,* celebratio oportet liturgica matrimonii christianam associet communitatem participatione plena, actuosa et conscia omnium astantium, secundum uniuscuiusque locum et officium: nuptias facientium, sacerdotis, testium, propinquorum, amicorum ceterorumque fidelium, qui omnes coetui intersunt, qui mysterium Christi eiusque Ecclesiae manifestat et exprimit vivendo.

Quod attinet ad celebrationem matrimonii christiani in regionibus propriis cum cultus humani formis vel traditionibus a vitis, principia serventur supra enuntiata.

68. Maxime eo quod in celebratione sacramenti peculiaris cura impenditur dispositionibus moralibus et spiritalibus matrimonium ineuntium, potissimum vero eorum fidei, hic aggredienda est difficultas, quae non raro contingit et in quam pastores Ecclesiae incidere possunt in hac nostra societate, saecularem formam induta.

Etenim fides eius qui ab Ecclesia petit ut matrimonium possit contrahere, varios habere potest gradus, atque praecipuum est munus pastorum efficere ut ea iterum reperiatur, alatur, ad maturitatem adducatur. Sed oportet quoque ut ii intellegant causas, quae suadent Ecclesiae ut, etiam qui non est perfecte dispositus ad celebrationem, admittatur.

Prae ceteris sacramentis haec sunt eiusdem matrimonii sacramenti peculiaria et propria: est videlicet sacramentum rei, quae iam in creationis dispositione inest, est idem foedus coniu-

gale a Creatore institutum « in principio ». Viri ergo mulierisque propositum matrimonium contrahendi secundum hoc Dei consilium, id est secundum propositum vitam, per ipsorum coniugalem et irrevocabilem consensum, amore indissolubili atque fidelitate sine condicionibus astringendi, revera requirit, etiamsi modo non omnino conscio, animum affatim oboediendi Dei voluntati, qui sine eius gratia non potest haberi. Ii igitur verum propriumque salutis iter sunt ingressi, quod celebratio sacramenti et proxima ad eandem praeparatio complere valent et ad metam adducere, dummodo recta sit eorum intentio.

Ceterum verum est in quibusdam regionibus magis sociales quam reapse religiosas causas impellere sponsos, ut celebrationem matrimonii in Ecclesia petant. Quod non est mirum. Namque matrimonium est eventus, qui non tantummodo facturos nuptias respicit. Suapte enim natura est etiam quiddam sociale, quod sponsos respectu societatis obligat. Ex omni tempore celebratio eius dies est festus, quo familiae amicique inter se coniunguntur. Patet ergo sociales causas concurrere cum privatis in petitione matrimonium in ecclesia contrahendi.

Neque obliviscendum est matrimonium ini furos huiusmodi, vi sui baptismi, vere iam alligari Foedere sponsali Christi cum Ecclesia atque ob rectam suam intentionem Dei consilium de matrimonio se accepisse ideoque, saltem implicite, ei assentiri, quod Ecclesia facere intendat, cum matrimonium celebret. Quamobrem tantummodo eo quod in huiusmodi petitione etiam sociales causae inveniuntur, probari non potest celebrationis recusatio a pastoribus forsitan facta. Ceteroquin, ut Concilium Vaticanum Secundum docuit, Sacramenta verbis et rebus ritualibus fidem aiunt et roborant: [168] fidem dicimus, ad quam matrimonium inituri iam contendunt vi rectae suae intentionis, quam gratia Christi sine dubio fovet et firmat.

Praeterea, si aliae rationes circa admissionem ad celebratio-

[168] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Constitutio *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 59.

nein ecclesialem matrimonii statuantur, quae gradum fidei nuptias facere volentium respiciant, gravia pericula possunt afferri : imprimis periculum faciendi iudicia fundamento carentia et discriminantia; deinde periculum ingerendi dubia de validitate matrimoniorum iam celebratorum, magno cum detrimento christianarum communitatum cumque novis, non probandis angoribus conscientiae coniugum; periculum impugnandi vel in dubium vocandi indolem sacramentalem multorum matrimoniorum fratrum a plena communione cum Ecclesia catholica seiunctorum, quod ab ecclesiali discrepat traditione.

Cum, contra, omni conatu ad irritum redacto, nuptias facturi aperte et expresse id quod Ecclesia intendit, cum matrimonium baptizatorum celebratur, se respuere fatentur, animarum pastori non licet eos ad celebrationem admittere. Quamvis id aegre ferat, debet id ipsum agnoscere atque iis, quorum interest, persuadere non Ecclesiam in tali rerum statu sed eos ipsos celebrationem, quam quidem petant, impedire.

Etiam instantius hic videtur urgeri necessitas evangelizationis et catechesis ante et post matrimonium tradendarum, quas cuncta christiana communitas exsequatur oportet ea mente ut unusquisque vir et mulier, qui matrimonium contrahunt, sacramentum matrimonii non solum valide celebrent sed etiam fructuose.

69. Cura pastoralis familiae legitime constitutae reapse idem valet atque officium omnium eorum, qui communitatem ecclesialem localem efficiunt, auxilium praebendi coniugibus ut novam suam vocationem et missionem deprehendant et in vitae usum traducant. Quo magis magisque familia vera fiat amoris communitas, oportet universa eius membra adiuventur atque ad sua informentur officia respectu novarum, quae occurrant, difficultatum, ad mutuum servitium, ad vivam in familiari vita partem habendam.

Hoc praesertim novellas familias respicit, quae in novo bo-

norum novorumque officiorum ambitu versantes, maxime prioribus conubii annis fortasse difficultatibus sunt obnoxiae, veluti iis quae ex accommodatione ad communem vitam agendam filiorumque ortu promanant. Novelli coniuges ex animo suscipiant scienterque adhibeant auxilium prudens, humanum, munificum coniugum aliorum, qui iam a multo tempore vitam matrimonialem f amiliar emque experiendo noverunt. Sic intra ecclesialem communitatem — familiam magnam e christianis constantem familiis —mutuum assiduitatis commercium auxiliumque inter omnes familias efficietur, dum unaquaeque aliis adest sua cum experientia humana atque etiam fidei et gratiae donis. Vere apostolico spiritu vivificatum, hoc auxilium inter familias e facillimis, validissimis et omnium usui accommodatis erit modis, quo illa praestantia bona christiana longe lateque manantia transfundantur, quae principium et meta sunt cuiusvis ministerii pastoralis. Hac profecto ratione novae familiae non solum accipient sed vicissim, ita adiutae, veluti fons erunt incrementi pro aliis familiis, iampridem constitutis, vitae testimonio suo et opera sua sedulo collata.

Praeterea in pastorali obeundo ministerio, quod novis familiis praebet, Ecclesia oportet peculiariter conitatur ut eas instituat ad amorem coniugalem cum conscientiae officio praestandum respectu eius necessitatum communionis ac servitii vitae impendendi, atque etiam ad intimam domesticae vitae consuetudinem cum communi et generoso opere aedificandae Ecclesiae atque humanae societatis componendam. Cum filiorum ortu bini coniuges omnino proprieque familia efficiuntur, Ecclesia adhuc parentibus aderit ea mente ut filios illi suscipiant ac diligant instar doni a Domino vitae accepti, cum gaudio laborem subeuntes iis opitulandi in humano et christiano progressu.

II - Actio pastoralis semper dynamico modo veram Ecclesiae naturam ostendit, quae missione sua salvifica obstringitur. Etiam pastoralis cura familiae — peculiaris ac praecipua ratio

pastoralis ministerii — habet principium suum efficiens principemque auctorem ipsam Ecclesiam per eius structuras perque illos qui in ea operantur.

70. Ecclesia, communitas salvata simul et salvans, hic consideranda est in duplici sua ratione universali et particulari: haec in dioecesana communitate, modo pastorali in minores communitates divisa, inter quas, suum ob praecipuum pondus, paroecia est insignis, declaratur et ad effectum adducitur.

Communio cum Ecclesia universali non deprimit, quin immo in tuto ponit et promovet stabilitatem et peculiarem indolem variarum Ecclesiarum particularium; quae esse pergunt subiecta opere valentia et proxima necnon efficientissima ad curam pastoralem familiae peragendam. Ita quaevis Ecclesia localis et peculiari modo quaevis communitas paroecialis oportet sit magis conscia gratiae et officii, quae a Domino accipit ut curam provehat pastoralem. Expedit ne quodlibet pastoralis curae apte dispositae consilium, omnibus in ordinibus, umquam ad curam pastoralem familiae spectare praetermittat.

Huiusce officii habita ratione, intellegitur etiam momentum consentaneae institutionis eorum qui in hoc genus apostolatum modo magis peculiari insistunt. Sacerdotes, religiosi et religiosae, inde a formationis suae tempore, progressione quadam et consentanee ad cuiusque munus implendum dirigantur et instituantur. Inter alia incepta nos iuvat in lumine ponere novum Romae apud Pontificiam Universitatem Lateranensem conditum Altius Institutum studio quaestionum de familia destinatum. Etiam in quibusdam dioecesibus huiusmodi instituta sunt excitata: curent Episcopi ut quam plurimi sacerdotes, antequam paroecialia munia ineant, in his specialia frequentent curricula. Aliis in locis institutoria curricula per intervalla habentur apud Altiora Instituta studiorum theologicorum et pastoralium. Haec incepta fovenda, sustinenda, multiplicanda et aperienda sunt, ut liquet, etiam laicis, qui ad

utilitatem familiae operam conferant pro munere sibi proprio (medico, iuridico, psychologico, sociali, paedagogico).

71. Sed maxime singularis habendus est locus, qui hac in re ad missionem coniugum familiarumque christianarum pertinet, ac quidem vi gratiae in sacramento acceptae. Quae missio est exsequenda ut Ecclesia atque Regnum Dei in rerum humanarum cursu aedificentur. Id postulatur sicut actus promptae obtemperationis Christo Domino. Is enim, virtute matrimonii baptizatorum ad sacramenti dignitatem evecti, coniugibus christianis peculiarem missionem apostolorum impertit, qua ut operarii in vineam eius et, praecipuo modo, in hunc campum familiae mittuntur.

Haec illi faciunt in communione et sociata opera cum ceteris Ecclesiae membris, quae naviter agunt in bonum familiae, simul dona sua et ministeria fructificando. Talis apostolatus imprimis intra propriam familiam explicabitur, prout testimonium perhibetur vitae actae secundum Dei legem omnibus in eius partibus, christiane instituendo filios, iis praebendo auxilium ut fidem suam ad maturitatem adducant, eos ad castitatem educando, praeparando ad vitam, vigilando ut a periculis ideologiis et moralibus, quibus saepe sunt obnoxii, prohibeantur, eos gradatim cum conscientiae officio inserendo in ecclesialem civilemque communitatem, iis subveniendo et suadendo in vocatione seligenda, mutuum praebendo auxilium inter membra familiae pro communi auctu humano et christiano aliisque huiusmodi rationibus. Inde apostolatus familiae diffundetur operibus caritatis spiritalis et corporalis ad alias familias, praesertim ad eas quae magis egeant auxilio et fulcimine, ad pauperes, aegrotos, senes, praepeditos, orphanos, viduas, coniuges derelictos, matres innuptas et eas quae in difficilibus rerum adiunctis temptantur ut partum abigant et ad hisce similes.

72. In Ecclesia insuper, quae est subiectum *responsàbile* curae pastoralis familiae, memorandae sunt complures consociationes fidelium, in quibus declaratur Christi Ecclesiae mysterium et aliquomodo vivitur ex eo. Sunt igitur agnoscendae, cuiusque opera expostulata, — omnes quidem secundum proprietates suas, fines, momenta ad rem et methodos — plurimae ecclesiales communitates, varii coetus plurimique motus, quoquo modo, varii generis nomine et gradu, in cura pastorali familiae versantes.

Hac de causa Synodus manifeste comprobavit fructuosam operam huiusmodi consociationum spiritualitate institutioni et apostolatui deditarum. Earum erit sincerum sensum solidae necessitudinis cum aliis excitare, vitae fovere rationem, quae Evangelium Ecclesiaeque fidem sequatur, conscientias formare iuxta christianas virtutes, non iuxta modos publicae opinionis, adhortari ad opera caritatis mutuae et erga alios aperto animo, qui christianas familias tamquam verum fontem luminis validumque fermentum pro ceteris efficiat.

Pariter exoptatur ut familiae christianae, communis utilitatis consciae, naviter operentur omnibus in gradibus, etiam in aliis non ecclesialibus consociationibus. Aliae ex his pertinent ad conservanda, tradenda, tuenda praestantia bona ethica et *culturalia* singulorum, quorum interest, populorum, ad personae humanae progressionem, ad tutelam medicam, iuridicam et socialem matrum et infantium, ad iustam mulieris promotionem et ad luctationem adversus ea quae eius dignitatem abiciunt, ad auctum mutuae necessitudinis, ad cognitionem quaestionum coniunctarum cum conscia natalium temperatione secundum naturales methodos congruentes cum humana dignitate et Ecclesiae doctrina. Aliae tendunt ad iustiorem humanioremque aedificandam societatem, ad iustas fovendas leges, quae recto sociali ordini faveant, plene observata dignitate omnique legitima libertate uniuscuiusque ac familiae in gradu sive nationali sive internationali, ad cooperationem cum

schola aliisque institutis, quae filiorum educationem complent, et ad alias res huiusce generis.

III - Praeter familiam — obiectum videlicet, sed imprimis subiectum eiusdem pastoralis curae familiae — alii etiam sunt memorandi iique praecipui, qui in peculiari hac provincia operantur.

73. Princeps curator et auctor rei pastoralis familiae in dioecesi est episcopus. Ut Pater et Pastor ipse oportet sit peculiari ratione sollicitus de hac parte, sine dubio ceteris praestante, ministerii pastoralis. Ei oportet curam, sollicitudinem, tempus, administros, copias impendat; praesertim vero suum ipsius adiumentum familiis et omnibus, qui in variis dioecesis structuris ei opitulantur in cura pastorali familiae, praebeat. Maxime ei cordi sit ut dioecesis sua magis magisque fiat vera « familia dioecesana », exemplar et fons spei pro tot familiis, ad hanc pertinentibus. Constitutio Pontificii Consilii pro Familia, ad hoc quod attinet, eo putetur spectare ut sit signum momenti, quod nos curae pastorali familiae in mundo tribuimus et ut simul sit efficax instrumentum, qui ea in omnibus gradibus adiuvetur.

Episcopi praesertim presbyteris utuntur, quorum munus — sicut Synodus aperte illustravit — pars est primaria ministerii Ecclesiae in utilitatem matrimonii atque familiae. Idem dicendum est de iis diaconis, quibus curatio huiusce provinciae pastoralis fortasse concreditur.

Eorum officium non solum quaestiones morales et liturgicas amplectitur, sed etiam personales atque sociales. Ipsi oportet familiam sustineant in eius difficultatibus et angustiis, eiusdem membris se consociantes eamque adiuvantes ut vitam suam, luce Evangelii refulgente, considerent. Non supervacaneum est animadvertere ex hac missione, si exerceatur necessario habito discrimine veroque cum spiritu apostolico, Ecclesiae ministrum

nova accipere incitamenta ac spiritales vires pro sua etiam vocatione ipsaque ministerii exercitatione.

Suo tempore intentoque studio ad hunc apostolatum instituti, sacerdos vel diaconus oportet continenter se gerant erga familias tamquam patres, fratres, pastores et magistros, eas gratiae iuvantes subsidiis ac veritatis lumine collustrantes. Necesse igitur est ut institutio, quam tradunt, et consilia eorum plane cum germano Ecclesiae Magisterio congruant ita ut Dei Populo auxilia praebeant ad rectum sensum fidei sibi comparandum, qui postea ad ipsam vitam oportet aptetur. Haec erga Magisterium fidelitas efficiet quoque ut sacerdotes omni navitate iudiciorum suorum congruentiam curent ea mente ut a fidelibus suis conscientiae auferre valeant formidines.

Pastores et laici in Ecclesia participes sunt propheticae Christi missionis; laici testimonium perhibendo fidei verbis atque christiana vita; pastores distinguendo in hoc testimonio, quod ex germana fide oritur, ab eo quod minus congruit cum lumine fidei; familia, ut christiana communitas, sua peculiari fidei participatione ac testimonio. Itaque etiam inter pastores et familias dialogus inchoatur. Theologi et quaestionum familiarium periti possunt magnopere auxilio esse huic collocutioni accurate explanando argumenta sive Ecclesiae Magisterii sive experientiae vitae familiaris. Tali ratione Magisterii doctrina melius intellegitur atque via aperitur ad eius auctum progredientem. Tamen decet monere normam proximam et obstringentem, ad fidei doctrinam quod attinet — etiam quoad quaestiones familiae — ad hierarchicum Magisterium spectare. Rationes inter theologos, quaestionum familiarium peritos, et Magisterium sine ambagibus intercedentes haud paulum conferunt ad rectam fidem intellegendam et ad fovendum — intra ipsius fines — legitimum pluralismum, qui dicitur.

74. Partes, quas religiosi ac religiosae necnon in universum fideles Deo consecrati conferre valent ad apostolatum familiae,

imprimis ac fundamentali singularique ratione ipsa eorum consecratione Deo facta ostenduntur, quae eos reddit « coram omnibus Christifidelibus » tamquam evocantes « mirabile illud... connubium a Deo conditum et in futuro saeculo plene manifestandum quo Ecclesia unicum sponsum Christum habet »,[169] necnon testes illius caritatis cunctos complectentis, quae per castitatem propter Regnum caelorum susceptam eos efficit usque paratiores ad sese liberaliter devovendos ministerio divino apostolatusque operibus.

Hinc fieri potest ut religiosi ac religiosae, sodales Institutorum saecularium et aliarum perfectionis Institutionum, singillatim vel coniunctim, ministerium factitent in bonum familiarum, peculiarem curam gerentes infantium, praesertim derelictorum, inoptatorum et orphanorum, pauperum vel impeditorum, invisentes familias aegrisque assidentes, excolentes necessitudinem observantiae et caritatis cum familiis semiplenis, versantibus in difficultate aut disiunctis, praebentes propriam docendi et consilia dandi industriam in praeparandis iuvenibus ad matrimonium et in subsidiis praestandis ipsis coniugibus ad procreationem vere *responsabilem,* pandentes proprias domos simplici comique hospitalitati ut ibi familiae experiri valeant sensum Dei et spiritalem gustum precationis animique in Deum collecti et verum exemplum vitae transactae in caritate fraternaque laetitia tamquam inter membra amplioris familiae Dei.

His addere libet nobis instantissimam cohortationem, quam praepositis Institutorum vitae Deo consecratae adhibemus ut existiment — proprium et primigenum charisma quoad substantiam semper observantes — apostolatum ad familias directum velut unum ex potioribus officiis magis quidem urgentibus ob hodiernam rerum condicionem.

75. Haud paulum utilitatis afferre familiae possunt laici illi peculiariter instituti (medici, iurisperiti, psychologi, sociales

[169] Conc. Oec. Vat. II, Decretum *Perfectae caritatis* de accommodata renovatione vitae religiosae, 12.,

adiutores, consultores aliique consimiles), qui sive singillatim sive variis in consociationibus inceptisque coniunctim operam implent suam illuminandi, consilia dandi, dirigendi, sustentando Ad eos recte referri possunt hortativa verba, quibus pro opportunitate allocuti sumus Confoederationem *Consultoriorum* familiarium mente christiana ductorum : « Vestrum est officium, quod apte sibi missionis nomen meretur; tam enim sublimia sunt proposita, quae illud persequitur, et tantum momentum habent ad bonum societatis ipsiusque christianae communitatis effectus inde manantes... Quidquid peragere potueritis ad familiam fulciendam, habebit certissime efficacitatem, quae, proprium ambitum transcendens, alios etiam homines attinget afficietque societates. Ventura enim mundi et Ecclesiae aetas per familiam transit ».[170]

76. Aliquid seorsum dicendum est de hominibus accipientibus et curantibus socialem communicationem, quod genus tantum pondus prae se fert in huius temporis vita. Notum enim est communicationis socialis instrumenta « insidere, ac quidem saepe penitus, in animis utentium ipsis respectu tam affectus et intellectus quam doctrinae moralis ac religionis », maxime si adulescentes sunt iidem.[171] Quocirca ea salutarem possunt vim habere ad vitam moresque familiae necnon ad filiorum institutionem, at simul in se continent etiam « insidias ac pericula minime neglegenda »[172] atque — callide et artificio et via gubernata, sicut pro dolor variis in mundi partibus accidit — fieri possunt instrumenta ideologiarum homines seiungentium ac deformium iudiciorum de vita et familia, de religione et re morali, cum veram dignitatem non r e verentur hominisque sortem.

[170] Nn. 3-4 (29 Nov. 1980): *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* III, 2 (1980), 1453 s.

[171] Paulus PP. VI, Nuntius III die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato (7 Apr. 1969): *AAS* 61 (1969), 455.

[172] Ioannes Paulus PP. II, Nuntius die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato 1980 (1 Mai. 1980): *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* III, 1 (1980), 1042.

Quod periculum etiam magis instat reapse, quia « hodiernus vitae agendae modus — praesertim apud nationes machinali industria provectiores — saepissime familias adducit ut sua educationis officia deiciant reperiantque in facilibus effugi! occasionibus (domi potissimum oblatis per televisificum instrumentum ac per scripta quaedam pervulgata) viam, qua tempus et agendi spatia infantium occupent ac puerorum ».[173] Unde exoritur « officium ... defendendi maxime infantes ac pueros ab "incursibus", quos ex his communicationis instrumentis patiuntur », necnon curandi ut eorum usus in familia temperetur maxima cum diligentia. Sic etiam interesse debet familiae ut propriis filiis quaerantur alia oblectamenta saniora, utiliora magisque institutoria, ad corpus, mores, animam quod attinet, « ut tempus puerorum vacuum efficacius adhibeatur plurisque aestimetur et ut eorum vires probe dirigantur ».[174]

Quoniam vero communicationis socialis instrumenta — perinde ac schola et ambitus vitae — crebro etiam filiorum institutionem insignite afficiunt, parentes tamquam receptores actuosas sibi sumere partes debent, quoad usum moderatum et censorium, vigilem et prudentem illorum, discernentes qualem effectum habeant in filios, necnon quoad directoriam moderationem, quae faciat « ut liberorum conscientia conformetur ad iudicia serena rebusque congruentia proferenda, quae eam dirigant in eligendis et excludendis spectaculis, quae exhibentur ».[175]

Eadem officii ratione agant, in ipsis spectaculis seligendis et apparandis, consuetudinem — per opportuna incepta — habentes cum auctoribus variarum partium electionis transmissionisque eorundem spectaculorum ut certo videant ne temere prae-

[173] Ioannes Paulus PP. II, Nuntius die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato 1981, 5 (10 Mai. 1981) : diarium «L'Osservatore Romano» (22 Mai. 1981).

[174] *Ibid.*

[175] Paulus PP. VI, Nuntius III die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato (7 Apr. 1969): *AAS* 61 (1969), 456.

tereantur vel consulto reiciantur illa primaria hominum bona, quibus verum bonum commune societatis continetur, sed ut, contra, diffundantur spectacula idonea ad monstrandas, ut par est, quaestiones familiae earumque rectas solutiones. Hac de re Decessor noster rec. mem. Paulus VI scripsit: « cognoscere debent electores ac revereri familiarum postulata, id quod ab iis nonnumquam veram animi fortitudinem semperque acerrimam officiorum propriorum conscientiam deposcit. Eos enim vitare omnia oportet, quae familiam laedere possint in vita eius et stabilitate necnon aequilibritate et felicitate. Omnis violatio principalium familiae bonorum — sive de re amatoria agitur vel violentia, sive de divortii defensione vel de iuvenum habitudine societati contraria — est etiam veri boni hominum offensio ».[176]

Simili data opportunitate nos ipsi haec verba pronuntiavimus : familiae « necesse est possint non paulum confidere bonae voluntati et probitati et consciae propriorum munerum fideli tati in iis qui pro munere suo haec communicationis instrumenta procurant : qui sunt editores, scriptores, electores, moderatores, scaenici auctores, nuntiatores, explanatores, actores ».[177] Quapropter par etiam est pergere Ecclesiam omnes curas his destinare generibus opificum, cohortantem simul ac sustentantem catholicos, qui ad illos se sentiant vocari earumque rerum dotes prae se ferant, ut in has magnae prudentiae negotiorum provincias sedulo incumbant.

77. Pastorale studium etiam promptius, sapientius, prudentius ad Boni Pastoris exemplar flagitatur erga illas familias, quae — plerumque praeter suam voluntatem aut ob alias varii generis necessitates, quibus premuntur — condicionibus occurrere debent re ipsa difficilibus.

[176] *Ibid.*

[177] Nuntius die recurrente recto instrumentorum communicationis socialis usui provehendo per totum terrarum orbem dicato 1980: *Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* III, 1 (1980), 1044.

Ad hoc quod pertinet, animus praesertim attendat oportet ad quosdam ordines peculiares, qui magis non modo auxiliorum egent verum etiam actionis maiorem vim habentis ad publicam opinionem et imprimis ad structuras *culturales,* oeconomicas, iuridiciales, ut quam maxime earum causae incommoditatum extremae removeantur.

Huius generis sunt, ut exempla afferamus, familiae operis faciendi causa migrantium; familiae eorum qui diu abesse coguntur, veluti militum, nautarum, iter facientium cuiusvis modi; familiae vinculis detentorum, profugorum et in exsilium pulsorum; familiae, quae magnis in urbibus degunt revera seclusae; familiae domo carentes vel sodalibus vel alterutro parente; familiae cum liberis impeditis vel toxicorum medicamentorum vitio infectis; familiae vinolen torum ; familiae ex proprio ambitu *culturali* et sociali evulsae versantesve in periculo ne eum amittant; familiae ob rationes politicas aliasve passae discrimen; familiae ob ideologiam discordes; familiae cum paroecia non facile consuetudinem habentes; familiae vim aut iniustam tractationem ob propriam fidem patientes; familiae ex coniugibus minoris aetatis constantes; senes ipsi, qui haud raro compelluntur ut soli vivant et sine congruentibus subsidiis.

Migrantium familiae, praesertim cum de operariis agitur et agricolis, necesse est ubique in Ecclesia suam invenire possint patriam. Quod est nativum quoddam Ecclesiae munus, quandoquidem unitatis ipsa est signum in diversitate. Quantum fieri potest, iis assistant sacerdotes eiusdem eorum ritus, cultus humani ac sermonis. Praeterea est etiam Ecclesiae provocare conscientiam publicam et eos, quotquot in vita sociali, oeconomica et politica potestatem gerunt, ut opifices sua in regione patriaque opus faciendum reperiant, ut iusta illis retribuatur merces, ut quam primum familiae denuo coniungantur, ut ratio habeatur eorum identitatis *culturalis,* ut pares aliis familiis tractentur utque denique eorum filiis opportunitas praebeatur

ediscendae alicuius artis et exercendae professionis, tum etiam terrae possidendae ad opus vitamque necessariae.

Difficilis exsistit quaestio de familiis, quae *ideologiis discinduntur.* Quibus in casibus peculiaris exposcitur cura pastoralis. Ante omnia oportet colere prudenter necessitudinem personalem talibus cum familiis. In fide credentes sunt confirmandi in vitaque christiana solidandi. Tametsi partem catholico nomini fidelem cedere non licet, semper tamen agitari decet colloquium cum altera parte. Significationes multiplicentur amoris et observationis, dum firmiter speratur unitatem posse servari. Multum etiam pendet e rationibus, quibus parentes ac liberi inter se coniunguntur. Ideologiae fide alienae incitare ceteroquin possunt credentes familiae sodales ut in amore crescant amorisque testificatione.

Alia momenta difficilia, quibus familia communitatis ecclesialis eiusque pastorum eget adiumento, haec possunt esse : filiorum adulescentia inquieta, reclamitans et interdum tumultuosa; conubium eorum, quo a familia pristina abstrahuntur; deficiens indulgentia vel caritas, quae ex carissimis venit familiaribus; desertio alterutri coniugi tribuenda eiusve obitus, qui secum infert acerbum experimentum viduitatis vel mortis alicuius consanguinei, quae mutilat et penitus mutat priscum familiae veluti nucleum.

Pariter ab Ecclesia neglegi nequit tempus aetate provecturum omnibus cum bonis suis malisque rationibus, cuius modi sunt : altior perceptio amoris coniugalis, qui magis semper purificatur et nobilitatur longa neque umquam interrupta fidelitate; voluntas dicandi aliorum servitio, etsi nova forma, bonitatem sapientiamque per annos adeptam necnon vires, quae supersunt; gravans solitudo saepius animae et affectionis quam corporis propter aliquam fortasse desertionem vel curam a filiis et familiaribus haud sufficienter impensam ; dolor ex aegrotatione vel ex progrediente virium deminutione vel ex deiectione inde orta quod quis ex aliis pendet, vel ex acerbo sensu, quo quis

se videt pondus suis esse forsitan caris, ex accessu postremorum temporum vitae. Hae quidem occasiones sunt, quibus — sicut Synodi Patres significaverunt — facilius illuminari possunt ac vivendo exprimi excellentes illae rationes spiritualitatis matrimonialis ac familiaris, quae ex praestantia manant Crucis et resurrectionis Christi, fontis videlicet sanctificationis magnaeque laetitiae in cotidiana vita, praelucentibus magnis veritatibus eschatologicis vitae aeternae.

His omnibus variis in rebus precatio ne umquam praetermittatur, origo id est solacii ac virium necnon spei christianae alimentum.

78. Augescens usque matrimoniorum mixtorum numerus inter catholicos et baptizatos christianos non catholicos, sicut inter catholicos quoque et non baptizatos similiter peculiarem diligentiam pastoralem postulat secundum directorias rationes et normas, quae in recentioribus continentur documentis Apostolicae Sedis et Conferentiarum episcopalium, ut variis locorum condicionibus recte possint applicari.

Coniuges, qui in matrimonio mixto versantur, prae se ferunt proprias necessitates, quae ad tria capita praecipua redigi possunt.

Imprimis ante oculos constituenda sunt catholicae parti officia ex fide manantia, quod spectat ad liberam huius exercitationem munusque inde consecutum curandi pro viribus ut filii in catholica fide baptizentur educenturque.[178]

Recordari porro oportet de peculiaribus difficultatibus, cohaerentibus cum ipsa ratione necessitudinis inter maritum et uxorem, quod ad libertatem religiosam attinet utriusque, quae violari potest sive iniustis sollicitationibus eo spectantibus ut conubii comparticeps proprium religionis mutet institutum, sive

[178] Cfr. Paulus PP. VI, Motu Proprio *Matrimonia mixta,* 4-5: *AAS* 62 (1970), 257ss.; cfr. Ioannes Paulus PP. II, Allocutio habita ad participes plenariae sessionis Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam (13 Nov. 1981): diarium «L'Osservatore Romano » (14 Nov. 1981).

impedimentis allatis liberae eius ostensioni in eiusdem religionis exercitatione.

De forma autem liturgica et canonica matrimonii licet Ordinariis abundanter uti facultatibus propriis, ut variis necessitatibus occurrant.

Cum autem peculiares hae necessitates pertractantur, haec sunt consideranda:

— in praeparatione, ad ipsum hoc genus matrimonium instituenda, omnia rationabiliter conanda sunt ut catholica doctrina de matrimonii proprietatibus et postulationibus perdoceatur utque etiam caveatur ne in posterum tempus incidant sollicitationes illae et obstacula, de quibus modo est dictum;

— summi refert ut, adstipulante communitate, pars catholica corroboretur in fide sua ac reapse adiuvetur ad maturum eius intellectum usumque consequendum ut intra familiam credibilis testis fiat per vitam ipsam et qualitatem amoris erga alterum coniugem ac liberos.

Mixta inter catholicos aliosque baptizatos matrimonia, quamvis singularem exhibeant speciem, plures tamen ostendunt rationes, quas utile est probe fovere et provehere tum propter interius ipsarum momentum tum propter vim, quam motui oecumenico tribuere valent. Hoc potissimum patet quoties ambo coniuges fideles sunt religiosis officiis suis. Communis enim baptismus ac dynamica gratiae virtus suppeditant coniugibus horum matrimoniorum principium et causam communicandae eorum coniunctionis in bonorum moralium spiritaliumque provincia.

Eius rei gratia atque etiam ut evidenter eluceat oecumenicum pondus talis matrimonii mixti, quod in binorum coniugum christianorum fide plene transigitur, inquiri debet — licet hoc non semper facile sit factu — benigna adiutrix opera inter ministrum catholicum et non catholicum iam inde a primo tempore praeparationis ad matrimonium ipsarumque nuptiarum.

Quod porro coniugis non catholici participationem respicit eucharisticae Communionis, regulae observentur a Secretariatu ad Christianorum unitatem fovendam editae.[179]

In variis orbis terrarum partibus augescens numerus matrimoniorum, quae inter catholicos et non baptizatos contrahuntur, animadvertitur. In multis ex his coniux non baptizatus aliam profitetur religionem; quae is hac in re sentit, ea sunt reverenter observanda secundum Concilii Oecumenici Vaticani Secundi Declarationem *Nostra aetate* de Ecclesiae habitudine ad religiones non christianas.

Verumtamen in haud paucis eiusmodi matrimoniis, maxime intra societates saeculari nota insignes, coniux non baptizatus nullam prorsus religionem profitetur. Ad haec quod attinet conubia, necesse est ut Conferentiae episcopales et episcopi singuli congruentibus consiliis pastoralibus utantur eo pertinentibus ut defensioni fidei coniugis catholici ac tuitioni liberae exercitationis eiusdem fidei prospiciatur, praesertim quod ad officium spectat faciendi, quantum potest, ut filii baptizentur et secundum religionem catholicam educentur. Praeterea coniux quoquo modo adiuvandus est ad implendum officium intra familiam ipsam sincerum testimonium fidei vitaeque catholicae perhibendi.

79. Diligenter studens familiam omni eius in parte non solum religiosa tutari, Synodus Episcoporum non omisit attento animo perpendere quasdam condiciones ratione religiosa et crebro etiam civili abnormes, quae — velocibus in hodiernis cultus humani immutationibus — pro dolor, etiam inter catholicos increbrescunt, non parvo detrimento ipsi instituto familiari societatique illato, cuius hoc est veluti primaria cellula.

80. Prima condicio aliqua abnormis proficiscitur ex illo matrimonio, quod « experimenti causa initum » appellant et quod

[179] Instructio *In quibus rerum circumstantiis* (15 Iun. 1972): *AAS* 64 (1972), 518-525; Communicatio (17 Oct. 1973): *AAS* 65 (1973), 616-619.

plures hodie defendere velint certam ei praestantiam assignantes. At iam ipsa humana ratio suadet accipi illud non posse, cum indicet quantillum deceat fieri « experimentum » de personis humanis, quarum potius postulat dignitas ut semper et solae sint illae finis, ad quem amor se invicem tradendi sine ullis neque temporis neque alterius rei terminis contendat.

Ecclesia sua vicissim ex parte tolerare non potest tale coniunctionis genus propter alias singulares rationes ex fide manantes. Hinc enim donum corporis in consortio sexuali *reale* signum est donationis totius personae: quae tamen donatio in hac, quae viget, salutis oeconomia, plena ex veritate effici nequit nisi caritatis amor, a Christo praebitus, concurrat. Illinc autem matrimonium duorum baptizatorum *reale* est symbolum unitatis Christi cum Ecclesia, quae neque temporaria est neque « ad experimentum », sed in sempiternum fidelis; inter duos igitur baptizatos exsistere non potest matrimonium nisi indissolubile.

Haec rerum condicio plerumque vinci non potest nisi persona humana iam ab infantia gratiae Christi auxilio et sine timore sic est educata ut nascenti dominaretur concupiscentiae cum aliisque contraheret germani amoris necessitudines. Id quod non impetratur sine institutione solida in sincero amore ac recto usu sexualitatis, quae ad plenitudinem Christi mysterii adducat personam humanam secundum omnes eius rationes et ideo etiam secundum eas quae corpus attingunt.

Valde quidem proderit inquirere in huius rei causas atque etiam in ipsius rationem psychologicam ac sociologicam ut idoneum tandem inveniatur remedium.

81. Exstant pariter liberae iunctiones, sine ullo nempe *institutionali* vinculo publice agnito aut civili aut religioso. Fieri non potest quin haec etiam res — ipsa quoque usque magis invalescens — considerationem pastorum animarum ad se convertat oporteat etiam eo quod subesse illi possunt rationes inter

se valde diversae, quae si inspiciantur, fortasse earum consectaria possunt cohiberi.

Aliqui enim se arbitrantur ad illud fere impelli difficilibus condicionibus — oeconomicis, *culturalibus,* religiosis — quatenus matrimonium ad normam contrahentes exponantur damnis, amissioni oeconomicarum commoditatum, iniustis discriminibus et similibus rebus. In aliis, contra, deprehenditur affectio quaedam despicientiae, reclamationis vel repudiationis societatem, institutum familiare, ordinem socialem-politicum respicientium aut solius voluptatum cupidinis. Alii denique compelluntur extrema quadam ignorantia et paupertate, interdum etiam rerum statu enato ex verae iniustitiae condicionibus aut immaturitate psychologica, unde incerti sunt illi timentque vinculum sibi firmum ac perpetuum imponere. Nonnullis in regionibus traditi mores efficiunt ut verum ac proprium matrimonium dumtaxat post cohabitationis aliquod tempus primumque natum filium ineatur.

Harum rationum unaquaeque Ecclesiae arduas ponit quaestiones pastorales propter graves consecutiones inde defmentes tum religiosas tum morales (quales sunt amissio religiosi sensus, ad matrimonium quod attinet — quatenus instar Foederis Dei cum eius Populo initi consideratur —; gratiae Sacramenti privatio : scandalum grave), tum etiam sociales (ut sunt deletio notionis familiae; imminutio fidelitatis sensus etiam erga societatem; animi fortasse vulnera in filiis; nimii sui ipsius amoris affirmatio).

Pastores curabunt et ecclesialis communitas ut singulis in casibus has condiciones cognoscant verasque earum causas ut cum prudentia et observantia adeant conviventes, ut operentur patienti cum illuminatione, amanti cum correctione, testificatione christianae familiae, quae viam iis expedire possit ad eiusmodi statum ad regulam dirigendum. Ante omnia vero huic difficultati praecaveatur sensu fidelitatis excolendo per omnem moralem religiosamque iuvenum educationem, erudiendis illis

de condicionibus ac structuris illi fidelitati faventibus, sine qua nulla datur vera libertas, adiuvandis iis ut spiritualiter maturescant, dum iis verae divitiae humanae et supernaturales matrimonii sacramenti aperiuntur.

Apud publicas pariter auctoritates enitatur Populus Dei ut illae obsistentes his motibus, ipsam societatem dissolventibus ac dignitati et saluti et prosperitati singulorum civium nocentibus, contendant ne publica opinio inducatur ad minoris aestimandum pondus ipsum instituti matrimonii et familiae. Et quoniam pluribus locis ob permagnam egestatem a structuris socialibus-oeconomicis aut iniustis aut non sufficientibus profectam, iuvenes matrimonium contrahere nequeunt, sicut convenit, societas publicaeque auctoritates prospiciant legitimo matrimonio, praestantes mercedem familiarem, ferentes decreta de habitatione vitae familiari idonea, aptas opportunitates operis ac vitae praebentes.

82. Frequentius usque evenit ut catholici, rationibus ideologi eis vel practicis impulsi, solum civile matrimonium contrahere malint, reiecto vel saltem dilato religioso. Eorum autem status aequari simpliciter non potest condicioni conviventium nullo vinculo iunctorum, cum apud eos saltem certum quoddam officium reperiatur definitum et verisimiliter stabilem vitae cursum tenendi, quamvis hac in re saepe et praevideatur facultas divortii fortasse faciendi. Cum coniuges velint ut a Civitate vinculum publice agnoscatur, demonstrant paratos se esse una cum commodis etiam obligationes suscipere. Nihilo setius ne haec quidem condicio accipi ab Ecclesia potest.

Illuc igitur pastoralis industria tendat ut penitus comprehendatur necessitas cohaerentiae inter vitae electionem et fidem, quam quis profitetur; et quantum fieri poterit, conabitur tales adducere homines ut statum suum secundum christiana principia ad regulam dirigant. Quamtumvis magna cum caritate eos tractent atque studio in propriarum communitatum vitam in-

flamment, Ecclesiae pastoribus, pro dolor, non licet eos ad sacramenta admittere.

83. Causae variae, cuius generis sunt mutuae contentiones aut nulla facultas se aperiendi veris necessitudinis rationibus inter personas intercedentibus hisque similes, acerbe validum matrimonium ad disruptionem saepe insanabilem possunt adducere. Ut patet, separatio habenda est extremum remedium, cum omnis alius conatus fuerit vanus.

Solitudo aliaeque difficultates crebro sunt sors coniugis separati, praesertim si innocens est. Tunc magis quam alias ecclesialis communitas coniugem debet sustinere eique tribuere existimationem et animorum coniunctionem, consensionem et solida auxilia ut in rebus adversis, in quibus versatur, fidelitatem valeat servare; debet insuper coniugem adiuvare ut praescriptam virtutem veniae colat, propriam christiani amoris, necnon voluntatem promptam ad resumendam fortasse superiorem vitam coniugalem.

Consimilis est casus coniugis, qui divortium pertulit sed, probe comprehensam habens validi vinculi matrimonialis indissolubilitatem, non se patitur nova coniunctione implicari sed, contra, dumtaxat suis officiis in familia satisfacere vitaeque christianae obligationibus studet. Exemplum itaque eius fidelitatis et constantiae christianae accipit vim peculiarem testificationis coram mundo et Ecclesia ideoque ab Ecclesia poscit operam magis necessariam et continuam amoris et auxilii, omni submoto obstáculo accessionis ad sacramenta.

84. Cotidianum rerum experimentum, pro dolor, docet eum qui divortium fecerit, plerumque animo intendere novam transire ad con vivendi societatem, sine ritu religioso catholicorum, ut patet. Cum de malo agatur, quod, sicut et alia, latius usque inficiat etiam greges catholicos, haec difficultas est cum cura et sine ulla mora omnino aggredienda. Synodi Patres eam data

opera investigaverunt. Nam Ecclesia, idcirco instituta ut ad salutem omnes homines imprimisque baptizatos perduceret, non potest sibimet ipsis illos derelinquere, qui — iam sacramentali vinculo matrimonii coniuncti — transire conati sunt ad nuptias novas. Nitetur propterea neque umquam defessa curabit Ecclesia ut iis praesto sint salutis instrumenta.

Noverint pastores ex veritatis amore se bene distinguere debere inter varias rei condiciones. Etenim aliquid interest inter eos qui sincero animo contenderunt primum matrimonium servare quique prorsus iniuste sunt deserti, atque eos qui sua gravi culpa matrimonium canonice validum everterunt. Sunt denique alii, qui novam inierunt con vivendi societatem educationis filiorum gratia atque interdum certi sua in intima conscientia sunt superius matrimonium iam irreparabiliter disruptum numquam validum fuisse.

Una cum Synodo vehementer cohortamur pastores totamque fidelium communitatem ut divortio digressos adiuvent, caventes sollicita cum caritate ne illos ab Ecclesia seiunctos arbitrentur, quoniam iidem possunt, immo debent ut baptizati vitam ipsius participare. Hortandi praeterea sunt ut verbum Dei exaudiant, sacrificio Missae intersint, preces fundere perseverent, opera caritatis necnon incepta communitatis pro iustitia adiuvent, filios in christiana fide instituant, spiritum et opera paenitentiae colant ut cotidie sic Dei gratiam implorent. Pro illis Ecclesia precetur, eos confirmet, matrem se exhibeat iis misericordem itaque in fide eos speque sustineat.

Nihilominus Ecclesia inculcat consuetudinem suam, in Sacris ipsis Litteris innixam, non admittendi ad eucharisticam communionem fideles, qui post divortium factum novas nuptias inierunt. Ipsi namque impediunt ne admittantur, cum status eorum et condicio vitae obiective dissideant ab illa amoris coniunctione inter Christum et Ecclesiam, quae Eucharistia significatur atque peragitur. Restat praeterea alia peculiaris ratio pastoralis: si homines illi ad Eucharistiam admitteren-

tur, in errorem turbationemque inducerentur fideles de Ecclesiae doctrina super indissolubilitate matrimonii.

Porro reconciliatio in sacramento paenitentiae — quae ad Eucharistiae sacramentum aperit viam — illis unis concedi potest, qui dolentes quod signum violaverint Foederis et fidelitatis Christi, sincere parati sunt vitae formam iam non amplius adversam matrimonii indissolubitati suscipere. Hoc poscit revera ut, quoties vir ac mulier gravibus de causis — verbi gratia, ob liberorum educationem — non valeant necessitati separationis satisfacere, « officium in se suscipiant omnino continenter vivendi, scilicet se abstinendi ab actibus, qui solis coniugibus competunt ».[180]

Observantia similiter erga matrimonii sacramentum, tum etiam erga coniuges eorumque familiares necnon erga ipsam fidelium communitatem, vetat quemlibet pastorem ullam propter causam vel praetextum etiam pastoralem ne pro divortio digressis, qui novas nuptias inierunt, ritus cuiusvis generis faciant; hi enim ostenderent novas nuptias sacramentales validas celebrari ac proinde errorem inicerent de indissolubilitate prioris matrimonii valide contracti.

Hoc quidem pacto agens, Ecclesia profitetur fidelitatem suam in Christum eiusque veritatem; simul vero materno affectu se gerit erga hos filios suos, potissimum eos qui nulla propria intercedente culpa a proprio derelicti sunt legitimo coniuge.

Firma insuper cum fiducia Ecclesia credit quotquot a mandato Domini recesserint in eoque etiamnunc statu vivant, a Deo gratiam conversionis ac salutis assequi posse, si in precatione, paenitentia, caritate perseveraverint.

85. Verba denique adiungere cupimus de hominum ordine, quos ob *concreta,* in quibus degunt, adiuncta — ac saepius praeter meditatam suam voluntatem — nos peculiari ratione prope

[180] Ioannes Paulus PP. II, Homilia habita exeunte VI Synodo Episcoporum, 7 (25 Oct. 1980): *AAS* 72 (1980), 1082.

esse Cor Christi putamus ac dignos affectione actuosaque cura Ecclesiae atque pastorum.

Plurimi in orbe terrarum inveniuntur homines, qui, pro dolor, nullo modo referri possunt ad eam quam sensu proprio definimus, familiam. Amplissimi numeri hominum in condicionibus immensae egestatis versantur, ubi promiscuum virorum mulierumque commercium, paucitas habitationum, abnormes et instabiles necessitudines, summa penuria bonorum animi culturae non sinunt reapse ut de vera familia loqui possimus. Alii deinde sunt, qui variis de causis inter homines soli manserunt. Verumtamen pro illis quoque est « bonus de familia nuntius ».

Pro iis qui extremam patiuntur paupertatem, iam locuti sumus affirmantes necesse prorsus esse ut opera fortiter navetur solutionibus reperiendis, etiam in ordine politico, quae eos adiuvent facientes ut inhumanam hanc abiectionis condicionem supervadant. Hoc munus coniuncte universam premit societatem, verum maxime ipsas auctoritates propter obligationem earum atque sequentia inde officia, tum familias etiam, quas prae se ferre oportet magnam humanitatem subveniendique voluntatem.

Illis tandem, qui naturali carent familia, latius etiam pandendae sunt portae grandioris familiae, quae Ecclesia est quaeque formam induit quasi corporatam in dioecesana et paroeciali familia, in communitatibus ecclesialibus, quae a « basi » appellantur, vel in apostolicis motibus. Nemo hoc in mundo familia privatur: omnibus enim Ecclesia est domus atque familia, iis potissimum, qui « laborant et onerati sunt ».[181]

Dum huius Adhortationis Apostolicae finem facimus, animus noster cum sollicitudine convertitur ad vos, coniuges, ad vos, patres matresque familias;

ad vos, utriusque sexus adulescentes, in quibus sors futura et

[181] Cfr. *Mt* 11, 28.

spes Ecclesiae ac mundi resident quique praecipuum eritis columen, dynamica virtute praeditum, familiae in tertio millennio, quod iam appropinquat;

ad vos, venerandi dilectique Fratres in Episcopatu et in sacerdotio; cari nobis filii religiosi et religiosae, Domino consecrati, qui coniugibus supremam veritatem amoris in Deum testificamini ;

ad vos, universi homines integrae mentis, qui quovis nomine de sorte familiae estis solliciti.

Sors futura hominum generis e familia pendet!

Est ergo omnino necessarium et urgetur ut quivis homo bonae voluntatis officio se astringat praestantia bona et postulata familiae servandi atque provehendi.

Ad hoc quod attinet, peculiaris opera nobis poscenda esse videtur ab Ecclesiae filiis. Qui, in fide admirabile consilium Dei perspicientes, ampliorem habent rationem cur familiae, qualis est reapse, consulant hisce temporibus angustiarum et gratiae.

Hi *amore ferantur praesertim oportet in familiam.* Hoc iis datur mandatum certum atque severam.

Familiam diligere idem valet ac praestantia bona eius et facultates existimare eaque semper promovere. Amare familiam idem est ac pericula dignoscere et mala, quae ei impendent, eo consilio ut possint superari. Amare familiam idem est ac coniti ut eae condiciones et adiuncta efficiantur, quae eius incrementum et profectum foveant. Estque insuper praecellens ratio amoris, si familiae christianae nostrae aetatis, saepe animi demissione et angore temptatae propter auctas difficultates, iterum praebeantur causae fiduciae, quam in se ipsa collocet, in propriis praesidiis naturae et gratiae, in missione, quam Deus ei tradidit. « Necesse est familiae aetatis nostrae ad pristinum statum revocentur! Necesse est Christum consectentur! ».[182]

[182] Ioannes Paulus PP. II, Epistula *Appropinquat iam,* 1 (15 Aug, 1980): *AAS* 72 (1980), 791.

Est etiam munus christianorum *afferre cum gaudio animique sententia « bonum nuntium » de familia,* cui modo pernecessario opus est ut iterum iterumque audiat et penitius usque comprehendat germana verba, quae eius identitatem, interiora adminicula, momentum eius missionis in Civitate hominum ac Dei commonstrent.

Ecclesia compertam habet viam, qua familia in ipsas altae veritatis suae penetret medullas. Hanc autem veritatem, quam Ecclesia in schola Christi et in disciplina historiae, Spiritus luce affulgente explicata, didicit, ea non quidem imponit, sed indeficienter impellitur ut eam cunctis sine timore proponat, quin immo magna cum spe exhibeat, probe sciens « bonum nuntium » continere etiam crucis veluti loquelam. Sed per crucem familia ad plenitudinem eius, quod est « esse » ipsius, et ad perfectionem sui amoris potest pervenire.

Cupimus denique omnes christianos rogare ut *ex animo et fortiter cum universis hominibus bonae voluntatis cooperentur,* qui ex officio conscientiae servitio familiae mancipantur. Quicumque eius bono in Ecclesiae gremio se devovent, eius nomine atque ab ea inducti, sive sunt singuli sive coetus, sive motus vel consociationes, saepe iuxta se diversos homines vel instituta inveniunt, qui eundem praeclarum finem persequuntur. Haec cooperato velociorem plenioremque promotionem familiae poterit fovere, dummodo fidelitas erga praestantia bona Evangelii et hominis servetur atque legitimi pluralismi, qui dicitur, inceptorum ratio habeatur.

Nunc vero nuntium hunc pastoralem concludentes, qui eo nempe pertinet ut omnium animi excitentur ad attente considerandas quaestiones de familia christiana — graves quidem sed etiam allicientes — praesidium cupimus sanctae implorare Nazarethanae Familiae.

Arcano enim Dei consilio plures annos in ea Dei Filius absconditus vixit : est proinde ipsa christianarum exemplar fami-

Harum omnium et quasi primigena species. Illa insuper Familia, in orbe terrarum sane unica, vitam sine nomine tacitamque traduxit parvo in Palaestinae oppido ; perpessa illa est egestatem et vexationem et exsilium; Deum autem ratione incomparabiliter sublimi candidaque honoravit. Non poterit igitur ea christianas familias, immo vero universas mundi familias non adiuvare ut fideliter sua cotidiana officia expleant, ut angores vitae resque adversas perferant, ut magno animo necessitatibus consulant aliorum, ut laetae Dei consilia de se ipsis exsequantur.

« Vir iustus » Sanctus Ioseph, opifex indefessus integerrimusque pignorarti sibi creditorum custos, tueatur eas ac defendat semperque illuminet.

Virgo Maria, ut Ecclesiae ipsius est Mater, ita pariter « Ecclesiae domesticae » esto Mater et per materna eius subsidia unaquaeque christiana familia fiat reapse « ecclesiola », in qua mysterium Ecclesiae Christi eluceat et vitae usu exprimatur. Sit Ea, Domini ancilla, exemplum animi humiliter alacriterque voluntatem Dei amplectentis. Adsit Ea, perdolens sub Cruce Mater, ut aerumnas leniat lacrimasque abstergeat eorum omnium, qui ob suarum familiarum difficultates affliguntur.

Christus Dominus, universorum Rex atque familiarum Rex, praesens sicut Canae adstet omni in christiana domo ut lucem ibi ac laetitiam largiatur, tranquillitatem ac fortitudinem. Ab Ipso expetimus, sollemni Regiae Maiestatis eius die, ut quaeque familia noverit suas proprias conferre partes ut adveniat inter homines illius Regnum, « Regnum veritatis et vitae, Regnum sanctitatis et gratiae, Regnum iustitiae, amoris et pacis »,[183] ad quod omne progreditur hominum genus.

Ei demum et Mariae et Ioseph singulas commendamus familias. Eorum etiam curae cordiqiie hanc committimus Adhortationem : ipsi vobis, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, porri-

Praefatio Missae Sollemnitatis Domini Nostri Iesu Christi universorum Regis.

gant eam vestrosque recludant animos lumini illi, quod super omnem familiam Evangelium diffundit.

Universis denique et singulis, dum preces nos fusuros pollicemur, Benedictionem Apostolicam ex animo impertimus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxii mensis Novembris, in Sollemnitate Domini Nostri Iesu Christi universorum Regis, anno MCMLXXXI, Pontificatus nostri quarto.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ABAETIEN. AD TOCANTINSUM ET ALIARUM

Praelaturae Abaetiensis ad Tocantinsum, Miracemana Superior, S. Ludovici de Montes Belos et S. Ioseph de Graiau ad gradum et dignitatem dioecesium evehuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui ad Beatissimi Petri similitudinem, apostolorum Principis, electorum gregem pascendum suscepimus, ut eodem amore, si fieri possit, quo ille regeremus, nihil sane aut diligentiae aut curarum omittimus, ut singulis Ecclesiis qua meliore possit ratione pro videamus. Si enim earum finibus, rebus, personis regimini temperando bene consuluerimus, non est profecto dubitandum, quin fructus in dies laetiores percipi possint. Qua re, cum Conferentia episcopalis Brasiliensis ab hac Apostolica Sede id petierit, ut Praelaturae Abaetiensis ad Tocantinsum, Miracemana Superior, Sancti Ludovici de Montes Belos et Sancti Ioseph de Graiau ad dignitatem dioecesium eveherentur : eas enim foederatarum Ecclesiarum auxiliis atque Missionariorum labore magna incrementa cepisse, tam in religiosa quam in civili re, ac necessaria firmitate florere ; Nos, Venerabili Fratre Carmelo Rocco sententiam rogato,

Archiepiscopo titulo Iustinianopolitano in Galatia atque in Brasilia Apostolico Nuntio; item consilio a Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis expetito, bene fieri censuimus, si eorum expostulationi concederemus. Quae cum ita sint, haec statuimus. Praelaturas quas supra recensuimus ad dignitatem dioecesium evehimus omnium servato nomine, praeterquam Abaetiensis ad Tocantinsum, quam Abaetetubensem in posterum appellari censemus, atque finibus, quibus nunc terminantur. Urbes, quae praelaticiae sedes erant, eaedem dioecesium erunt ; item et templa, factis nempe iustis iuribus atque privilegiis. Praeterea novae dioeceses iis metropolitanis Sedibus obnoxiae erunt, quibus adhuc Praelaturae fuerunt. In unaquaque harum Ecclesiarum Consultores dioecesani deligantur, donec Canonicorum Collegium instituatur per alias apostolicas Litteras. Mensas episcopales effici censemus Curiarum emolumentis, fidelium collationibus, bonis si qua sunt, ad unamquamque Praelaturam pertinentibus. Ad regimen, administrationem harum Ecclesiarum, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, similia quod attinet, sacri canones ad amussim serventur. De Seminariis struendis atque moderandis, id statuimus quod normae iuris communis, scilicet ratione habita Decreti Concilii Vaticani II «Optatam totius» atque normarum Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Id autem hortamur vehementer, ut in novis dioecesibus vocationes sacerdotales maximopere foveantur, ita ut suo tempore delecti iuvenes Romam mitti possint, in Pontificium Collegium Brasiliense, philosophicis atque theologicis disciplinis imbuendi. Ultimum statuimus ut Venerabiles Fratres qui adhuc Praelaturis praefuerunt Antistites, iidem sint Episcopi in sua unusquisque Sede, nempe priore vinculo soluto. Ceterum, ad haec exsequenda Venerabilem Fratrem Carmelum Rocco deligimus, qui poterit, si visum, etiam alium legare, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero acta documenta exarentur atque cito ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur sinceris exemplis. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarta mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

& **SEBASTIANUS** Card. **BAGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco sjì Plumbi
In Secret. Status tab., ***n.*** *15016.*

II

BYUMBANAE

Nova conditur in Ruanda dioecesis nomine Byumbana nonnullis e dioecesi Ruhengeriensi detractis territoriis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem experientia teste apta Ecclesiarum dispositio, id est finium locorumque delineatio haud parum ad ipsarum Ecclesiarum prosperitatem confert, idcirco haec Apostolica Sedes, mater omnium Ecclesiarum sollicita atque christianae fidei tum servandae tum propagandae apprime studiosa, ea saepe coepta init, quae huic rei maximopere conducant. Stat enim res ibi magis florere, ubi aptior fuerit rerum agendarum condicio. Qua re, cum Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Sacrae Congregationi Pro Gentium Evangelizatione praepositis visum sit in Ruanda novam dioecesim condere, Nos eorum sententiam probantes, apostolica Nostra potestate haec decernimus, nempe iis ante auditis quorum interesset. A dioecesi Ruhengeriensi, quae est in finibus Ruandae, partem orientalem detrahimus, qua novam dioecesim constituimus, ab urbe Byumba principe in regione *Byumbanam* cognominandam atque metropolitanae Sedi Kigaliensi suffraganeam. Cuius Ecclesiae fines iidem erunt atque limites civilis Praefecturae vulgo ((Ruhengeri » atque Praefecturae vulgo ((Byumba » ; Sedes episcopalis in urbe Byumba collocabitur, in eiusque templo principe Episcopus cathedram suae potestatis ponet, factis nempe iuribus quae sedibus atque templis cathedralibus lege conceduntur. Canonicorum loco Consultores dioecesani eligantur, qui Episcopum consilio et opera iuvent, dum Canonicorum collegium condatur; quo facto illi a suo officio cessabunt. Mensam episcopalem tum populi collationes efiicient, tum Curiae emolumenta, tum bona si qua sunt, quae ad dioecesim Ruhengeriensem pertinebant pro rata parte. Cetera, iure Canonico scilicet temperentur. Has vero Litteras Nostras Venerabilis Frater Thomas White ad exitum deducet, vel quem ipse legaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Re vero acta, ipse documenta exarari faciet atque sin-

ceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittet. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **ANTONIUS** Card. **SAMORÉ**
S. Congr. pro Gentium Evang. Decanus Praep.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £B **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 77285.

III

CYANGUGUENSIS

Quadam plaga a dioecesi Nyundoënsi detracta nova in Ruanda dioecesis conditur nomine Cyanguguensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nihil aestimamus esse optabilius quam ut Christianum Nomen expeditissime ubique terrarum propagetur. Hac de causa, cum Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales negotiis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositi, ipsis votis omnium consideratis quorum interest, prudenter censuerint aptius in Ruanda evangelizationis operi consultum iri si nova ibidem dioecesis constituatur, talem sententiam ratam habemus deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae haec decernimus quae sequuntur atque iubemus. A dioecesi Nyundoënsi distrahimus australem regionem ex eaque novam dioecesim Cyanguguensem appellandam condimus, cuius fines iidem erunt quibus civilis Praefectura vulgo ((Oyangugu » separatur a civili Praefectura vulgo ((Kibuye)), firmis manentibus ceteris limitibus, simul statuentes ut novae dioecesis cathedra episcopalis in sacra aede civitatis Cyanguguensis principe sit utque apud idem templum dioecesani pro Ca-

nonicis Consultores ad statutas normas electi adhibeantur. Cyanguguensem autem novam dioecesim ut suffraganeam archidioecesi Kigaliensi subicimus. Quibus hic statutis ad effectum adductis, has Apostolicas Litteras tam nunc quam in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab., n. 11281.

IV

METUCHENSIS

Detractis nonnullis territoriis e dioecesi Trentonensi, nova conditur dioecesis Metuchensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui benignissimo Dei consilio Ecclesiae sanctae gubernacula tractanda suscepimus, omnia sane consilia Nostra, et curas, et sollicitudines eo conferimus, ut qua meliore possumus ratione filiis de Christi grege provideamus : quibus non modo doctrinae atque sincerae pietatis fontes aperimus, sed etiam fines Ecclesiarum quam aptissime definimus ac delineamus, cum recta rerum dispositio nonnihil conferat ad religionem propagandam. Qua re, cum Venerabilis Frater Ioannes Reiss, Episcopus Trentonensis, audita Conferentia episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, bene fieri putaverit, si e sua dioecesi nova conderetur, Nos, re qua opus esset consideratione reputata, atque tum Venerabili Fratre Pio Laghi audito, in ea natione Delegato Apostolico

eodemque Archiepiscopo titulo Maurianensi, tum Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis, haec auctoritate Nostra decernimus. Ab Ecclesia Trentonensi Comitatus, quos dicunt, separamus vulgo Hunterdon, Middlesex, Somerset et Warren, quibus novam dioecesim constituimus Metuchensem appellandam, cuius sedes episcopalis ponetur in urbe Metuchen, cathedra episcopalis auctoritatis in templo S. Francisci, in eadem urbe, factis nempe urbi atque templo iuribus debitis ac privilegiis. Novam Ecclesiam metropolitanae Sedi Novarcensi subdimus, cuius Praesuli Episcopus Metuchensis obnoxius erit ad normam iuris. Mensam constituent sive Curiae emolumenta, sive populi collationes, sive bonorum pars, quae e divisione bonorum dioecesis Trentonensis conditae dioecesi obvenient, ad canonem 1500 C.I.C. Indulgemus etiam ut, quoadusque Canonicorum Collegium condatur, Consultores dioecesani deligantur, ut Ius Canonicum praescribit. Circa sacrorum candidatorum formationem serventur praescripta iuris communis, ratione habita normarum Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », et regularum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica datarum. Simul ac nova dioecesis constituta fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti, in qua beneficium vel officium habeant; ceteri vero clerici atque Seminarii tirones, illi in qua legitime degant. Ultimum, documenta et acta quae novam Sedem respiciant ad eius Curiam mittantur, ut in archivo rerum religiosarum diligentissime serventur. Ceterum, Venerabilem Fratrem Pium Laghi legamus ut has Litteras Nostras ad effectum deducat, vel per se ipse, vel per alium, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesima mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **SEBASTIANUS** Card. **RAGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 77765.

LITTERAE APOSTOLICAE

E.P.D. Augustinus S.R.E. Cardinalis Casaroli, CCCCL expleto anno ex quo tempore Deipara Virgo conspiciendam sese dedisse traditur in Colle Tepeyac, ad sollemnia mariana, Mexicopoli in Guadalupensi templo praesidendi, Legatus renuntiatur.

VENERABILI FRATRI NOSTRO AUGUSTINO S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI CASAROLI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Perquam Nobis iucundum etiamnunc est et suave memoria repetere ac veluti praesenti animo rursus transigere laetissimos sane dies illos quos, cum hoc vixdum ingressi essemus Pastoris universalis Ecclesiae munus, tribus fere abhinc annos duximus Nos primo in apostolico itinere apud dilectissimum Mexici populum, ubi Fratres quoque in Episcopatu ibidem et sacerdotes, religiosarum familiarum sodales et Christifideles passim frequentissimos invisimus. At dulciore quadam consolatione nimirum perfundimur his diebus, cum cogitamus eam causam cur te, Venerabilis Frater Noster, istarum Litterarum vi mittere iam velimus eodem Legatum Nostrum, quo ipsi tunc Nos contulerimus veneraturi celeberrimam omnium Americarum speciem Beatissimae Virginis Mariae, nempe Guadalupensem in Colle illo Tepeyac nuncupato. Etenim die proximi mensis Decembris duodecimo explebitur quadringentesimus et quinquagesimus annus, ex quo tempore Deipara Virgo conspiciendam sese dedisse traditur novensili christiano Ioanni Didaco cum eoque esset quater caelitus collocuta. Nemo probissime non novit quanta ex cultu illo locoque virtus pietatis ac fidei, religionis ac solacii his saeculis dimanaverit in animos vitasque innumerabilium quotannis peregrinatorum, quantumque hominum numerum ad se pertraxerit eadem Guadalupensis Virgo suumque ad Filium Divinum. Hoc persensimus illic Nos ac tu sine dubio Nobiscum ibi adsistens. Animi igitur intentio Nostra sua sponte libenter convertitur ad idem templum omnino venerandum ubi solemnia mariana celebrata sunt, adstantibus Nobis, et ubi alia mox celebrabuntur, te scilicet pro Nobis adstante immo ac rebus praesidente, ad Dei honorandam Matrem atque marialem Ecclesiae doctrinam iterum inculcandam : esse eam Virginem semper sanctissimam, veram esse Dei ipsius incarnati matrem, spiritualem omnium proinde hominum esse matrem — praestare id est virginitate perpetua

et maternitate divina et spirituali pariter maternitate. Relinquitur dumtaxat ut, quae singula praedicavimus ibi tres abhinc annos, hac facta potestate tu ipse mentis Nostrae particeps et interpres diligenter rénoves atque explanes. Sic enim continget ut anniversaria illa sollemnia primordiorum Guadalupensis pietatis transeat — sicut omnes exoptant — in adauctae fidei originem alacriorisque cultus marialis fontem, ut sanctuarium istud pergat medium quoddam esse centrum, unde simplicitatis christianae et collocutionis cum Deo familiaris exemplum petatur, unde gratiarum consolationumque divinarum copia hauriatur, unde coniunctio animorum inter pastores et greges fidelium et inter omnes Christi assectatores roboretur, unde demum Evangelii Christi lumen per Genetricis eius mirabilem effigiem quoquoversus resplendeat. Haec ex animo ominamur Venerabili Fratri Nostro Ernesto Cardinali Corripio Ahumada, Archiepiscopo Mexicano, cuius communitas ecclesialis eodem hoc faustissimo tempore meminit similiter quadringentesimum quinquagesimum suae vitae annum, necnon Dilecto Filio Villelmo Schulenburg, Abbati Guadalupensi; haec praeterea optamus ceteris fratribus Episcopis, qui cum eis communicant non solum curam dominici gregis eadem in natione sed etiam eundem participant marianae pietatis affectum, qui cultu potissimum significatur hos quadringentos et quinquaginta annos erga sic dictam « Matrem Nigram ». Haec denique spiritualia beneficia a Deo expetimus cuncto fidelium populo, qui a sacris illis Antistitibus ducitur in Domini Iesu viis quemque Nos vere et studiose diligimus. Universis autem praesentibus anniversariae illi commemorationi tecum, Venerabilis Frater Noster, Legato scilicet Nostro, proventum uberrimum donorum supernorum instantes precamur, dum Apostolicam Nostram Benedictionem una cum hisce Litteris ipsis amantissime transmittimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Novembris, in memoria Praesentationis Beatae Mariae Virginis, anno Domini **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PAULUS PP. TI

Loco £B **Sigilli**

In Secret. Status tab., Ch. n. 2288/2/2.

EPISTULA

R. P. Moderatori generali, primo expleto saeculo a condita Societate Divini Salvatoris.

REVERENDISSIMO PATRI GERARDO ROGOWSKI, MODERATORI SUPREMO SOCIETATIS DIVINI SALVATORIS.

Contemplati permagna iam Nos cum laetitia simul diem natalem Servi Dei Francisci Mariae Jordan insignis quidem conditoris Societatis Divini Salvatoris qui instanti Iunio mense continget, simul — longius prospicientes in posterum — centesima ipsa sollemnia natalicia excitatae ab eo hic Romae eiusdem illius Societatis die videlicet octavo proximi mensis Decembris, peculiarem hisce Litteris operam cupimus dare ut per te, Reverendissime Pater, sensuum Nostrorum omnium et adfectuum apud Societatem interpretem vehemener ante omnia gratulemur universae familiae vestrae primum ita prospere transactum vitae actuosae et apostolicae industriae saeculum intra Ecclesia Christi communitatem utque firmiter dein cohortemur singula eius membra ad pristinum legiferi Patris animum penitus denuo suscipiendum, fervorem evangelicum studiose repetendum, consilium religiosae congregationis fideliter implendum.

Sane haud praeterit Nos quae deliberationes et investigationes hunc totum per annum in quattuordecim Societatis provinciis tribusque externis missionibus sedulo iam tractentur de fontibus ac principiis insituti vestri, de ipsius conditoris virtutibus ac propositis, de apta mentium renovatione legumque accommodatione secundum praesentes Populi Dei necessitates. Haec Nos studia vestra precibus maxime Nostris comitamur ut anniversaria originum commemoratio inveniat cunctos Societatis sodales ipsos ardentiores evangelii veraeque fidei apostolos, constantiores Iesu Christi mundi Salvatoris praecones, promptiores ubique Matris Ecclesiae ministros.

Non enim satis umquam virium aut temporis, satis opum aut curae, satis ingenii aut laboris impendi poterit in praestantissimam omnium causam : hominum scilicet aeternae salutis ac dignae illorum vitae terrenae secundum Christi praecepta et Ecclesiae monita. Plures siquidem homines nunc quam alias conquirunt lucem doctrinae Iesu Nazareni ; plures quam antehac sacramentorum sitiunt solacia et auxilia ; plures usque appetunt sodalitatem baptizatorum credentiumque in Chri-

stum ac beatam communionis ecclesialis securitatem. At tamen haec ipsa maximi profecto pretii bona ac beneficia concupiscebat ipse quoquoversus terrarum exportare Franciscus Maria Jordan ideoque Societatem illam incohavit centum adhinc annos quae pro certo vitae suae munere communicaret cum hominibus quam plurimis easdem Salvatoris mundi gratias.

Manet semperque in finem vinea ista colenda manebit ; oves quaedam reperientur semper errantes Pastoremque divinum desiderantes; opus etiamnunc superest evangelii propagandi immensum, quod immo difficilius singulos fit in dies ob alia nunc temporum adiuncta moresque hominum mutatos; vocatio apostolica et missionalis, evangelica et sacerdotalis exspectat numquam non animosos et alacres operarios. En igitur latissimum quidem campum ubi proprium Salvatorianorum charisma suam valet debetque exserere vim.

Nihil autem dubitare possumus quin vos, si optatos certe fructus spiritales ex centenaria hac Societatis celebritate derivaveritis in unamquamque ipsius provinciam et missionem, domum immo et animam, plenius exsecuturi sitis alta proposita venerabilis legum latoris clariusque etiam exhibituri exemplum fidelitatis erga Ecclesiam, amoris erga familiam religiosam vestram, infiammati ab integro studii erga vocationem vestri propriam. Inde vicissim sine dubio fiet ut, quibus providus ipse Deus gratiam indiderit, facilius obsequantur Ei Salvatorianumque ingrediantur institutum.

Haec proinde sensa Nostra et cogitata sunt de centesimo anno a condita Societate Divini Salvatoris; haec vota Nostra sunt et bona omina quae his Litteris testificari placuit tibi, Reverendissime Pater, et omni tecum cui praees religiosae per orbem familiae. Esto demum vobis Apostolica Nostra Benedictio singulis quidem amantissime reddita documentum benevolae gratulationis Nostrae; esto pariter ea vobis superni posthac semper tum luminis et solacii tum praesidii et roboris pignus.

Ex Aedibus Vaticanis, die n mensis Iulii, anno Domini MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

ALLOCUTIONES

I

Ad Malianos episcopos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Chers frères dans Vépiscopat,

Votre visite me donne aujourd'hui la joie de vous exprimer la part que je prends à vos espoirs comme à vos soucis de pasteurs de l'Eglise au Mali.

Certes, les catholiques ne sont pas chez vous le grand nombre. Mais je sais que la qualité de leur vie chrétienne est bien réelle. D'ailleurs ils ont su gagner la sympathie de beaucoup grâce au climat d'amitié qu'ils ont créé et au témoignage qu'ils rendent à l'amour de Dieu. Us participent fraternellement, avec tous leurs concitoyens, au développement du pays.

Et pour votre part, vous avez discerné avec justesse la nécessité de poursuivre dans cette voie, malgré de sérieuses difficultés. Je pense, en particulier, aux efforts consentis pour maintenir les écoles, pour entretenir les dispensaires, pour contribuer à l'amélioration des conditions de vie des populations les plus déshéritées, en ce qui concerne, par exemple, les moyens d'irrigation, et cela, grâce à l'aide d'organismes caritatifs. Je vous laisse le soin de dire à tous ceux, prêtres, religieuses ou laïcs, qui s'adonnent généreusement à ces diverses tâches, combien le Pape apprécie l'engagement courageux et réaliste que leur inspirent ainsi la solidarité et la charité.

Cet esprit de service désintéressé traduit le dynamisme même de la foi et de la prière. N'est-ce pas ce dont témoignent vos communautés, en cherchant à mieux comprendre et à mieux vivre ensemble l'Evangile, et à resserrer les liens entre tous les membres? Et lorsque vous invitez les chrétiens à entrer en conversation avec les musulmans — dont le sens de Dieu est grand ! — comme avec des croyants d'autres horizons, vous les aidez encore à découvrir la raison la plus profonde de ces gestes concrets d'amitié évoqués plus haut : il s'agit d'apprendre — dans le respect de la conscience des autres — à rendre compte de l'espérance et de l'amour que la foi au Christ fait vibrer en eux. Et si ce type de rela-

*** Die 26 m. Novembris a. 1981.**

tions amicales est nécessaire dans vos pays, il est précieux aussi dans le cadre de ce vaste dialogue entre chrétiens et musulmans — ou adeptes d'autres religions — qui s'ébauche un peu partout dans le monde et qu'il faut mener à bien. Il nécessite évidemment chez les chrétiens une formation spirituelle et doctrinale solide, que je vous encourage à poursuivre par tous les moyens.

Mais il manquerait à ce dialogue lui-même une dimension importante si l'on n'avait pas la possibilité de voir la démarche de celui qui, librement, demande le baptême. Je voudrais évoquer ici l'enthousiasme et la ténacité des catéchumènes. En se préparant à la nouvelle naissance dans l'Esprit Saint durant plusieurs années, ils montrent à leurs frères chrétiens comme aux non-chrétiens le prix qu'ils entendent mettre, en comptant sur la grâce de Dieu, pour vivre un style de vie vraiment évangélique, tant dans leur famille qu'au sein de la société, au village comme en ville. A eux aussi, dites combien ils sont proches du cœur du Père commun des fidèles !

En les nommant, comment ne pas saluer avec joie leurs catéchistes? Qui dira assez tout ce que leur doit la foi chrétienne en Afrique? A juste titre, vous vous efforcez d'associer intimement leur apostolat au ministère des prêtres et au vôtre. Ne sont-ils pas les éducateurs permanents de la foi et de la prière de ceux qui leur sont confiés, et même les guides spirituels de leurs petites communautés? Vous vous attachez également à leur faire acquérir toute la compétence doctrinale et humaine que requiert leur service qualifié. A travers vous, comme je Fai fait lors de mon voyage en votre continent, je tiens à les remercier de tout ce qu'ils font pour Notre-Seigneur !

die 15 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Linciensi R. P. D. Maximilianum Aichern, O. S. B., Abbatem Monasterii Sancti Lamberti in Stiria.

die 28 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Ludovicopolitanae, Exc.mum P. D. Thomam Kelly, O. P., hactenus Episcopum tit. Tusuritanum.

die 4 Ianuarii 1982. — Titulari episcopali Ecclesiae Abbiritanae Germanicianorum R. D. Leonem Schwarz, Administratorem Generalem operis vulgo «Bischöfliches Hilfswerk Misereor», quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Hermanni Iosephi Spital, Episcopi Trevirensis.

die 8 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Cenensi R. D. Iosephum a Iesu Núñez Viloria, e clero dioecesis Truxillensis in Venetiola, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Chrisanti Mata Cova, archiepiscopi Civitatis Bolivarensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bararitanae R. D. Nelsonium Martínez Rust, rectorem seminarii minoris archidioecesis Valentinae in Venetiola, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aloisii Eduardi Henríquez Jiménez, archiepiscopi Valentini in Venetiola.

die 9 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Tucsonensi, Exc.mum P. D. Emmanuelem D. Moreno, hactenus Episcopum tit. Tamagristensem.

die 11 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Tirasonensi R. D. Raimundum Búa Otero, e clero dioecesis Tudensis-Vicensis, professorem Sacrae Scripturae Seminarii praefatae dioecesis.

die **14** *Ianuarii.* — Cathedrali Ecclesiae Huancavelicensi Exc.mum P. D. Villelmum Demetrium Molloy McDermott, hactenus Episcopum titularem Thuccensem in Mauretania et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 15 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bendensi R. D. Ioannem Bernardum Nienhaus, Vicarium Generalem archidioecesis Ultraiectensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Willebrands, Archiepiscopi Ultraiectensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Trevicensi R. P. Ioannem Antonium de Kok, ex Ordine Fratrum Minorum et in factultate Theologica Ultraiectensi professorem, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Willebrands, Archiepiscopi Ultraiectensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Schalholtensi R. D. Alphonsum Mariam H. A. Castermans, Vicarium Generalem dioecesis Ruremundensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis B. M. Gijsen, Episcopi Ruremundensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Legensi R. P. Ronaldum Philippum Bär, ex Ordine Sancti Benedicti, Vicarium Generalem dioecesis Roterodamensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Adriani J. Simonis, Episcopi Roterodamensis.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus Divina Providentia Pp. II, latis decretis a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum praefecit :

die 30 Novembris 1981. — Cathedrali Ecclesiae Gaboronensi R. D. Bonifatium Cosa Setlalekgosi, e clero nativo eiusdemque Vicarium Capitularem dioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Sekondiensi-Takoradiensi R.D. Carolum Kweku Sam, e clero ganensi eiusdemque dioecesis Vicarium Capitularem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Salapinae R.P. Emmanuelem Eguiguren Galarraga, Ordinis Fratrum Minorum Cantabricae Provinciae sodalem Paraguaianaeque Ordinis Custodiae Moderatorem, quem deputavit Auxiliarem Vicarii Benensis Apostolici Vicariatus.

die 19 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Monroviensi nuper in Liberia erectae, Exc.mum P.D. Michaelem Kpakala Francis, hactenus Episcopum titulo Ausuccurensem et Vicarium Apostolicum eiusdem nominis Vicariatus.

— Cathedrali Ecclesiae Capitis Palmensis nuper erectae in Liberia, Exc.mum P.D. Bonifatium Nyema Dalieh, hactenus Episcopum titulo Talaptulensem et Vicarium Apostolicum Vicariatus eiusdem denominationis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mesarfeltensi R.D. Basilium Tapsoba, e clero dioecesano saeculari, parochum Sancti Iosephi Mukassa ecclesiae, quem nominavit Auxiliarem Exc.mi Episcopi Kuduguensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sinnuaritanae R.D. Petrum Yusuf, e clero Faisalabadensi, Theologiae moralis docentem atque studiorum Seminarii Regionalis in civitate Karachiensi siti praefectum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi Episcopi Multanensis.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 11 Decembris 1981. — Exc.mum P.D. Paulum F. Tabet, Archiepiscopum titulo Sinnensem, Apostolicum Pro-Nuntium in Dominica.

— Exc.mum P.D. Renatum Raphaelem Martino, Archiepiscopum titularem Segermitanum, Pro-Nuntium Apostolicum in Singapura.

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETUM

Facultas Theologica Siciliae in Panormitano Instituto Sancti Ioannis Evangelistae canonice erigitur.

Panormus urbs, perantiquo graeco romanoque civili cultu non modice connotata, maiore admodum splendore praestitit ob generose a se receptum Nuntium Evangelicum ; quam deinde profanum civileque momentum, in saecula continuo gliscens, integrae Siciliae caput mature effecit. Pari gressu artes litteraeque in ea floruerunt : Catinensi enim « Studio Generali » ac Messanensi « Collegio Maximo » Societatis Iesu saeculis xvi ac xvn respective constitutis, a. D. MDCCCXVI Panormitana studiorum Universitas accessit, potestate aucta academicos Sacrae quoque Theologiae gradus conferendi, prout priora laudata Centra Academica eos antea decernebant. Recentiore tempore, Summo Pontifice Pio IX a. D. MDCCCLXXVii statuente, in Panormitanae archidioeceseos Seminario usque ad a. D. MCMXXXI «Collegium Theologicum» viguit, iure donatum Doctoratum Sacrae Theologiae concedendi.

Nuper vero, Concilio Oecumenico Vaticano II provide instante, tota Sicana Ecclesia nobili perfusa est fervore sese catholice instaurandi ac renovandi, illud sibi potissimum praestituens presbyteros suos, religiosos selectosque laicos severiori formatione theologica ditandi ad dominicum gregem supernis donis uberius nutriendum, addito quoque fine germanum oecumenismum cum Orientalibus seiunctis fratribus, in primis Graecis, studiose excolendi. Ad quae attingenda, Em.mus ac Rev.mus D.D. Salvator S.R.E. Cardinalis Pappalardo, per decennium a sibi commissa Panormitana sede impense adlaboravit, cum eoque cuncta Conferentia Episcopalis Sicula insulaeque Religiosi Moderatores; qui universi his postremis annis consilium inierunt omni nisu ea apparandi, quae ad Institutum Theologicum Academicum, pro particulari Ecclesia constituendum, canonice requirerentur.

Promulgata elapso anno a Summo Pontifice Ioanne Paulo II nova academica lege Universitatibus Facultatibusque Ecclesiasticis regendis atque probe in tuto posita oeconomica futuri Centri Academici condicione ceterisque ad rem necessariis idonee comparatis, eadem Conferentia Episcopalis per Em.mum Praesidem suum, Panormitanum Archiepiscopum, a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica enixe rogavit ut Facultas Theologica pro tota Sicilia in eius urbe capite tandem conderetur.

Quare Sacra eadem Congregatio, Augusto Pontifice Ioanne Paulo Div. Prov. Pp. II benevole annuente, attento consensu a Conferentia Episcopali Italica explicite prolato, re undequaque accurateque perpensa, potestate a Summo Pontifice sibi commissa, in Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque in primis Siciliensis decus ac incrementum,

FACULTATEM THEOLOGICAM SICILIAE

in Panormitano Instituto Sancti Ioannis Evangelistae hoc Decreto canonice erigit er ee tamque declarat, ad normam Apostolicae Constitutionis « Sapientia Christiana)) adnexarumque « Ordinationum » struendam ac regendam, potestate eidem collata academicos gradus Baccalaureatus, Licentiae specializatae, et Doctoratus rite conferendi, omnibus illi agnitis ac tributis iuribus, honoribus, privilegiis officiisque, quae de more huiusmodi Facultatibus inhaerent.

Sacrum idem Dicasterium erectam hanc Theologicam Facultatem laudatae Conferentiae Episcopali Siculae iuridice commendat, ei mandans ut peculiarem Commissionem e suo gremio constituat, quibusdam additis Moderatorum Religiosorum quorum interest delegatis, cuius sit omnimode Facultatem promovere, doctrinam mores ecclesiasticamque disciplinam in ea tutari, praevium consensum suum concedere ad Facultatis Praesidem nominandum confirmandumque et ad Docentes stabiles in varios ordines didácticos cooptandos promovendosque, necnon curare ut Docentes, praesertim stabiles, quam optimi ex integra Sicilia Facultati praesto semper sint.

Sacra denique Congregatio Archiepiscopum Panormitanum pro tempore, Ordinarium loci, Facultatis

MAGNUM CANCELLARIUM

nominat atque renuntiat, qui memoratam Commissionem Episcopalem de iure moderetur, seduleque omnia ad actum ducat, quae Magno Cancellario academica lex canonica peragenda edicit, in primis Facultatem

continuo fovendam evehendamque atque singulis Docentibus missionem canonicam conferendam et pro necessitate auferendam ; omnibus servatis de iure servandis, in primis peculiaribus Facultatis Statutis ab hac eadem Congregatione approbatis, normis maxime quae severas adimplendas statuunt academicae adeptae dignitatis morales ac scientificas exigentias ; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, d. **VIII** m. Decembris, in Sollemnitate Immaculatae Conceptionis **B**.M.**V.,** a. D. **MCMLXXX.**

VILLELMUS Card. **BAUM,** *Praefectus*

L. © S.

© Antonius Maria Javierre Ortas, Archiep. tit. Meten., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

CALARITANA

Nullitatis Matrimonii (Pellegrini - Melis)

Cum ignoretur locus actualis commorationis d.ni Titi Melis conventi in causa de qua supra, eundem citamus ad comparendum aut per se aut per Procuratorem legitime constitutum coram Tribunali S. Romanae Rotae ((Piazza della Cancelleria 1, Roma » in diem 30 martii 1982, hora undecima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

«An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Ordinarii locorum, parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedicti d.ni Titi Melis, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur.

Sebastianus Másala, *Ponens*

E Cancellaria Tribunalis die 12 m. Ianuarii a. 1982.

Ioannes Verginelli, *notarius*

L. *B* S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali :

Lunedì, 11 Gennaio 1982, S. E. il Signor BJORN-OLOF ALHOLM, Ambasciatore di Finlandia presso la Santa Sede.[1]

Giovedì, 14 Gennaio 1982, S. E. il Signor NARENDRA SINGH, Ambasciatore dell'India presso la Santa Sede.[2]

Venerdì, 15 Gennaio 1982, S. E. il Signor HEDÍ BACCOUCHE, Ambasciatore di Tunisia presso la Santa Sede.[3]

Lunedì, 18 Gennaio 1982, S. E. il Signor JEAN WAGNER, Ambasciatore del Gran Ducato di Lussemburgo presso la Santa Sede.[4]

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza :

Giovedì, 31 Dicembre 1981, S. E. il Signor CRISTINO SERICE, Vice Presidente della Repubblica della Guinea Equatoriale.

Giovedì, 7 Gennaio 1982, S. E. il Signor YITZHAK SHAMIR, Ministro degli Esteri dello Stato di Israele.

Sabato, 9 Gennaio 1982, S. E. il Signor CLAUDE CHEYSSON, Ministro delle Relazioni Estere di Francia.

Sabato, 9 Gennaio 1982, S. E. il Signor AMADOU MAHTAR M'BOW, Direttore Generale dell'U.N.E.S.C.O.

Martedì, 12 Gennaio 1982, il Signor KAZIMIERZ SZABLEWSKI, Consigliere-Ministro Plenipotenziario, Capo della Delegazione della Repubblica Popolare di Polonia per i contatti permanenti di lavoro con la Santa Sede.

Sabato, 16 Gennaio 1982, l'Ecc.mo Corpo Diplomatico presso la Santa Sede.

[1] *Inizio della Missione: 16 Ottobre 1981.*

[2] *Inizio della Missione: 28 Ottobre 1981.*

[3] *Inizio della Missione: 1S Ottobre 1981.*

[4] *Inizio della Missione: 7 Novembre 1981.*

Mercoledì, 20 Gennaio 1982, S. E. il Generale MOHAMMAD ZIA-UL-HAQ, **Presidente del Pakistan.**

Giovedì, 21 Gennaio 1982, Sua Altezza Em.ma Fra ANGELO DE MOJANA **di Cologna, Principe e Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta.**

Venerdì, 29 Gennaio 1982, S. E. il Signor WILLIAM WILSON, **Inviato Personale del Presidente degli Stati Uniti d'America.**

Sabato, 30 Gennaio 1982, S. E. il Signor MOHAMED HOUSNI MOUBARAK, **Presidente della Repubblica Araba d'Egitto.**

Giovedì 28 Gennaio 1982, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Preposti ai Sacri Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

25 gennaio 1982. S. E. Mons. Donato Squicciarini, Arcivescovo titolare di Tihurnia, *Pro-Nunzio Apostolico in Guinea Equatoriale.*

30 » » Mons. Virgilio Noè, Arcivescovo titolare eletto di Voncaria, *Segretario della Sacra Congregazione per i Sacramenti ed il Culto Divino, per la Sezione del Culto Divino.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

5 dicembre 1981. L'Em.mo Signor Cardinale Joseph Ratzinger, Prefetto della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

30 » » L'Em.mo Signor Cardinale Joseph Ratzinger, Prefetto della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede, *Membro della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

Protonotari Apostolici soprannumerari.

17	giugno	1981.	Mons. Aloisius Caintic (Maasin).
26	settembre	»	Mons. Mario Meloni (Ales).
10	novembre	»	Mons. Antonius Woroniecki (Lodz).
17	dicembre	»	Mons. Giovanni Mantese (Vicenza).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

30	aprile	1981.	Mons. Agustín Hevitra (Diego Suarez).
4	maggio	»	Mons. Gérard Ilunga Wa Mpanga (Manono)
30	»	»	Mons. Rocco Anthony Cantillo (Camden).
4	luglio	))	Mons. Alexis Kagame (Butare).
7	»	»	Mons. Augustinus Ndenkoya (Moshi).
8	»	»	Mons. Calistus Mdai (Mahenge).
29	»	»	Mons. Martin J. Healy (Rockville Centre).
10	agosto	»	Mons. Eugene George Bilski (Scranton).
21	»	»	Mons. Anthony J. Barretta (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Austin P. Bennett (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Vincent D. Breen (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Edward T. Burke (Brooklyn).
	»	»	Mons. William F. Burke (Brooklyn).
»			Mons. Joseph P. Bynon (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Celsus 0. Collini (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Thomas F. Cribbin (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Francis Del Vecchio (Brooklyn).
	»	»	Mons. Franklin E. Fitzpatrick (Brooklyn).
»			Mons. George V. Fogarty (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Edward A. Fus (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Walter C. Galuszka (Brooklyn).
»			Mons. Joseph G. Konrad (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Gerald J. Langelier (Brooklyn).
»	»	»	Mons. John B. Lavin (Brooklyn).
			Mons. Joseph A. Martusciello (Brooklyn).
	»	»	Mons. John H. Maurer (Brroklyn).
	»	»	Mons. George A. Mooney (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Kenneth M. Morgan (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Joseph K. Parks (Brooklyn).
»			Mons. Marius Piombini (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Arthur W. Pote (Brooklyn).
	»	»	Mons. Dominio A. Sclafani (Brooklyn).
»	»	»	Mons. William A. Varvaro (Brooklyn).
»	»	»	Mons. John H. Walker (Brooklyn).
			Mons. Henry J. Zimmer (Brooklyn).
14	settembre	»	Mons. Patrick Joseph Kearney (San Diego).
»	»	»	Mons. Marke Alphonse Medaer (San Diego).
			Mons. Michael James Coughlan (San Diego).
»	»	»	Mons. Henry Francis Fawcett (San Diego)

18	settembre	1981.	Mons. André Dominique Dossey Anate (Lomé).
26	»	»	Mons. Paul Kizito Avireyire (Navrongo-Bolgatanga).
3	ottobre		Mons. Jacobus Lee Ki Soo (Taegu).
»	»	»	Mons. Ignatius Jeon Seok (Taegu).
	»	»	Mons. Jacobus Lee Myeong Uoo (Taegu).
24		»	Mons. Severinus Anatalio (Manila).
	»	»	Mons. Severinus Pelayo (Manila).
»	»	»	Mons. Antonius Benedicto (Manila).
»	»	»	Mons. Daniel Pascual (Manila).
30	ottobre		Mons. Paolo Carrara (Bergamo).

Cappellani di Sua Santità:

18	marzo	1981.	Il sac. Angel R. Giménez Cano (Mendoza).
17	giugno	»	II sac. Porphyrium Suarez (Maasin).
10	luglio		II sac. Thomas Keys (Santa Rosa - California).
11	»	»	II sac. Ratko Peric (Trebinje).
»		»	II sac. Herman Mikus (Essen).
»	»	»	II sac. Alfredo Castiglioni (Rimini).
30	»		II sac. Adam Muchtin (Rijeka-Senj).
»	»	»	II sac. Gabrijel Bratina (Rijeka-Senj).
10	agosto		II sac. Norman J. Ferris (Saint Marón of Brooklyn).
»	»	»	II sac. Dominic J. Ashkar (Saint Marón of Brooklyn).
10	settembre	»	II sac. Mathew Mankuzhikary (Ernakulam).
»	»	»	II sac. Augustine Kandathil (Ernakulam).
15	»	»	II sac. Fernandus Arturus Franco Benoit (Mao-Monte Cristi).
26	»	»	II sac. Wilhelm Weber (Essen).
»	»	»	II sac. Theodor de Poel (Essen).
2	ottobre	»	II sac. Amedeo Batignani (Pienza).
30	»		II sac. Angelo Para visi (Bergamo).
12	novembre		II sac. Michele Giulio Masciarelli (Chieti).
28	»	»	II sac. Sergio Minelli (Grosseto).
3	dicembre	»	II sac. Giuseppe Pugliese (Gerace-Locri).
24	»	»	II sac. Anselmo Guido Pecorari (Mantova).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13	aprile	1981.	Al sig. Joseph Chai Chong Jang (Seoul).
24	giugno	»	Al sig. Henri Lefebvre (Bayeux-Lisieux).
»	»	»	Al sig. Marinus P. Jvan Kempen (Bois-le-Duc).
10	luglio	»	Al sig. Cono di Pietro (Santa Rosa - California).

11 luglio 1981. Al sig. Yves O'Mahony (Orléans)
» » » Al sig. Dominique Vallery-Masson (Parigi).
18 » » Al sig. Ennio Mannino (Perugia).
» » » Al sig. Alvaro Chiabolotti (Perugia).
23 » » Al sig. Hermann Herder-Dorneich (Freiburg/Brsg)

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, elasse civile:

3 luglio 1981. Al sig. Gene F. Bruyette (Hartford).
» » » Al sig. Joseph F. Colletti (Hartford).
» » » Al sig. Anthony J. Coviello (Hartford).
» » Al sig. William M. Cullina (Hartford).
» » Al sig. John J. Daly (Hartford).
» » » Al sig. Raymond H. Deck (Hartford).
» » Al sig. Edward J. Fortes (Hartford).
» » » Al sig. Donald Austin Foskett (Harford).
» » » Al sig. Joseph R. Galotti (Hartford).
» » » Al sig. William E. Glynn (Hartford).
» » Al sig. Peter D. Gomsak (Hartford).
» » » Al sig. Frank T. Healey (Hartford).
» » » Al sig. Joseph E. Healey (Hartford).
» » » Al sig. Bartholomew J. Hennessey (Hartford).
» » » Al sig. Jay W. Jackson (Hartford).
» » Al sig. Vincent B. Largay (Hartford).
» » Al sig. Patrick A. Mainolfì (Hartford).
» Al sig. Maurice F. McCarthy (Hartford).
» » » Al sig. George F. McDonough (Hartford).
» » Al sig. William L. McNamara (Hartford).
» » » Al sig. Denis F. Mullane (Hartford).
» » Al sig. John S. Murtha (Hartford).
» » » Al sig. Joseph H. Pellegrino (Hartford).
» » Al sig. Edward J. Power (Hartford).
» » Al sig. John Ç. Reagan (Hartford).
» Al sig. Tomas Rivera (Hartford).
» » Al sig. Thomas F. Sarubbi (Hartford).
» » Al sig. Philip J. Sheridan (Hartford).
» » » Al sig. Francis M. White (Hartford).
10 agosto » Al sig. Arduino Macrì (Trieste).
3 novembre Al sig. Ivor Kenny (Dublino).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 maggio 1981. Al sig. Tadros Samaan Tadros (Khartoum).
» » » Al sig. William Gadalla Tanious (Khartoum).
» » » Al sig. Ibrahim Michael Hakeem (Khartoum).
» » » Al sig. Kamal Samaan Tadros (Khartoum).
» » » Al sig. George Lazar Francis Di Bona (Khartoum).

30 settembre 1981. Al sig. Giorgio Sabatini (Ancona).
» » » Al sig. Vincenzo Speciale (Ancona).
22 dicembre » Al sig. Pio Fracasso *(Italia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 maggio 1981. Al sig. Anselmus Yugusuk (Khartoum).
» » Al sig. Abbas Kuku Angelo (Khartoum).
» » Al sig. Silvanus Sangu Malibida (Khartoum).
» » Al sig. Michael Suliman Kuku (Khartoum).
6 giugno Al sig. Peter Awa (Bamenda).
Al sig. John Maimó (Bamenda).
» » Al sig. Emmanuel Ngayi (Bamenda).
17 Al sig. Giovanni Oasaleggio (Genova).
22 » Al sig. Godefridus Hubertus van de Laar (Bois-le-Duc).
» » Al sig. Andreas Hermanus Henricus Witteveen (Bois-le-Duc).
» Al sig. Franciscus Henricus Maria Verschure (Bois-le-Duc).
18 luglio Al sig. Johannes Wilhelmus Spoek (Rotterdam).
29 » Al sig. Willy Kaldenbach (Rottenburg-Stuttgart).
30 » Al sig. Albert Lichte (Paderborn).
30 settembre Al sig. Celestino Pieralisi (Ancona).
14 ottobre Al sig. Franciscus Coral (Paesi Bassi).
» » Al sig. Winfried Seibel (Essen).
19 novembre Al sig. Francesco Celentano (Roma).
24 » Al sig. Mario Tricca (Roma).
7 dicembre Al sig. Carlo Colombo (Lugano).

NECROLOGIO

12 settembre 1981. Mons. Juan C. Sison, Arcivescovo di Nueva Segovia *(Filippine)* .
10 gennaio 1982. Mons. Romeo R. Blanchette, Vescovo già di Joliet in Illinois *(Stati Uniti d'America).*
» » » Mons. John A. Abasólo y Lecue, Vescovo già di Vijayapuram *(India).*
11 » » Mons. Pietro Cocolin, Arcivescovo di Gorizia e Gradisca *(Italia).*
19 » » Mons. Antonio Pirotto, Vescovo già di Troia *(Italia).*
23 » » Mons. Jean Joseph Villepelet, Vescovo già di Nantes *(Francia).*
28 » » Mons. Alberto Dettmann y Aragón, Vescovo già di Ica *(Perù).*

An. et vol. LXXIV 8 Martii 1982 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

GUIRATINGEN. ET ALIARUM

Praelaturae Guiratingensis, Boni Iesu de Piaui, mutato nomine Boni Iesu á Gurgucia, Raymundiana et Sancti Antonii de Balsas, posthac Balsensis dicenda, in Brasilia, ad dioecesium attolluntur gradum.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Institutionis propositum praelaturarum in Americae Latinae aliarumque dicionum regionibus, ubi Christifidelium communitates iam pridem exstant, illud semper a principio fuit ut aliae omnes quasi structurae et compages institutorum perfici usquequaque possent quoad eam ad vitae pastoralis stabilitatem ac firmitatem maturescerent ut ipsaemet vicissim possent ad gradum evehi dignitatemque dioecesis. Quapropter, cum praelaturae Latinis his nominibus vocatae : Guiratingensis, Boni Iesu de Piaui — posthac Boni Iesu a Gurgueia appellanda — Raymundiana et Sancti Antonii de Balsas — posthac Balsensis nuncupanda — proximis hisce annis catholicorum multitudine operibusque religiosis et civilibus permagnum ceperint incrementum cumque iam ipsae necessaria firmitudine rerum ac stabilitate institutorum vitae pastoralis fruantur, Nos exaudientes libenter sententiam pre-

eesque Conferentiae Episcopalis Brasiliensis ad Apostolicam Sedem permotas ut praelaturae commemoratae ad gradum promoverentur et dignitatem dioecesium, tum etiam consentientes cum Venerabili Fratre Carmelo Rocco, Archiepiscopo titulo Iustinianopolitano in Galatia necnon in Brasilia Apostolico Nuntio, pariterque cum Venerabilibus Fratribus Nostris causas Sacrae Congregationis pro Episcopis curantibus decernimus atque edicimus haec quae sequuntur, cum certum habeamus ea valde profutura singulis communitatibus et populis quorum intersit. Apostolica Nostra usi potestate praedictas supra praelaturas ad gradum provehimus et dignitatem dioecesium dioecesesque constituimus, servatis earum nominibus, dummodo excipiantur praelaturae Boni Iesu de Piaui et Sancti Antonii de Balsas quae videlicet vocabuntur harum virtute Litterarum : Boni Iesu a Gurgueia et Balsensis. Sedes autem episcopales singularum dicionum collocamus eisdem in urbibus ubi in praesenti sedes exsistunt praelaticiae earumque simul aedes evehimus ad dignitatem templorum cathedralium, tributis iuribus congruentibus. Episcopos autem pro tempore honoribus volumus affici et insignibus privilegiis et iuribus, obstringi autem oneribus eisdem et obligationibus, quibus ceteri Antistites residentes cumulentur. Conditas praeterea dioeceses eisdem iubemus metropolitanis Ecclesiis esse suffraganeas itemque Episcopos metropolitanae iurisdictioni Praesulum earundem archidioecesim subesse. Consultores dioecesani quaque in dioecesi deligantur volumus qui Episcopo auxilio et opere adstent, donec Canonicorum collegium alias per Apostolicas Litteras singillatim instituatur. Episcopales similiter mensae constituantur pro sua quaque parte ex Curiae emolumentis et fidelium stipibus et temporalibus bonis adhuc ad mensas praelaticias pertinentibus. Ad rectionem vero quod spectat et administrationem novarum dioecesium necnon ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem aliaque eiusdem generis praestituimus ut sacri ad amussim serventur Canones. De aedificandis autem seminariis atque moderandis observabuntur diligenter quae iure communi statuuntur quodque praescribitur tum Decreto Concilii Vaticani Secundi « Optatam totius » tum Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica edictis peculiaribus. Novis in dioecesibus pastoralia suscipiantur incepta ad vocationes potissimum sacerdotales promovendas ita ut selecti aliquando adulescentes Romam mitti valeant in Pontificium Collegium Pium Brasiliense philosophicis theologicisque disciplinis altiore ratione imbuendi. Episcopos singularum Praelaturarum convertimus in Pastores Ordinarios dioecesium quos ideo a prioribus vinculis praela-

ticiis expedimus. Ad haec denique omnia legitime riteque exsequenda destinamus memoratum Venerabilem Fratrem Carmelum Eocco, cui necessarias facimus iam nunc et opportunas facultates tribuentes etiam potestatem subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; sed praecipimus ut exemplaria sincera actorum huius exsecutionis perferantur quam primum ad Sacram Congregationem pro Episcopis. Mandamus tandem ut omnia et singula hisce Litteris Apostolicis descripta et definita tam nunc valeant quam prorsus in posterum, contrariis rebus quibusvis neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tertio mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **SEBASTIANUS** Card. B **AGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 7746.1/.

II

VANNAISENSIS RITUS BYZANTINI

Detractis quibusdam territoriis ab eparchia Parmensi Ruthenorum, in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis eparchia Vannaisensis ritus Byzantini constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De consentanea Christifidelium curatione solliciti, quos ipse Dei Filius consilio quidem suaque providentia tamquam oves pascendas sollertiae Nostrae credidit, nihil sane praetermittimus nullique diligentiae cotidianae parcimus, ut quidquid cum eorundem fidelium necessitatibus aut utilitatibus maioribus coniungi intellexerimus, id quantum maxime possumus perficere studeamus. Hac de causa, cum Episcopi Fratres Metropoliae Pittsburgensis ritus Byzantini in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus flagitaverint ut Eparchia Par-

mensis Ruthenorum, quippe quae maior esset quam quae efficaciter eonvenienterque gubernaretur, idoneis captis consiliis divideretur novaque ibidem conderetur dicio ecclesiastica, et cum totum istud negotium Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus Venerabili Fratri Nostro praefecto plane sit probatum, Nos apostolica usi potestate Nostra edicimus et constituimus haec quae sequuntur, persuasum videlicet Nobis habentes posse id in omnium tandem commodum illius ritus fidelium cedere. Ab Eparchia Parmensi ipsos civiles nationis eiudem status detrahimus quibus nomina sunt : Montana, Wyoming, Nevada, Colorado, New Mexico, Arizona, Utah, Idaho, Washington, Oregon, California, Hawaii, Alaska ; ex quibus proinde locis et terris Eparchiam creamus ritus Byzantini novam ab urbe vulgaris nominis Van Nuys *Vannaisensem* in posterum nuncupandam. Erit autem Ecclesia haec Vannaisensis tamquam suffraganea Eparchiae Metropolitanae Pittsburgensi sedesque Eparchiae ipsius in urbe memorata Van Nuys ubi templum Sanctae Mariae sacrum habebitur cathedralis aedes. Ad cetera vero singula quod attinet : Eparchiae administrationem, cleri ac populi iura onera et similia, ius Canonicum servetur oportebit, ratione potissimum ducta Litterarum Apostolicarum « Cleri sanctitati », die secundo mensis Iunii editarum anno **MCMLVII**, cann. 392-526. Alumnos autem in sortem Domini aliquando vocatos Eparchia mittere poterit ad Seminarium Byzantinum Pittsburgense erudiendos, pacto ea de re cum Metropolita convento. Contrariis quibusvis haudquaquam obstantibus. Ceterum has Litteras Venerabilis Frater Pius Laghi plenum deducet ad effectum, Archiepiscopus nempe titulo Maurianensis et in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus Apostolicus Delegatus, vel quem alium cumque legaverit ipse, tributis necessariis facultatibus. Rebus denique universis peractis idem Delegatus Apostolicus sincera actorum documenta ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus perferet idque actutum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tertia mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. **RUBIN**
S. Congr. pro Eccl. Orientalibus Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi
In Secret. Status tab., n. 18601.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Alano de Solminihac honores Beatorum deferuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Novum decus novumque vigorem Ecclesiae, post Concilium Tridentinum peractum, tribuere satagens, S. Carolus Borromaeus in Synodo anno 1584 a se coacta exclamavit: ((Faxit Deus Optimus Maximus, ut ita calore repleamur, ut ceteris etiam calefaciendis et succendendis apti reddamur; ita abundet in nobis eius sanctissima gratia, ut et nos repleamur, et ceteris etiam de ea copiose communicemus » *(8. Caroli Borromaei Orationes,* Romae 1963, p. 107). Eodem zelo inflammatus est Alanus de Solminihac, in cuius conversatione multae quoque aliae similitudines inveniuntur cum vita eximii praesulis illius. Nobili genere die 25 mensis Novembris anno 1593 in arce Belet, intra fines dioecesis Petrocoricensis posita, natus, in familia, quae verum erat «domesticum sanctuarium Ecclesiae» *(Apostolicam Actuositatem,* 11), adolevit. Altiora affectans, Dei famulatui se statuit devovere; quod ad effectum est adductum, cum in locum Arnaldi patrui sui, abbatis monasterii S. Mariae de Cancellata, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, aetate florens ipse sufficeretur. Postquam votorum sponsione se Domino obligavit, studia philosophica ac theologica Lutetiae Parisiorum exercuit, ad spiritualem sapientiam condiscendam simul incumbens. Qua in re magnopere necessitudine est adiutus, quam cum interioris vitae magistris, veluti cum S. Vincentio a Paulo, Ioanne Iacobo Olier, Antonio Le Gaudier, ibi contraxit. Permagnum vero momentum ad sanctimoniae viam terendam colloquia habuerunt, quae cum S. Francisco Salesio seruit. Anno 1618 sacerdos ordinatus et post quattuor fere annorum spatium abbas benedictus, monasterio suo reformando totum se dedit, quod praesertim bellatorum incursibus ante acto saeculo erat vastatum atque etiam quoad religiosam disciplinam prolapsum. Sat brevi vero tempore id omni ex parte reiecit, vita communi eaque austera restituta, Constitutionibus a se compositis, sodalium numero admodum aucto, ita ut aliis praeluceret exemplo. Congregatio quoque, cuius sedes princeps illa erat abbatia quaeque pars erat Ordinis praedicti, Alano annitente refloruit. Iam Servi Dei fama illustris erat et pervagata; unde mirum non est eum anno 1636, quamvis reluctantem, episcopum Cadurcensem esse

electum. Animo ergo proposuit ut in tam gravi munere obeundo S. Caroli Borromaei, quem studiose colebat, vestigia sectaretur simulque Ordinis sui servaret instituta. In arce episcopali Mercuès, prope Cadurcum, sedem constituit ac domicilium, ubi S. Augustini, legiferi patris sui, exemplo cum nonnullis Canonicis Regularibus vitam duxit communem. Concilii Tridentini decreta exsequi ardens, rerum agendarum ordinem sibi praestituit ut dioecesim, tum multo ampliorem, in qua disciplina ecclesiastica corruerat ac fideles in religionis ignorantia versaban tur, funditus renovaret. Cui rei constantissime institit, quippe qui vir esset animo forti et strenuo, a mediis consiliis abhorrente. Itaque Synodum dioecesanam quotannis celebravit; paroecias, numero amplius octingentas, pro pastorali munere, saepe inter difficultates haud leves, novies ipse invisit; Cadurci seminarium condidit, ubi adulescens clerus ad pietatem et doctrinam rite conformaretur ; sacras expeditiones seu missiones in dioecesis finibus fieri iussit assidue. Serpentes errores, praesertim Iansenismum, acriter impugnavit enixeque operam dedit ut damnarentur; pias sodalitates instituit vel fovit; sacro iubilaeo, auctoritate Alexandri PP. VII concesso, est impigerrime usus quo uberius excoleret vineam Domini. Tot inter apostolica opera indefessus pastor caritatis officiis deditus erat, potissimum hospitiis pro infirmis et orphanis excitatis. Quo tempore pestilentia saeviebat, totus fuit in animam agentium cura, in omne genus aerumnis sublevandis. Tanto pastorali studio vitae iungens austeritatem, intimam cum Deo consuetudinem, impensum cultum Virginis Deiparae aliasque virtutes, id est assecutus ut Ecclesia Cadurcensis, quam iacentem acceperat, haud modico iam nitore claresceret. Tot vero confectus laboribus, Alanus de Solminihac die 31 mensis Decembris anno 1659 pauper, qui rem suam pauperibus legasset, in episcopali arce Mercuès pientissime obiit estque in ecclesia domus Canonicorum Regularium Cancellatensium, quam Cadurci constituerat, sepultus; unde eius corpus postmodum in illius dioecesis templum cathedrale est translatum. Increbrescente autem eius fama sanctitatis et miraculorum, quae eo deprecante a Deo ferebantur patrata, testimonia sanationum ab Ordinario Cadurcensi sine mora sunt collecta; atque ipse Generalis Conventus Cleri Galliae egregii episcopi et pastoris beatificationem haud semel expostulavit. Sed propter aliena rei publicae tempora solum anno 1769 veri nominis processus auctoritate ordinaria est institutus. Die autem 6 mensis Augusti anno 1783 Pius PP. VI Commissionem introductionis causae, apud Sedem Apostolicam agendae, si-

gnavit. Anno deinde 1788 de virtutibus Famuli Dei coeptum est tractari, verumtamen ob Gallicam perturbationem est causa intermissa ac tantum anno 1847 resumpta. Inde de eius virtutibus sueto more est iterum disceptatum, quas eum heroum in modum exercuisse Pius PP. XI, decreto die 19 mensis Iunii anno 1927 lato, edixit. Ad miracula quod attinet, una e sanationibus intercessioni Famuli Dei tributis — probata quidem veterum actorum ad rem pertinentium iuridica vi — est proposita, sanatio videlicet Mariae Ladoux puellae e letali vulnere illato. Quam verum fuisse miraculum, per decretum die 13 mensis Iulii anno 1979 promulgatum, Nos declaravimus. A lege autem alterius miraculi exhibendi, cognita fama miraculorum Servo Dei ascriptorum, actores exemimus. Quibus omnibus peractis, dies statutus est ad sollemnem beatificationem tum eius, tum Aloisii Scrosoppi, Richardi Pampuri, Claudinae Thévenet, Mariae Repetto celebrandam. Hoc igitur mane, in area ante Petrianam Basilicam patente, hanc formulam, inter Sacra, sumus elocuti : « Nos vota Fratrum Nostrorum. Iosephi Rabine, episcopi Cadurcensis, Alaphridi Battisti, archiepiscopi Utinensis, Antonii Angioni, episcopi Papiensis, Alexandri Renard, archiepiscopi Lugdunensis, Iosephi Siri, archiepiscopi Ianuensis, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut venerabiles Servi Dei *Alanus de Solminihac,* Aloisius Scrosoppi, Richardus Pampuri, Claudina Thévenet, Maria Repetto, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Alani de Solminihac, die tricésima prima Decembris, Beati Aloisii Scrosoppi, die tertia Aprilis, Beati Richardi Pampuri, die prima Maii, Beatae Claudinae Thévenet, die tertia Februarii, Beatae Mariae Repetto, die quinta Ianuarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti». Habita deinde oratione consueta de uniuscuiusque Beati vita et virtutibus eos et venerati sumus et summa religione primi invocavimus. Quae vero per has Litteras statuimus, ea firma sint in perpetuum, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 78481.

II

S. Norbertus, Archiepiscopus Magdeburgensis, Patronus eiusdem circumscriptionis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Coli Sanctos et recte honorari a Christifidelibus Ecclesia catholica et probat et laudat vehementer : sunt enim illi amici Dei, quem summo amore prosecuti sunt, et christiani populi fidi custodes, et exempla egregia virtutum, in quae intuentes Christi sequaces facilius aeterna bona adipisci possunt, maxime si cum illis genus, instituta, patriam terram communia habuerunt. Qua re, cum Venerabilis Prater Ioannes Georgius Braun, Administrator Apostolicus circumscriptionis Magdeburgensis iam ab hac Apostolica Sede petierit ut Sanctum Norbertum, qui olim fuit Archiepiscopus eiusdem dicionis, quemque populus magna religione veneratur et earum habet, Patronum suae circumscriptionis confirmaremus ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis», n. 30, atque idcirco ratum haberemus quod populus gessisset, ipse probasset ; Nos, persuasum habentes id, si concedatur, posse christianam fidem in pectoribus augere novaque virtute alere, aequo animo postulatis annuimus. Iis ergo probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re statuit, factis olim a Nobis potestatibus, placet Sanctum Norbertum Episcopum circumscriptionis Magdeburgensis haberi et esse Patronum apud Deum, factis cum iuribus tum liturgicis privilegiis iuxta rubricas. Contrariis nihil obstantibus. .Ceterum datum honorem Dei gloriam, S. Norberti honorem, fidelium omnium gratiam augere confidimus, a Deoque petimus.

Datum Bomae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Novembris, anno MDCCCCLXXXI, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ££ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 75300.

III

Templum cathedrale Imolense ad Basilicae Minoris honorem evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Honorari Sanctos singulari fidelium veneratione, maxime eos qui sanguinem pro Christo fuderunt, id Ecclesiae sancta catholica non modo permisit, sed etiam suasit; sunt enim illi et amici Dei fidissimi, quos Pater ipse amat, et patroni christiani populi potentes, et egregia virtutum exempla praebuerunt, omnibus imitanda. Nihil ergo mirum, si haec beata Petri Sedes data facultate causam honoris illorum suscipiat. Cum ergo Venerabilis Frater Aloisius Dardani, Episcopus Imolensis, suo ipsius nomine, item cleri atque populi suae dioecesis, ab hac Apostolica Sede petierit ut cathedrale templum S. Cassiano dicatum, Christi Martyri illustri, dignitate Basilicae Minoris decoraretur; Nos, consideratis tum Martyris ipsius gloria, tum multorum Episcoporum eius Ecclesiae fama, tum templi antiquitate, arte, monumentis, atque praesertim religione, bene fieri censuimus, si admotis precibus concederemus. Qua re, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re censuerit, placet templum cathedrale Imolense in Basilicis Minoribus annumerari, factis nempe iuribus ac privilegiis talium templorum propriis, modo servata sint quae Decretum ((De titulo Basilicae Minoris», die vi factum, anno MDCCCCLXVIII, observari iubet. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, quod gessimus felix, faustum fortunatumque sit, fidemque in pectoribus augeat, ad Dei altissimi gloriam, S. Cassiani laudem.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Decembris, anno MDCCCCLXXXI, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 18300.

IV

In Guinea Aequinoctiali seu « Aequatoriali » Nuntiatura Apostolica constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Valde optabile est Nobis ea omnia consilia ad effectum adducere, quae magno videntur esse momento ad publicas necessitudinis rationes inter civilem civitatem et Apostolicam hanc Sedem ineundas initasque fovendas aut prosperandas. Hac ipsa de causa, nominatim Guineam Aequinoctialem cogitantes, hisce Nos Litteris vi et potestate Nostra Apostolica ibidem Nuntiaturam Apostolicam, cuius sedes erit in urbe vulgo ((Malabo », nunc condimus eademque ei, ut par est, officia deferimus et privilegia necnon indulta, quae ad singulas pertinent Nuntiaturas Apostolicas. Quae autem hic edicimus, statuimus, decernentes ut Apostolicae hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum suos habeant effectus. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Decembris, anno Domini MCMLXXXI, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 **Sigilli**
In Secret. Status tao., n. 80607.

HOMILIA

Calendis Ianuariis in Vaticana basilica habita.*

«La Pace, dono di Dio affidato agli uomini».

Oggi entriamo in un Anno Nuovo : l'Anno del Signore 1982. In questo primo giorno del Nuovo Anno sentiamo rivolto a noi, ancora una volta, il messaggio del Natale in tutta la sua semplicità e profondità. Esso ci parla con la testimonianza dei pastori di Betlemme, i quali — dopo aver visto il Bambino con Maria e Giuseppe — riferirono ciò che era stato detto loro.[1] E così divennero i primi messaggeri del-

*** Die 1 m. Ianuarii a. 1982.**
[1] **Cfr.** ***Lc*** **2, 17.**

FEvento e del Mistero, che, grazie a loro, ha iniziato a diffondersi irradiandosi tra la gente.

Soprattutto, però, la Chiesa entra nel Nuovo Anno celebrando la Divina Maternità di Maria, Vergine di Nazaret, la quale mediante il suo «fìat» è diventata per opera dello Spirito Santo, la Madre del Verbo Eterno, la «Theotokos)).

La nascita terrena di Dio, il Natale, si collega strettamente con la Divina Maternità di Maria. La nascita dell'uomo si collega strettamente con la maternità. L'uomo viene concepito nel seno della madre e nasce dal suo seno. Quando venne la pienezza del tempo e Dio, Eterno Padre, mandò il suo Figlio, lo mandò anche come «nato da donna».[2]

L'Anno Nuovo dà inizio, per così dire, a una nuova «pienezza del tempo ». E proprio questa pienezza, che da oggi incominciamo ad esprimere con la cifra « 1982 », emerge dal mistero del Natale.

Insieme con la nascita terrena di Dio è venuto agli uomini il messaggio della pace. Esso ha caratterizzato l'evento di Betlemme con un particolare grido : « Gloria a Dio nel più alto dei cieli e pace in terra agli uomini che egli ama».[3]

2. «Gli uomini che egli ama...».

La Liturgia dell'odierna Solennità indica che l'uomo ha il suo inizio in Dio ; non soltanto nel tempo, non soltanto nel seno della madre, ma in Dio stesso.

Oggi festeggiamo la Maternità di Maria, fissando gli occhi sulla Paternità di Dio, sul suo eterno disegno paterno.

« Quando venne la pienezza del tempo, Dio mandò il suo Figlio, nato da donna... perché ricevessimo l'adozione a figli. E che voi siete figli ne è prova il fatto che Dio ha mandato nei nostri cuori lo Spirito del suo Figlio che grida : Abba, Padre ! ».[4]

Così noi siamo figli mediante il Figlio.

La nostra origine è nel Padre per mezzo del Figlio.

La figliolanza d'adozione divina è in noi per opera dello Spirito Santo, che è lo Spirito del Figlio. Proprio questo Spirito ci permette di pensare a Dio come «Padre» e di parlare a Dio come «Padre».

Quanti uomini nel mondo si esprimono così !

[2] *Gal* 4, 4.
[3] *Le* 2, 14.
[4] *Gal* 4. 4-6.

E se alcuni non lo dicono espressamente, tuttavia, almeno con qualche movimento del pensiero, a volte inaspettato, si rivolgono a Dio proprio così : ((Padre ».

E quanto abbondantemente è «mandato nei cuori» lo Spirito del Figlio !

Così, dunque, festeggiamo oggi l'Anno Nuovo, fissando gli occhi sulla Paternità di Dio, sul suo eterno disegno paterno.

Se contemporaneamente celebriamo questo giorno anche come Giornata mondiale di preghiera per la pace, lo facciamo proprio in considerazione del Padre.

È infatti in considerazione del Padre che siamo chiamati alla Pace. Bisogna che il primo giorno di ogni anno ce lo ricordi, e rinnovi così in tutta la famiglia umana il desiderio della pace.

Siamo chiamati alla pace con tutta la verità della nascita terrena di Dio. L'Avvenimento di Betlemme è stato legato, una volta per sempre, col messaggio : « Gloria a Dio nel più alto dei cieli e pace in terra agli uomini».

3. Il messaggio di questa Giornata Mondiale della Pace sviluppa la verità che fu cantata sulla mangiatoia di Betlemme.

« La pace, dono di Dio affidato agli uomini », il che vuol dire : La Pace — dono di Dio — dipende dalla buona volontà degli uomini !

In un mondo, in cui gravi minacce continuano a pesare sulla pace malgrado gli sforzi di tante persone per far prevalere una mentalità di pace, l'uomo deve sempre interrogarsi sul senso e sulle condizioni della propria esistenza, sia personale che comunitaria, al fine di creare questa pace, la quale «risulta dal dinamismo delle volontà libere, guidate dalla ragione verso il bene comune da raggiungere nella verità, nella giustizia e nell'amore».[5] Questo ordine razionale e morale che è la pace non può venire che da Dio che dona la creazione all'umanità per metterla al servizio di tutti : da Dio, che è il garante di tutti i diritti umani fondamentali; da Dio, infine, che illumina i cuori e fortifica le volontà. Dio non rifiuta la sua pace : egli la offre agli uomini, la affida agli uomini.

Ma come si è ancora lontani, in molte situazioni, dalla realizzazione completa di questo dono di Dio ! L'assenza di pace in diverse parti del mondo impone ancora maggiormente la convinzione che la

[5] *Messaggio per la Giornata mondiale della pace,* **n. 4:** ***AAS*** **74 (1982), p. 328.**

pace è prima di tutto un dono di Dio e pertanto essa deve essere sempre implorata dalla misericordia divina, con una preghiera incessante e fiduciosa, universale ed unanime.

Rivelando nella notte di Betlemme la Paternità di Dio nei confronti degli uomini, il Figlio di Maria rivelò il dono della pace nella sua stessa sorgente. Con la testimonianza di tutta la vita e con la parola del Vangelo, Egli ha insegnato che gli uomini devono fare di questo dono il bene del loro cuore e il bene della loro storia terrena : « Beati gli operatori di pace, perché saranno chiamati figli di Dio».[6]

La pace — dono di Dio — dipende sulla terra dalla buona volontà degli uomini. Gli uomini di «buona volontà» sono simultaneamente uomini che Egli, Dio, ama.

4. Scrive l'Apostolo : « Dio ha mandato nei nostri cuori lo Spirito del suo Figlio che grida : Abbà, Padre ! Quindi non sei più schiavo, ma figlio; e se figlio, sei anche erede per volontà di Dio».[7]

Nel profondo del cuore umano si svolge una grande lotta : il « figlio » combatte con lo « schiavo ». Questa lotta si svolge contemporaneamente nella storia dell'uomo sulla terra.

L'uomo può diventare « schiavo » in diversi modi. Può essere « schiavo » quando si restringe la sua libertà, quando lo si priva degli oggettivi diritti umani : ma egli può anche diventare schiavo per un abuso della libertà che gli è propria.

L'uomo contemporaneo è minacciato da una « schiavitù » derivante dai prodotti del suo proprio pensiero e dalla sua volontà, prodotti che possono servire all'umanità, ma possono anche essere rivolti contro l'uomo.

Proprio «in questo», come ho scritto nell'Enciclica *Redemptor hominis,* « sembra consistere l'atto principale del dramma dell'esistenza umana contemporanea... L'uomo, pertanto, vive sempre più nella paura. Egli teme che i suoi prodotti, naturalmente non tutti e non nella maggior parte, ma alcuni e proprio quelli che contengono una speciale porzione della sua genialità e della sua iniziativa, possono essere rivolti in modo radicale contro lui stesso ».[8]

[6] *mt* 5, 9.

[7] *Gal* 4, 6-7.

[8] N. 15.

È quanto accadrebbe, in particolare, nell'ipotesi di un conflitto nucleare. Come, infatti, risulta dal documento preparato dalla Pontificia Accademia delle Scienze e presentato da apposite Delegazioni, che ho inviato a quattro Capi di Stato ed al Presidente dell'Assemblea delle Nazioni Unite, «ogni guerra nucleare spargerebbe inevitabilmente la morte, la malattia e la sofferenza in proporzioni e su scala gigantesche e senza che sia possibile un intervento medico efficace». A parte, infatti, la distruzione massiccia di vite umane, «le sofferenze della popolazione sopravvissuta sarebbero completamente senza confronto. Le comunicazioni, l'approvvigionamento alimentare e di acqua sarebbero completamente interrotti. Non si potrebbe, nei primi giorni, avventurarsi fuori dagli edifici per recare soccorsi, senza rischi di radiazioni mortali. La disgregazione sociale dopo un simile attacco sarebbe inimmaginabile ...

L'esposizione a dosi massicce di radiazioni diminuirebbe la resistenza ai batteri ed ai virus, e potrebbe in conseguenza aprire la via ad infezioni diffuse. Le radiazioni agirebbero inoltre su numerosi feti comportando lesioni cerebrali irreversibili e deficienze mentali. Sarebbe inoltre considerevolmente aumentata l'incidenza di numerosi tipi di cancro nei sopravvissuti. Deteriorazioni genetiche verrebbero trasmesse alle generazioni successive nell'ipotesi che ve ne fossero.

Un esame obiettivo della situazione sanitaria che si avrebbe dopo una guerra nucleare conduce ad una sola conclusione : la prevenzione è il nostro unico scampo».

Così, con la sua stessa esistenza, la Chiesa si presenta in mezzo al mondo come una società di uomini riconciliati e pacificati dalla grazia del Cristo, in comunione d'amore e di vita con Dio e con tutti i fratelli, al di sopra di ogni sorta di barriere umane ; essa è già in se stessa — e cerca di divenirlo sempre più in pratica — un dono e un fermento di pace, offerti da Dio all'intera umanità. Certo, i membri della Chiesa sono ben consapevoli di essere troppo spesso peccatori, anche in questo settore; sentono, tuttavia, la grave responsabilità di mettere in opera questo dono della pace. Pertanto, devono anzitutto superare le loro proprie divisioni per incamminarsi senza indugi verso la pienezza dell'unità in Cristo; collaboreranno così con Dio per offrire la sua pace al mondo. Essi devono pure evidentemente unire i propri sforzi con quelli di tutti gli uomini di buona volontà, che operano per la pace nei diversi settori della società e della vita internazionale. La Chiesa desidera che i suoi figli si impegnino, mediante la propria testimonianza e le proprie iniziative, al primo posto tra coloro che preparano e fanno regnare la pace. In pari tempo, essa si rende ben conto che, nella pratica, si tratta di un'opera difficile, la quale esige molta generosità, discernimento e speranza, come una vera sfida.

12. L'ottimismo cristiano, fondato sulla croce gloriosa del Cristo e sull'effusione dello Spirito Santo, non giustifica in realtà alcuna illusione. Per il cristiano, la pace sulla terra è sempre una sfida, a motivo della presenza del peccato nel cuore dell'uomo. Mosso dalla fede e dalla speranza, il cristiano si impegna dunque a promuovere una società

più giusta; lotta contro la fame, la miseria, la malattia; è attento alla sorte dei migranti, dei prigionieri, degli emarginati (cfr. *Mt* 25, 35-36). Ma egli sa che se tutte le iniziative esprimono qualche cosa della misericordia e della perfezione di Dio (cfr. *LG* 6, 36; *Mt* 5/48), esse sono sempre limitate nella loro portata, precarie nei loro risultati, ambigue nella loro ispirazione. Solo Dio, che dà la vita, allorché ricapitolerà tutto nel suo Figlio (cfr. *E f* 1, 10), realizzerà la speranza ardente degli uomini, portando egli stesso a compimento tutto ciò che sarà stato intrapreso nella storia, secondo il suo Spirito, in materia di giustizia e di pace.

Perciò, pur spendendosi con ardore per prevenire la guerra o per porvi termine, il cristiano non si illude né sulla sua capacità di far trionfare la pace, né sulla portata delle iniziative da lui intraprese a questo scopo. Di conseguenza, egli si interessa a tutte le realizzazioni umane in favore della pace, vi prende parte molto spesso, considerandole con realismo ed umiltà. Si potrebbe quasi dire che le «relativizza» doppiamente, mettendole in relazione con la condizione peccatrice dell'uomo e ponendole in rapporto al disegno salvifico di Dio. Anzitutto, il cristiano, non ignorando che disegni di aggressività, di egemonia e di manipolazione degli altri sono latenti nel cuore degli uomini e talvolta, anzi, nutrono segretamente le loro intenzioni, nonostante certe dichiarazioni o manifestazioni di segno pacifista, sa che sulla terra una società umana totalmente e per sempre pacificata è purtroppo un'utopia, e che le ideologie che la riflettono, come se potesse essere facilmente raggiunta, alimentano speranze irrealizzabili, quali che siano le ragioni del loro atteggiamento: visione erronea della condizione umana, mancanza di applicazione nel considerare nel suo insieme il problema, evasione per attenuare la paura, o, in altri, calcolo interessato. Il cristiano è pure persuaso — non fosse altro per averne fatto la dolorosa esperienza — che queste speranze fallaci conducono direttamente alla pseudo-pace dei regimi totalitari. Ma questa considerazione realistica non trattiene affatto i cristiani dal loro impegno per la pace; essa stimola, anzi, il loro ardore, perché sanno che la vittoria di Cristo sulla menzogna, sull'odio e sulla morte, apporta agli uomini pensosi della pace una motivazione ad agire più decisa di quella offerta dalle antropologie più generose e una speranza più fondata di quella che brilla nei sogni più audaci.

È questa la ragione per cui il cristiano, anche quando fortemente si impegna a contrastare ed a prevenire tutte le forme di guerra, non

esita a ricordare, in nome di una elementare esigenza di giustizia, che i popoli hanno il diritto ed anche il dovere di proteggere, con l'uso di mezzi proporzionati, la loro esistenza e la loro libertà contro un ingiusto aggressore (cfr. Cost. *Gaudium et spes,* n. 79). Tuttavia, tenuto conto della differenza, per così dire, di natura, tra le guerre classiche e le guerre nucleari o batteriologiche, tenuto conto anche dello scandalo della corsa agli armamenti di fronte alle necessità del Terzo Mondo, questo diritto, ben fondato nel suo principio, non fa che sottolineare per la società mondiale l'urgenza di darsi dei mezzi efficaci di negoziato. Così il terrore nucleare, che invade il nostro tempo, può spingere gli uomini ad arricchire il loro comune patrimonio di questa scoperta assai semplice che è alla loro portata, e cioè che la guerra è il mezzo più barbaro e più inefficace per risolvere i conflitti. Oggi più che mai, dunque, la società umana è costretta a dotarsi degli strumenti di contrattazione e di dialogo, di cui ha bisogno per sopravvivere e, dunque, delle istituzioni indispensabili per la costruzione della giustizia e della pace.

Possa essa, altresì, prendere coscienza che questa opera sorpassa le forze umane !

13. Nel corso di questo Messaggio, ho fatto appello alla responsabilità degli uomini di buona volontà e, specialmente, dei cristiani, poiché Dio ha affidato la pace agli uomini. Con il realismo e la speranza che la fede permette, ho voluto attirare l'attenzione dei cittadini e dei governanti su un certo numero di realizzazioni e di atteggiamenti, già possibili e capaci di edificare saldamente la pace. Ma, al di là o piuttosto all'interno stesso di questa necessaria azione che potrebbe sembrare dipendere innanzitutto dagli uomini, la pace è prima di tutto un dono di Dio — non bisogna mai dimenticarlo — e deve essere sempre implorata dalla sua misericordia.

Una tale convinzione sembra aver animato gli uomini di tutte le civiltà, che hanno messo la pace al primo posto nelle loro preghiere. Se ne trova l'espressione in tutte le religioni. Quanti uomini, facendo l'esperienza delle lotte omicide e dei campi di concentramento, quante donne e quanti bambini in difficoltà a causa delle guerre, si sono rivolti prima di noi al Dio della pace ! Oggi che le minacce attingono una gravità del tutto particolare per la loro estensione e il loro carattere radicale, oggi che le difficoltà per costruire la pace si complicano in una maniera nuova, spesso inestricabile, molte persone, anche quel-

le aventi poca familiarità con la preghiera, possono ritrovarne spontaneamente il sentiero. Sì, il nostro avvenire è nelle mani di Dio, che solo dona la vera pace. E quando i cuori umani progettano sinceramente azioni di pace, è ancora la grazia di Dio che ispira e fortifica i loro sentimenti. Tutti sono invitati a ripetere in tal senso la preghiera di S. Francesco d'Assisi, di cui stiamo celebrando l'ottavo centenario della nascita : Signore, fa' di noi degli artefici di pace ; là dove domina l'odio, che noi annunciamo l'amore; là dove ferisce l'offesa, che noi offriamo il perdono, là dove infierisce la discordia, che noi costruiamo la pace.

I cristiani, da parte loro, amano implorare la pace, facendo salire sulle loro labbra la preghiera di tanti Salmi punteggiati da suppliche di pace e ripetuti con l'amore universale di Gesù. È qui un punto già comune e molto profondo in tutti i passi ecumenici. Gli altri credenti di tutto il mondo attendono anch'essi dall'Onnipotente il dono della pace e, più o meno coscientemente, molti altri uomini di buona volontà sono pronti a fare la medesima preghiera nel segreto del loro cuore. Possa una supplica fervente salire così verso Dio dai quattro angoli della terra ! Sarà già una magnifica unanimità sul sentiero della pace. E come dubitare che Dio non esaudisca questo grido dei suoi figli : ((Signore, donaci la pace ! Donaci la tua pace ! ».

Dal Vaticano, l'8 Dicembre dell'anno 1981.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 10 Decembris 1981. — Cathedrali Ecclesiae Cremensi Exc.mum P. D. Liberum Tresoldi, hactenus Episcopum titularem Altinensem.

die 15 decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Cerbalitanae R. P. Caesarem Raval, e Societate Verbi Divini, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Odilonis Etspueler, Episcopi Praelati Banguedensis.

die 7 Ianuarii 1982. — Cathedrali Ecclesiae Patavinae Exc.mum P. D. Philippum Franceschi, hactenus Archiepiscopum Ferrariensem et Episcopum Comaclensem, eidem servans archiepiscopalem dignitatem seu titulum ad personam.

die 9 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Orurensi Exc.mum P. D. Iulium Terrazas Sandoval, CSSR., hactenus Episcopum titularem Apisanensem et Auxiliarem Archiepiscopi Pacensis in Bolivia.

die 12 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Novae Segobiae Exc.mum P. D. Iosephum Sánchez, hactenus Episcopum Lucenensem.

die li{ Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Machalensi R. D. Nestorem Raphaelem Herrera Heredia, hactenus ab actis adiunctum Conferentiae Episcopalis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gummitanae in Proconsolari R. D. Victorem Corral Mantilla, hactenus Vicarium Generalem dioecesis Latacungensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Leonidae Proafio Villalba, Episcopi Rivibambensis.

die 22 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Birminghamiensi R. D. Màuritium Natalem Leonem Couve de Murville, e clero dioecesis Arundelliensis-Brichtelmestuensis.

die 4 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Passofundensi Exc.mum P. D. Urbanum Iosephum Allgayer, hactenus Episcopum titularem Tunnenensem et Auxiliarem archidioecesis Portalegrensis in Brasilia.

die 9 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Campecorensi R. D. Hectorem González Martínez, rectorem seminarii maioris archidioecesis Durangensis.

die 10 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Uzitensi R. D. Volfgangum Weider, Canonicum Capituli Cathedralis Berolinensis dioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioachimi Meisner, Episcopi Berolinensis.

die 12 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Rapotensi R. D. Iacobum Hegarty, e clero eiusdem dioecesis, vicarium paroecialem in oppido vulgo Stranorlar.

— Cathedrali Ecclesiae Portugallensi Exc.mum P. D. Iulium Tavares Rebimbas, hactenus Episcopum Vianensem Castelli.

die 15 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tusuritanae R. P. Paulum Lanneau, parochum — decanum paroeciae vulgo Schaerbeek, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Godefridi Danneels, Archiepiscopi Mechliniensis-Bruxellensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sancti Secundini in Dominica R. P. Lucam De Hovre, Provincialem Societatis Iesu, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Godefridi Danneels, Archiepiscopi Mechliniensis-Bruxellensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Unizibirensi R. P. Remigium Victorem Vancottem, e clero archidioecesis Mechliniensis-Bruxellensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Godefridi Danneels, Archiepiscopi Mechliniensis-Bruxellensis.

die 20 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tamascaniensi R. P. Georgium Dabrowski, e clero archidioecesis Gnesnensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Glemp, Archiepiscopi Gnesnensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gemellensi in Byzacena R. D. Ioannem Nowak, Moderatorem Seminarii Maioris Gnesnensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Glemp, Archiepiscopi Gnesnensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Siccensi R. D. Casimirum Romaniuk, Moderatorem Seminarii Maioris Varsaviensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Glemp, Archiepiscopi Varsaviensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis a Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus latis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis Sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 29 Decembris 1980. — Metropolitanae Ecclesiae Philadelphiensi Ucrainorum R. D. Stephanum Sulyk, hactenus parochum in Perth Amboy.

— Cathedrali Ecclesiae S. Nicolai Chicagien. Ucrainorum R. P. Innocentem Hilarionem Lotocky ex Ordine Basiliano Sancti Iosaphat.

die 3 Augusti 1981. — Titulari episcopali Ecclesiae Agathopolitanae R. D. Robertum Moskal, hactenus Cancellarium Eparchiae metropolitanae Philadelphiensis Ucrainorum, quem deputavit Auxiliarem Archiepiscopi Metropolitae Philadelphiensis Ucrainorum.

die 26 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquensi in Proconsulari R. D. Selim Sayegh, hactenus Seminarii Latini Hierosolymitani rectorem, quem deputavit Auxiliarem Patriarchae Latini Hierosolymitani.

die 3 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Vannaisensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Thomam V. Dolinay, hactenus Episcopum titulo Thyatirenum et Auxiliarem Eparchae Passaicensis.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

LARANTUKANAE-KUPANGENSIS

DECRETUM

De mutatione finium.

Quo efficacius animarum curae provideretur, preces ad liane Sacram Congregationem porrectae sunt ut insulae vulgo Alor et Pantor dioecesi Kupangensi adscriberentur.

Itaque, sacrum hoc Consilium Christiano Nomini propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Pauli Puente, Archiepiscopi titulo Macrensis in Mauretania atque Apostolici Pro-Nuntii in Indonesia, consensu Exc.morum Ordinariorum prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia PP. II concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re, idem Sacrum Dicasterium praesenti decreto statuit ut insulae supradictae Alor et Pantor, usque adhuc ad dioecesim Larantukanam pertinentes, ab ipsa separentur atque dioecesi Kupangensi uniantur, in perpetuum, iuxta petita.

Ad haec ibi perficienda Exc.mus Apostolicus Pro-Nuntius curet vel ab eo delegatus Archiepiscopus Metropolita Endehenus; qui autem negotium effecerit sueta documenta exaret ad Sacramque hanc Congregationem mittat, de more signata sigilloque impressa.

Contrariis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli, die vicesima quinta mensis Ianuarii anno Domini **MCMLXXII.**

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. * S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

ROMANA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Ursulae Ledochowska, Fundatricis Sororum Ursulinarum a SS. Corde Iesu Agonizantis.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

Iuxta doctrinam Concilii Vaticani II: « Inde ab exordiis Ecclesiae fuerunt viri ac mulieres, qui per praxim consiliorum evangelicorum Christum maiore cum libertate sequi pressiusque imitari intenderunt et suo quisque modo vitam Deo dicatam duxerunt, e quibus multi, Spiritu Sancto afflante, vel vitam solitariam degerunt vel familias religiosas suscitaverunt, quas Ecclesia sua auctoritate suscepit et adprobavit. Unde e consilio divino mirabilis varietas coetuum religiosorum succrevit, quae valde contulit, ut Ecclesia, non solum ad omne opus bonum instructa (cfr. *2 Tim* 3, .17) et ad opus ministerii in aedificationem Corporis Christi (cfr. *Eph* 4, 12) parata sit, sed etiam variis donis filiorum suorum decorata appareat sicut sponsa ornata viro suo (cfr. *Apoc* 21, 2) et per eam innotescat multiformis sapientia Dei (cfr. *Eph* 3, 10) » *(Perfectae Caritatis,* n. 1).

In clarissimis religiosorum Institutorum conditricibus, quas hac nostra aetate Divina Providentia suscitavit, Mater Ursula Ledochowska est ponenda, Fundatrix Congregationis Sororum a Sacro Corde Iesu Agonizantis.

Insignis haec Famula Dei in oppido *Loosdorf,* in Austria, nata est die 17 mensis Aprilis anno 1865, e secundis nuptiis comitis Polonici Antonii Ledóchowski cum comitissa Helvetica Iosepha Salis-Zizers, soror minor natu Servae Dei Mariae Teresiae, Fundatricis Sodalicii S. Petri Claver, a Summo Pontifice Paulo VI die 19 mensis Octobris anno 1975 in beatorum numerum relatae; et est postridie eius diei baptizata, nominibus Iulia Maria acceptis.

Anno 1874 familia Ledóchowski commigravit in locum vulgo *St. Pölten* appellatum, ubi Ursula scholas frequentavit in paedagogio Instituti Beatae Mariae Virginis a Serva Dei Maria Ward fundati. Anno 1883 est familiam secuta ad urbem Lipnica Murowana in dioecesi Tarnoviensi positam.

Tenero praedita animo erga alienas necessitates, enixe operam dedit pro familia sua, matrem adiuvando in ceteris filiis et filiabus natu minoribus educandis, et patrem in fundis administrandis; ac apostolica mota caritate genti in iis finibus commoranti, quoad corpora et animos egenae, auxilio fuit.

Divinae obtemperans vocationi anno 1886 vitam suam Deo dicatam iniit in domo Ursulinarum Cracoviensium.

Eodem ac S. Angela Merici spiritu imbuta, vitam e veritate christiana aestimans, Mater Ursula animadvertit quae protinus opus essent puellis incipientibus Universitatem studiorum procul a familiis suis frequentare. Pro his igitur anno 1906 primum in Polonia aperuit convictum universitarium a religiosis sororibus rectum; optimos delegit theologos, qui sibi opitularentur ad puellas excolendas earum eruditionem temperando cum doctrina fidei altius perspecta.

Cum autem structurae sociales et oeconomicae illius populi mutarentur, Serva Dei intellexit necesse esse religiosas apostolicam necessitudinem habere cum populo, ideoque Antistitibus aliarum domorum sui iuris Ursulinarum Polonicarum adiuvantibus Constitutiones aptavit temporum necessitatibus; quarum adprobationem a Sancta Sede anno 1907 recepit.

Eodem anno Petroburgum se contulit, alium convictum pro puellis catholicis ibi rectura : quod quidem eo factum est, quia semper ad voluntatem divinam parata erat et ad animarum bonum.

Septem annos, etsi diffidentiae, inimicitiae, vexationes obstabant, Famula Dei serena perrexit officium educandi et apostolicum laborem ratione etiam oecumenica inter Protestantes in Finnia, continenter animosa et fiduciae plena; namque Deo duce nitebatur.

In exilium pulsa, anno 1914, hoc sequens quod semper in ore habebat: ((Sicut Deus vult», in Sueciam venit, unde non desiit crebris epistulis, cum oratione coniunctis, sororibus religiosis moderari quae in Russia manserant.

Rerum novarum bene conscia — tunc bellum saeviebat — Summo Pontifici Benedicto XV oboedire conata est, hortanti omnes homines bonae voluntatis ut sortem levarent, prout quisque posset, dolentium.

Linguas didicit illarum gentium, pluries se laboriosis itineribus commisit per totam paeninsulam Scandinavam multasque habuit allocutiones et multa suscitavit consilia auxiliis ferendis. In hoc caritatis opere, quod una cum aliis diversarum religionum asseclis gessit, fidem catholicam testificata est et suum alieni boni summum amorem.

Postquam in Poloniam reversa est anno 1920 cum quadraginta sororibus religiosis, quae per exilium in Russia erant religionem amplexae, ei considerandae fuerunt communes illius nationis recenter in libertatem vindicatae difficultates, novaque vitam religiosam digerendi ratio in Ordine S. Ursulae, nempe unio conventuum qui ad id tempus plene independentes et autonomi erant.

Cum res sic se haberent, Dei Famula, e primitiva mente Sanctae Angelae solita haurire, perspexit quae suae essent partes : ut profecto cum communitate sua domus sui iuris per tempus exilii constitutae Petroburgi, pauperibus et egenis maxime indigentibus serviret.

Supernaturali prudentia ducta in his sicut in aliis quaestionibus maioris momenti usa est consilio Superiorum ecclesiasticorum antequam aliquid decerneret.

Ab Achille Ratti, qui tunc Nuntius Apostolicus in Polonia erat et futurus Pontifex Pius XI, his verbis incitata : « In via ab ipsa Providentia significata perseverate», Sancta Sede consentiente, anno 1920 domum suam sui iuris in Congregationem convertit, quae anno 1930 definitive est adprobata.

Magnanima, mente alacris et actione, cum est celebrata « Cruciata Eucharistica», quam ipsa in Poloniam induxerat, plus 200.000 pueros congregavit; cum Religiosis suae Congregationis, celeriter auctae, catechesi tradendae in scholis publicis se dedidit et apostolico labori ad fines Poloniae et in suburbanis magnarum urbium ; catechistas et educatrices laicas praeparavit; Sorores docuit operam suam duram in spiritu orationis et paenitentiae exsequi cum persona Christi Salvatoris mundi coniunctas.

Haec Famula Dei, servitio Ecclesiae suam religiosam familiam addicendo et inter pauperes atque egenos mittendo, suas Religiosas abhinc quadraginta annos immisit in vias postea per Concilium Vaticanum confirmatas.

Cum in indefatigata industria vixisset pro bono Ecclesiae et dolentis humani generis, die 29 mensis Maii, anno 1939, mortem obiit Romae, ubi etiamnum est eius sepulcrum.

Ob varias claras et christianas virtutes Mater Ursula etiam viva

floruit fama sanctitatis, quae post eius mortem amplius diffusa est; qua re, altero totius mundi bello confecto, instrui coepti sunt Processus ordinarii informativi super eius sanctitatis fama, super virtutibus et miris eius intercessioni tributis. Qui Processus habiti sunt annis 1949-1957 in Vicariatu Urbis et in dioecesibus Cracoviensi et Vivariensi.

Decreta super multis Famulae Dei scriptis edita sunt die 12 mensis Iulii anno 1966 et die 8 mensis Maii anno 1981. Servatis igitur de iure servandis, instante Rev.do P. Paulo Molinari, S. I., huius Causae legitimo ac sollertissimo Postulatore, die 14 mensis Iulii anno 1981 factus est Congressus Peculiaris super Causae Introductione.

Facta de hisce omnibus, die 15 mensis Octobris anno 1981, Summo Pontifici Ioanni Paulo II relatione, Sanctitas Sua — concessa dispensatione a celebranda Congregatione Particulari Patrum Cardinalium — *Causam Servae Dei Ursulae LedóchowsJca, fundatricis Sororum Ursulinarum a SS. Corde Iesu Agonizantis, esse introducendam edixit.*

Datum Romae, die 15 Octobris a. D. 1981.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. *B* S.

Traianus Crisan, *Subsecretarius*

H

NULLIUS SS. VINCENTII ET ANASTASII AD AQUAS SALVIAS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Galilaei Nicolini, Novitii Congregationis SS. Crucis et Passionis D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

<(Eximium donum supremaque probatio caritatis aestimatur » martyrium, iuxta Concilium Vaticanum II, a multis Christo coram mundo exhibitum, quod omnes christiani imitari monentur, Christum confitentes «in via Crucis» *(Lumen Gentium,* n. 42), ita testimonium fidei reddentes. Ad quod testimonium et laici sua actuositate et vitae sancti-

monia, at praesertim clerici religiosique peculiari ratione, etiam inter mundi persecutiones, novo quodam martyrii genere, obligantur, immo ipsi pueri, qui ((sunt veri testes viventes Christi inter socios » *(Apostolicam actuositatem,* n. 12). Unica ergo est evangelica testificatio, bifariam fidem professa, sanguine nempe vel vitae sanctitate in Ecclesia publicum cultum pariter merita. Cum vero plurimi adolescentes, immo et pueri, Spiritu Sancto moti, sanguine suo fidei per saecula testimonium reddiderint, dubitandum non videtur quin etiam per vitae sanctimoniam testimonium, Dei Spiritu acti, pariter perpetuo in Ecclesia ipsi sint reddituri, et similem coronam in caelis et in Ecclesia peregrinante emerituri.

Id ipsa recens catholicae Ecclesiae historia videtur clare confirmare, ut etiam in casu Servi Dei Galilaei Mcolini, non tantum pro biennio apud Passionistas transacto, sed etiam pro aliquibus saltem annis quos apud suos vixit.

Natus enim Dei Servus Capranicae, intra Sutrinae dioeceseos fines, die 17 Iunii anno 1882, baptizatus vero nomine Galilaei Dominici ad fontem paroecialis ecclesiae S. Ioannis Evangelistae die 21 eiusdem mensis, ab optima matre, Loreta Lucciola, pie, suaviter fortiterque educatus, mire eam adiuvante Amabili Mcolini, patrueli (quae etiam «angelica» vocabatur ob suos mores), a patre Aloisio, negotiis incumbente, religiosis praeceptoribus erudiendus datus est, donec propter civicam obligationem, per annum 1890-1891, publicam scholam frequentare debuit, praemio donatus.

A prima aetate, in ipsa schola materna, Dei cognitionem se sitire parvulus aiebat, exemplo condiscipulis factus, iamque vivido ingenio et pietate obedientiaque eminens. Magis etiam in virtutibus litterisque profecit, cum per plures annos P. Pacifici Paolozzi, O.F.M. Conv., alumnus fuit, omnibus amabilis, scholae assiduus, in disciplina servanda et obtinenda magistri adiutor, prudentia, etiam in negotiis domus curandis, excellens; caritate in proximum, praesertim in pauperibus sublevandis et in parcendo iniuriosis, aequalibus longe praestans.

Undecim annos natus, biennio studiis 4 annorum perfectis, publicum Viterbii in Regio Gymnasio secundi cursus periculum cum fructu fecit, virili animo multorum spretis irrisionibus et minationibus.

Quam fortitudinem, ut verus miles Christi, qui in Confirmatione die 1 Septembris anno 1888 sacratus erat, multipliciter exercuit, impavidus puer et adolescentulus, etiam in defendenda catholica religione

contra irreligiosos et impios, non tantum aequales, sed etiam adultos et eruditos cives. Ardentem praeterea catecheseos se praebuit apostolum, condiscipulos trahens verbo et exemplo ad religiosa et moralia officia implenda et christianam doctrinam discendam ac penetrandam.

Suetus vero a tenerrima aetate Deum quaerere, crescens sapientia et gratia, fundendis precibus, sacris ritibus piissime frequentandis et altari angelico aspectu ministrando, Dei verbo audiendo et scrutando et propagando, longis adorationibus coram SS. Sacramento, pietatis fervidis actibus in B. Virginem et Sanctos, praesertim in iuniores sanctos, domesticis officiis implendis, constanter, fidenter, laetoque animo, perfectiora semper persequendo, totum se dedidit, familiae et civibus consolatio, stimulus, spesque viriliter effectus.

In eo verum claro perfectionis adipiscendae opere, Servus Dei usus est, magno cum virtutum progressu, rectore et ab anno saltem aetatis nono conscientiae moderatore, religioso viro P. Bonaventura Ahern, O.F.M., qui magis in dies Sancti Spiritus tam copiosa et eximia in fidelem discipulum dona una cum populo Capranicensi mirabatur.

Paenitentiae sacramento quod sexennis frequentare coeperat, tam fructuose fruitus semper est, ut tandem nullum plene voluntarium peccatum, ne leve quidem, se admisisse reminisceretur.

A prima aetate legere, et sibi et sociis, sueverat acta missionariorum eorumque spiritu inflammari, at ab eo percelli intimius se sensit, dum Passionistae mense Februario a. 1894 popularem missionem Oapranicae praedicaverunt. Petiit statim fere eorum numero adscribi, sed propter tenuiorem aetatem admissus inter Passionistarum alumnos non est. Factis deinde Romae gymnasii periculis, at iniuste tractatus, fìrmissimo et piissimo animo per decem dies in recessu Passionistarum ad Vetrallam spiritualibus exercitiis cum vacasset, religiosis mirantibus, primo est Eucharistia refectus (die 26 Augusti a. 1894), quasi angelus testibus visus et intima claraque voce a Deo appellatus, ut S. Pauli a Cruce discipulus fieret.

Ad Dei vero vocem sequendam graves et ter arduas expertus est adversitates, quas heroico spiritu tantum superare valuit, et dono Spiritus Sancti, Pompeianae Virginis intercessione invocata, multiplicatis precibus, ieiuniis, aliisque gravibus paenitentiis. Nam per tres menses pater eum alioqui recusavit, matre fíente, at avúnculo astutias, promissiones, minationes cumulante, ipsisque bonis consiliariis ad alia religiosa instituta adolescentium alucientibus.

At ille, amore sanctae austeritatis et missionis Christique Passio-

nis, omnes difficultates triumphavit et summo cum iubilo apud Arcem Papalem Passionistarum ingressus est gymnasium (mense Martio a. 1895), quod, si iam quodammodo novitiatui ob virtutum et ascesis exercitium simile videbatur, exemplis Servi Dei stimulatum, tum verus fervensque novitiatus apparuit. Ibi et in litterarum studio et in virtutibus brevi ita profecit, ut exemplo omnibus haberetur. Profecto iugi cum Deo coniunctionis et orationis dono ditatus fulgebat, atque corporis sensuumque castigatione, obedientia, humilitate, mansuetudine, perenni laetitia cum eutrapelia, suetus maestos consolari condiscipulos eosque fraterne corrigere et eis animum addere, veniam dare et excusare ac beneficia rependere molestis, simplex, rectus, omnem ostentationem detestans, pacem spirans, Paradisum anhelans, in Christi Passionem et eius eucharisticam renovationem atque in B.M.V. Compassionem, in corde eius et in corde Christi recogitatam, piissimus, quasi exstaticus SS. Sacramentum adorans et recepta S. Communione interdum visus, denique vocationis suae perfectionis studiosissimus, strenua, qua praeditus erat, voluntate et copiosis gratiae donis, sanctitatem aggressus.

Voti tandem, ante aetatem, compos factus, die 25 Aprilis anni 1896 novitiatum est ingressus in recessu prope Lucam, Ponte a Moriano, Sanctum, tunc venerabilem, Gabrielem a Virgine Perdolente aemulaturus, cuius nomen in vestitione (die 11 Maii a. 1896) suscepit, addito titulo a Nostra Domina Sacri Cordis, sibi carissimo. Ibi, non mitigatam S. Pauli a Cruce regulam, austeramque laetamque, *in spiritu et veritate*, ex corde exsecutus est, duce ac magistro P. Nazareno a V. Immaculata (Santolini), olim Almi Collegii Capranicensis alumno, in Pontificia Universitate Gregoriana philosophiae laurea et theologiae licentia insignito. Qui vir, sapientissimus et prudentissimus statim, post primas probationes, animadvertit thesauros caelestis gratiae in animo Galilaei reconditos, quos sagaciter multiplicare sategit, optimo quidem cum sanctitatis fructu, ut ipse testatus est, condiscipulis confirman tibus. ((Potius mori quam peccatum, vel levissimum, committere)) fuit Servi Dei tenax propositum, et verticem attingere <(puri amoris », qui parva etiam in magnum vertit caritatis pretium. Exempla continua, magnanima, praeclara, exinde, humilitatis, regularis observantiae, quae tunc vere ardua erat, praesertim pro eius aetate et valetudine atque rapidissimo corporis auctu, obedientiae interdum in actibus a sensibus valde abhorrentibus, semperque laetae alacrisque, evangelicae paupertatis, sensuum refrenationis, spiritus recollectionis et elevationis in Deum, fraternae dilectionis, etiam per veniam et correctionem omnige-

numque adiutorium, pietatis monasticae eius congregationis propriae, omnium denique virtutum, Spiritu Sancto afflante in schola S. Pauli a Cruce, ad apicem perfectionis, sive interioris sive exterioris, felicem novitium per viam Crucis adduxerunt.

Cuius perfectionis novae maximaeque probationes patuerunt cum, extremo morbo vehementer excruciatus, qui die 27 Februarii a. 1897 repente erupit, Dei Servus versus *puri amoris* condidit vixitque, ita ut eius cellam appetere solerent sodales quasi scholam virtutum. Id eo magis innotuit cum in recessum Praesentationis B.M.V, in Monte Argentario translatus die 30 Aprilis anni 1897 reficiendae valetudinis spe, matrem consolatus proxima Paradisi possessione, Dei voluntati, ut eius erat mos, totus fìsus, patientissime morbi cruciatibus toleratis, sacramentis infirmorum festo animo receptis, cum exclamasset «quam pulchrum est ita mori », privatim votis congregationis nuncupatis, petiit in extremis candelas accendi ante imaginem B.M.V., ut *maiore sollemnitate in Paradisum iret,* et emisit spiritum, die 13 Maii anno 1897.

Manet nunc potens Servi Dei monitum de domesticis virtutibus colendis usque ad earum fastigium, de vocatione divina sequenda contra omnes mundi insidias usque ad mortem in spiritu fundatorum, de iuventa sanctificanda per fidem et opera, adversus mundi rectores tenebrarum harum (cfr. *Eph* 6, 12), de testimonio Christo reddendo iam a prima aetate, per martyrium perfectionis in quotidiana via Crucis.

Inopinato frequens populus S. Stephani Portus eius funera honestavit, quae larga gratiarum fama, immo et assertorum miraculorum excepit. Qua crescente, ordinarii processus super fama sanctitatis, super scriptis et «de non cultu» instructi sunt, in Curiis ecclesiasticis Romana, Sutrina, Lucensi et Aquipendiensi (aa. 1924-1926). Decreto deinde de scriptis edito (die 17 Iunii a. 1930) et Causa rite introducta (die 18 Iulii a. 1934), apostolici sunt conditi processus in Curiis Viterbiènsi (aá. 1935-1937), Sutrina et Lucensi (aa. 1936-1937). Agnita autem omnium processuum validitate anno 1942, antepraeparatorius S. tunc Rituum Congregationis coetus super virtutibus Servi Dei die 18 Novembris a. 1952 est celebratus ; et die 4 Iunii a. 1957 praeparatorius ; et ex Audientia Summi Pontificis diei 21 Iunii a. 1957 novus praeparatorius coetus edictus est, « quo plenius undequaque evinceretur verus itemque fulgens virtutum heroicus gradus». De quo gradu disceptatum est denique, die 28 Ianuarii anno hoc 1981, in Congressu Peculiari Patrum Consultorum et Officialium Praelatorum S. Congregationis pro Causis Sanctorum interea institutae et, die 7 Aprilis eodem anno, in Congrega-

tione Plenaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore, Rev.mo Cardinali Pericle Felici.

De hisce omnibus certior factus die 5 Maii eiusdem anni, Ioannes Paulus II responsum Sacrae Congregationis favens heroicitati virtutum Servi Dei ratum habuit mandavitque ut eadem super re Decretum rite appararetur.

Quod cum esset factum, hodierna die ad Se arcessivit Cardinales infrascriptum Praefectum et Periclem Felici, Causae ponentem seu relatorem, necnon ceteros de more convocandos, iisque astantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon ole virtutibus cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Galilaei Nicolini, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris neri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 27 Novembris a. D. 1981.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

Ii. & S.

Traianus Crisan, *Subsecretarius*

III

TAURINEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Aloisii Balbiano, Sacerdotis saecularis, Vicarii cooperatoris loci « Avigliana ».

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((O felix pro hominibus sors, quando bonum Deus inter illos exsuscitat sacerdotem, cuius spectabilis pietas spectaculum est angelis et hominibus. Illi Evangelium iugiter prae oculis habent, cui servando non ratiociniis vel verbis, sed operibus trahuntur ». Quae quodam in sermone Aloisius Balbiano protulit, eius ad vivum exhibent imaginem. Humilis enim Avaglianensis vicarius cooperator, nihil per diutinum an-

norum decursum antiquius habuit quam ut Evangelium sua ipsius vita, et praesertim per incensissimae caritatis et iugis orationis studium in humilitate annuntiaret. ((Plastico)) quodam modo vere in eo dici potest «sacerdos qui — iuxta Ioannis Pauli Pp. II, in Epistula data die 8 Aprilis anno 1979, verba — conscius est plenae significationis proprii sacerdotii : sacerdos qui radicitus credit, qui fidem fortiter profitetur, qui vehementer precatur, qui persuasa sibi omnino docet, qui famulatur, qui Beatitudinum principia in vita propria implet, qui cum suae utilitatis contemptione diligere scit, qui omnibus proximus adest, praesertim egenis» *(AAS* 71 [1979], 404). His nostris temporibus quibus adeo studiose quid sit natura sua presbyter inquiritur, Aloisius Balbiano germanam ministri Dei « identitatem », ut dicitur, profert, suis exemplis et precationibus sacerdotibus omnibus auxilium praebens ut ipsi ad perfectae caritatis verticem iuxta suam in Christo et Ecclesia vocationem perveniant.

Ioannes Aloisius Balbiano in oppido vulgo *Volverá,* intra fines archidioecesis Taurinensis, parentibus Gaspare et Teresia Sclaverano, vita christiana insignibus, die 25 Augusti a. 1812 natus et per baptisma regeneratus est. Pie a matre ad fidem in oratione et caritate sectandam institutus, ludimagistros Yol verae presbyteros virtute praeclaros habuit, qui prima Latinae linguae elementa ei tradiderunt. Sacra Confirmatione anno 1822 in loco v. *Airasca* roboratus, seminarium dioecesanum in loco v. *Bra* ingressus est, ibique in philosophiam addiscendam incubuit. Anno 1832 Seminario theologico Cherensi adscriptus est, a quo mense Martio a. 1834 discessit, studia theologica Volverae et Avaglianae, sacram doctrinam praeclaris locorum presbyteris tradentibus, perfectius. Diaconatu mense Maio anno 1836 suscepto, die 20 Maii a. 1837 Augustae Taurinorum ab Aloisio Fransoni, archiepiscopo, ad presbyteratum promotus est.

Anno ab ordinatione transacto, vicarius cooperator paroeciae Avaglianensis a Sancta Maria renuntiatus est, quo in munere, officio parochi a. 1871 sibi oblato haud accepto, ad mortem usque, apostolicae vitae formam in normam secutus, perseveravit. In infirmos solandos, in pueros catechesi erudiendos, in sacras virorum praesertim confessiones audiendas persedulus incubuit, et sibi pauper, pauperibus autem dives, quod misero alimento aliisque suis necessitatibus detrahebat, egenioribus Christi membris erogabat, suavi vultus risu liberalitatem suam et miros paenitentiae actus celans. Sui prorsus oblitus, Deo et fratribus vixit, dignus qui illi accenseatur sanctorum sacerdotum agmini, qui

saeculo XIX ecclesiam Taurinensem illustrarunt. Non ea abs dubio illustria facinora publice patravit, quae suo tempore Ioannes Bosco, Iosephus Cafasso, Iosephus Benedictus Cottolengo, Leonardus Murialdo cum tanto plebis Dei emolumento peregerunt. At humillimo in loco sibi a Providentia destinato, sicut sancti illi «exemplum exstitit fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate» (cfr. *1 Tim* 4, 12). In omnibus laborans, ministerium implevit (cfr. *Tim* 4, 5), omni cura contendens ut Christum eiusque Ecclesiam per se et in se mundo manifestaret. Peculiari nota bonitatis in omnes insignis, annis, meritis, caelestibus charismatibus clarus, Viatico et Infirmorum Unctione piissime susceptis, mente et spiritu in Deum per iugem orationem intentus, precatione « Angelus Domini » meridiana recitata, ex pulmonum dira affectione, die 22 Martii a. 1884 sanctorum morte de hoc mundo migravit ad Patrem.

Fama sanctitatis vitae eius verbis comprehenditur quibus eius memoriam Dominicus Varrone, Avaglianensis Parochus et per decem et quatuor annorum cursum eius familiaris et testis virtutum, scripto in sepulchrali Servi Dei lapide consignatam voluit, Aloisium Balbiano hominem nuncupando ((eximiarum virtutum ... humilitatis, puritatis, paupertatis et castitatis exemplar », veram Vicarii sui imaginem praebendo.

Si etenim ii qui Dei Famulum agnoverunt cum eoque diu conversati sunt, eius extollunt evangelicam paupertatem qua, universa in omnium ope destitutorum bonum generose impendebat, ita ut vel ipsis necessariis vestibus et alimentis saepius careret, acute etiam animadvertunt Aloisium Balbiano «vere pauperem spiritu» fuisse, ita ut humilitas eius nota characteristica proponatur. Vere amabat « nesciri et pro nihilo reputari» *(De Imitatione Christi,* I, 2, 3). Humiliora etenim sibi exsequenda expetebat officia, aliis in abscondito auxiliatricem operam libenter praebebat, de prosperis illorum successibus gaudebat, tunc vere felix cum, sodalium meritis laudatis, ipsemet ex aliena memoria excidebat. Inde eximia erga superiores oboedientia, cotidiano totius vitae obsequio et servitio, difficilioribus etiam in circumstantiis, probata; inde indeficiens patientia qua iniustas persaepe parochi vel publicas obiurgationes suavissime audiebat et tolerabat, reprehensionibus aucta in superiorem veneratione respondendo ; inde mirae animi tranquillitas et serenitas, quibus cunctis vitae temporibus sibi aequalis, nunquam indignari vel irritari visus est.

Pax autem, qua veluti sancta contagione universos sibi obvios mire donabat, ex incensissimae caritatis fonte profluebat, qua adeo cum Deo

coniunctus iugiter vixit. Hoc perspectum habuerunt fideles cum Dei Famulum sacra facientem vel orationi in templo, domi, per vias sine palam lassitudine intentum contemplaban tur. Eius in Sanctissimum Sacramentum ardor maxime cum Eucharistiam celebraret manifestabatur, et tali quidem ratione, ut fideles illum in exstasim raptum censerent. Ml mirum si illo fervore intime allectus, « ita loqueretur et ambularet ac si Dominum visibiliter semper conspiceret ». Haud frustra Dei Famulus sibi persuasum habebat : « Sacerdotem, licet nihil aliud faceret quam oraret, abs dubio in salutem multorum fratrum constitutum censendum esse ». Deiparae, quam ceu filius impense dilexit, Rosarium iugiter prae manibus tenens, per illud ad historiam salutis cum Maria contemplandam trahebatur, amore inde allectus ad paschale mortis et resurrectionis Domini mysterium actuose participandum. Item in dies ad illam laete exprimendam sacerdotalem castitatem alliciebatur, quam diligentissime ob Christi unius Dilecti amorem custodivit et aluit, foecundam altricem sanctae apostolicae donationis. Cum etenim in quolibet homine Christum videret, necessitate quadam ex intimo compulsus ad Salvatorem in proximis diligendum eisque serviendum trahebatur, quod non solum iucunda opum pauperibus erogatione, sed praesertim indefatigabili ministerio pastorali praestitit. Ad finem usque, aetate ingravescente spreta, honori habuit sacram doctrinam pueros edocere, per multas horas hieme et aestate homines cum Deo in sacra confessione reconciliare, longa etiam itinera pedibus facere ut fidei solamen infirmis et mortis proximis deferret. Temporis et valetudinis numquam rationem habuit cum de fratribus sublevandis ageretur, opere demonstrans ad se iam non pertinere eum qui in bonum totius Ecclesiae sacerdotale ministerium susceperit, atque torrente voluptatis suae Dominum iam hic in terris perfundere ministros suos qui Christum animose et fideliter in via Evangelicarum virtutum sequantur.

Sanctitatis fama, qua vivens inelaruerat, in dies percrebrescente eaque supernis signis confirmata, factum est ut Causa de Beatorum Caelituum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Post igitur Processus ordinaria auctoritate, annis 1931-1934, in archiepiscopali curia Taurinensi constructos, editoque Decreto super scriptis eidem Servo Dei tributis, Pius Pp. XII commissionem introductionis Causae die 23 Martii 1945 sua manu signavit. Deinde in eadem archiepiscopali Curia annis 1947-1949 Processus apostolica potestate adornati sunt. De omnium autem harum inquisitionum iuridica validitate decretum exiit die 26 mensis Octobris a. 1953.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante Rev.mo D.no Iosepho Palazzini, postulatore huius Causae legitime constituto, quaestio agitata est apud hanc S. Congregationem pro Causis Sanctorum super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servi Dei, et quidem primum in Congressu peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 14 Martii huius anni 1981 habito; et deinde, die 26 Maii hoc eodem anno, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, in quo, Rev.mo Card. Humberto Mozzoni, ponente seu relatore, dubio num Servus Dei christianas virtutes heroum in modum coluisset affirmative est responsum.

De hisce omnibus Summus Pontifex Ioannes Paulus II certior factus die 31 Iulii a. 1981 per Cardinalem a Secretis Status, ut decretum super heöricis virtutibus rite appararetur, mandavit.

Hoc itaque die, ad Se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Humberto Mozzoni, Causae Ponente seu Relatore, aliisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Aloisii Balbiano, sacerdotis archidioecesis Taurinensis.*

Datum Romae, die 27 Novembris a. D. 1981.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

Traianus Crisan, *Subsecretarius*

IV

HIEROSOLYMITANA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae a Iesu Crucifixo, Monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Exsultet solitudo et floreat quasi lilium. Germinet et exsultet laetabunda et laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron » *(Is* 35, 1-2). Cum primus Terrae Sanctae his nostris temporibus flos

ad honores Oaelituum accedere videatur, Populi Dei solitudo vere laetabunda exsultat. Et una cum Terra in qua mirabilia sua operatus est Dominus, totus proximus Oriens in Deo gaudet. Humilis Christi ancilla Maria a Iesu Crucifixo, dum stirpe, ritu, vocatione, peregrinationibus populorum Orientis partes agit eosque quodammodo repraesentat, est veluti donum Ecclesiae universae ab iis factum, qui ad fraternam illius intercessionem in miseris, quibus versantur, luctae et sanguinis condicionibus tota animi fiducia nunc praesertim confugiunt, fore sperantes ut etiam Servae Dei precibus pax et concordia illis terris tandem restituantur, ubi ((Verbum caro factum est» *(Io* 1, 14), ipsemet pax nostra inimicitias in carne suas solvens (cfr. *Eph* 2, 14).

Dei Famula humillimo in loco v. *Abellin,* intra fines archidioecesis graeco-catholicae Ptolemaidensis, in Terra Sancta, haud longe a Nazareth, parentibus Gergio Baouardy et Maria Chahin, post duodecim fratres, in tenella adhuc aetate e vivis ereptos, die 5 Ianuarii a. 1846 nata est et die 15 eiusdem mensis per baptisma — nomine Maria donata — et sacram confirmationem, iuxta ritus sui traditionem, roborata. Patre et matre anno 1849 orbata, a patruo domi recepta fuit quem in Aegyptum a. 1854 secuta est, Alexandriae domicilium constituens. Adulescentula adhuc in matrimonium a patruo promissa, eidem Maria fortiter restitit, coma quoque sibi tonsa, ut unum Iesum Christum sponsum se iam dudum elegisse palam omnibus manifestaret. Diris vexationibus perlatis et superatis, apud quosdam catholicos Alexandriae, Hierosolymis et Beryti successive recepta est, donec a. 1863 Massiliam appulit, familiae Nadjar famulae operam praestitura.

Divina ibi dulcedine praeventa, vocationem religiosam sentire coepit, brevique facto experimento prius apud Sorores a Compassione, quas valetudinis infirmae causa derelinquere coacta est, et deinde apud Sorores Sancti Ioseph ab Apparitione, a quibus dimissa fuit quia haud idonea vitae activae ducendae iudicata, mense Iunio a. 1867 in monasterium Monialium Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Palense, in Gallia, recepta est et qua chorista ad novitiatum admissa, nomine novo Maria a Iesu Crucifixo assumpto, pauloque post ad classem conversarum, ut summe desideraverat, reddita. Die 21 Augusti a. 1870 e portu Massilieni solvit in Indiam versus, primum inibi carmelitarum discalceatarum monasterium Mangalori una cum aliis monialibus institutura, in quo die 21 Novembris a. 1871 vota religiosa nuncupavit. Cum autem charismatum copia una cum maligni vexationibus Dei Famulae vitam perfunderet Superioresque dubii essent de eorum origine, ei in Galliam

redeundum fuit rursusque Palensi asceterio adscripta est, unde a. 1875 in Orientem iterum profecta est, ut in civitate Bethlehem, in Terra Sancta, aliud Ordinis monasterium institueret. Cum illuc mense Septembri pervenisset, novae exstruendae, ut ipsa descripsit, domui totam se dedit, quae, eadem moderante, pauperrime at solide ad finem deducta, die 21 Novembris a. 1876 inaugurata fuit. Mense Augusto a. 1878, dum operariis in horto monasterii adlaborantibus aquam ad bibendum benigne afferebat, Maria casu cecidit bracchiumque fregit, quod brevi sine spe salutis tabuit. Viatico roborata et Unctione infirmorum deinde e manibus Patriarchae Hierosolymitani suscepta, Deum laudans et eius misericordiam expostulans, piissime, cum magna sanctitatis fama, die 26 Augusti a. 1878 Maria a Iesu Crucifixo e terra ((promissionis» ad paratum pauperibus Regnum (cfr. *Mt* 5, 3) transiit.

Dei Famula humilibus parvulisque illis accensenda est, quibus Pater Regni sui secreta revelat (cfr. *Mt* 11, 25). A Spiritu Sancto edocta, quem veluti amicum et magistrum vehementissime dilexit et coluit ac fideliter a prima aetate secuta est, valuit comprehendere « quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum, scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi» *(Eph* 3, 18-19), ita ut, litterarum licet rudis prorsusque ignara, veram Dei amatorum *philosophiam,* ut antiqua tradebat Orientis christiani theologia (cfr. **THEODORETTJS CYRENSIS,** *Oratio de divina caritate, PG* 82, 1501), id est eam altissimam contemplationem, consecuta sit, per quam christifidelis omnia despicit, unum Dilectum conspicit, eidem servire omnibus rebus anteponit, ea tantum dicit, facit, cogitat quae Dilecto placent (cfr. *ibid.).* Maria a Iesu Crucifixo Dei dilectionem caput et centrum vitae suae habuit, qua acta per omnia Dei voluntati obsequi voluit, nihil antiquius habens quam ut placeret Deo (cfr. *2 Cor* 5, 9). Quod quidem exhibere in semet ipsa contendit non solum in omne genus tribulationibus quibus Dominus electam suam tamquam aurum in fornace multimodis probavit (cfr. *Sap* 3, 6), sed prae primis humili et hilari cotidiana sui ipsius in ordinariis vitae eventibus donatione. Vel minimos vitae actus fide considerans, constanter et alacriter, nulla umquam lassitudine vieta, quos Deo placere proximisque servire nosset, summa caritate ad mortem usque imbuit et exhibuit. Nedum innumeris acceptis a Deo charismatibus superbirei, in pauperum via confirmata est. Certissimum enim semper habuit perfectionem non in miris, quibus divina bonitas amicorum suorum vitam interdum cumulat consistere, sed in fideli, perenni, iucunda, ex amore, Dei beneplaciti inquisitione et adimpletione. Haec

sibi persuasa habens, per humilem et perfectam officiorum suorum communibus in adiunctis exsecutionem, fortitudinem illam a Spiritu Sancto est consecuta, qua magnas persecutiones, simultates, difficultates Deo gratias agendo patienter tolerare potuit. «Professio» qua voluntatem suam Dei voluntati a. 1868 perfecte et sollemniter tradidit, veram profert illius caritatem operibus potius quam verbis exhibitam, Servae Dei iuxta effatum : « Dulce est Iesum diligere, at dulcius est eius voluntatem facere ».

His impulsa semper propositis, magna in omnibus se gerebat fide, millies morti subeundae parata, potius quam vel minimam Revelationis veritatem in dubium verteret. Ecclesiam, Dei sponsam et Yerbi Dei custodem et praeconem, summe dilexit, Populi Dei inter mundi angustias ad Dei visionem peregrinantis anxietates, dolores, gaudia ex animo participans et Pii IX, Summi Pontificis sui, aerumnas, vicissitudines, infirmitatem, mortem mystice et mire experta. Fidei dilatandae studiosissima, laeto animo maritimum iter suscepit ut contemplativa Oarmeli Teresiani vita in India ad bonum animarum constitueretur, ibique, sicut etiam in Gallia et in Terra Sancta, precibus, sacrificiis, desideriis, germana, sicut S. Teresia a Iesu, «Ecclesiae filia» fuit et vera «missionaria ». Fidem autem, tum quoque fortiter manifestavit, cum in spiritus obscuritatibus laborans et a maligno quoque vexata, veluti a Deo derelictam sese experiebatur et tamen iugi incensissima oratione toto corde illum quaerebat. Spiritu enim orationis et paenitentiae ita excelluit, ut antiquos terrae suae christianos vitae monasticae athletas, divinae gloriae bonique Ecclesiae cupida, aemularet. Inde spe gaudebat (cfr. *2 Cor* 6, 10), probe sciens et per orationem ad Deum reapse intendere et per multimodas spiritus et corporis probationes ab omnibus ex Dei paedagogia seiungi, ut uno Deo spe dives fieret. Pauper et humilis, velut «nihilum » se considerabat, haud dignam quae ab aliis existimaretur. Ipsis necessariis quandoque carens, Deum unum sibi sufficere asserebat gaudioque vultus palam demonstrabat, evangelicae paupertatis exactissima custos. Veram paupertatem spiritus assecuta, libera, Deum in Superioribus conspicere et sequi semper ut normam agendi habuit, ita ut universis revelationibus et donis supernaturalibus oboedientiam praeferret, vel in exstasi posita promptissime oboediens. Potissimum autem caritate exarsit, qua velut suavissimo pondere acta, ad Deum mire trahebatur quem dulcissimis salutabat nominibus, cuius in praesentia iugiter ambulabat, cui operibus, fraternae praesertim dilectionis, sui prorsus oblita, diu noctuque, difficillimis in se in donum insumptis domus laboribus,

serviebat. Virginalis castitas, amoris erga Sponsum signum et manifestatio, eius cor omnibus fratribus, humillimis imprimis, aperiebat, quos in visceribus Christi diligebat, quorum lacrimas in gaudium vertere orationibus et sui immolatione enitebatur, pro quorum salute aeterna hostiam se Deo gratam offerebat. Ad Salvatoris passiones mystice participandas admissa, Christi imago fere facta, dona extraordinaria refugiebat, eis pro viribus resistendo. ((Charismata meliora » enim et « excellentiorem viam » (cfr. *1 Cor* 12, 31) generose sectari sibi proposuerat, caritatem cum humilitate coniunctam perfectionis evangelicae semitam et normam habens. Unde fiebat ut quanto altius illam donis suis Deus cumularet, eo promptius et delectabilius Maria humilioribus vitae actis in abscondito ex amore studeret, id unum semper ab Altissimo expostulans ut, extraordinariis nempe sublatis donis, solam evangelicam pauperum Domini viam sibi sectari concederetur. Perfecte quippe noverat a parvulis, a Spiritu Sancto ductis, eo impensius Deum glorificari et Ecclesiam laetificari, quo humilius Christi vestigia secuti, ex toto Patrem et fratres diligunt.

Sanctitatis fama qua vivens Dei Famula inclaruerat, in dies percrebrescente eaque supernis signis confirmata, factum est ut causa de Beatorum Caelituum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Post igitur Processus ordinaria auctoritate in Patriarchatu Hierosolymitano et alibi annis 1919-1922 instructos, die 23 Iulii a. 1924 decretum de scriptis eidem Servae Dei tributis editum est. Causa autem apud Sedem Apostolicam die 18 Maii a. 1927 introducta, eodem anno, die 9 Septembris, constare de cultu Dei Famulae numquam exhibito per S. Rituum Congregationem declaratum est. Processibus autem Apostolicis annis 1928-1929 Hierosolymis, Baionae et Senonibus adornatis atque de eorum iuridica forma et validitate decreto die 19 Novembris a. 1930 edito, de Servae Dei virtutibus Romae agi coeptum est. Post Congregationem antepraeparatoriam, ut tunc temporis dicebatur, die 27 Novembris a. 1934 habitam, Congregatio praeparatoria die 9 Iunii a. 1936 celebrata est, quam, ob difficultates praesertim in re mystica, nova Congregatio praeparatoria die 6 Iunii a. 1944 secuta est, inquisitionibus prius per peritos in re mystica et psychologica ex officio factis. Cum autem aliqui adhuc Congregationis Patres res omnibus ex partibus claras quoad facta extraordinaria non haberent, aliae tertiae novae Animadversiones ex voluntate Pii Pp. XII apparatae sunt, quibus diversis ex causis anno tantum 1979 responsum est, Causa interea Ordini Carme-

litarum Discalceatorum concredita novaque amplissima *Positione,* iuxta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum instructiones, apparata.

Instante itaque, nomine etiam hierarchiae catholicae Medii Orientis, Rev.do P. Simeone a S. Familia, Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Postulatore, agitata est apud eamdem Congregationem nova disceptatio super virtutibus Servae Dei theologalibus et cardinalibus eisque adnexis, et quidem primum, die 12 Maii anno 1981 in Congressu Peculiari Consultorum, uno Praelato Officiali Sacrae Congregationis moderante, habito; et deinde, die 7 Iulii eodem anno, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium ad Vaticanum celebrata, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi. Summus autem Pontifex Ioannes Paulus II, cui praedicta omnia per infrascriptum Praefectum relata sunt, responsum affirmativum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habens, mandavit ut decretum super virtutibus heroicis Servae Dei rite concinnaretur.

Hoc denique die Sanctitas Sua, accitis Cardinalibus ponente seu relatore Causae atque infrascripto Praefecto, ceterisque convocari solitis, iisque adstantibus, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae a Iesu Crucifixo, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri iussit et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 27 Novembris a. D. 1981.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. & S.

Traianus Crisan, *Subsecretarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 1 **Febbraio** 1982, **S.** E. **il Signor** ISAAC JEMIDE SAGAY, **Ambasciatore di Nigeria presso la Santa Sede.**

Giovedì, 4 **Febbraio** 1982, **S. E. il Signor** CARLOS ALBERTO SERRANO BONILLA, **Ambasciatore di Costa Rica presso la Santa Sede.**

Venerdì, 5 **Febbraio** 1982, **S.** E. **il Signor** CHIANG- HAI DING, **Ambasciatore di Singapore presso la Santa Sede.**

Lunedì, 8 **Febbraio** 1982, **S. E. il Signor** PETER DINGISWAYO ZUZE, **Ambasciatore di Zambia presso la Santa Sede.**

Giovedì, 25 **Febbraio** 1982, **S. E. il Signor** ALGERNON WASHINGTON SYMMONDS, **Ambasciatore di Barbados presso la Santa Sede.**

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Venerdì, 26 **Febbraio** 1982, **S. E. il Signor** FRANCISCO PINTO BALSAMÂO, **Primo Ministro del Portogallo.**

Sabato, 27 **Febbraio** 1982, **S. E. il Signor** FRANÇOIS MITTERRAND, **Presidente della Repubblica Francese.**

Sabato, 6 **Marzo** 1982, **S. E. il Signor** JOSÉ ALBERTO ZAMBRANO VELASCO, **Ministro degli Affari Esteri del Venezuela.**

Giovedì, 11 Febbraio 1982, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Da Venerdì, 12 Febbraio, a Venerdì, 19 Febbraio 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Africa, sostando a Lagos, Onitsha, Enugu, Raduna e Ibadan, in Nigeria; a Cotonou nel Benin; a Libreville nel Gabon; a Malabo e Bata nella Guinea Equatoriale.

j

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22 febbraio 1982. S. E. Mons. Bruno Bernard Heim, Arcivescovo titolare di Xanto, *Pro-Nunzio Apostolico in Gran Bretagna.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

9 gennaio 1982. Mons. Filippo Caraffa; Mons. Elio Sgreccia; Sac. Marcello Bordoni; Sac. Alvaro Del Portillo; P. Barnabas Ahern, O.P.; P. Emanuele Boaga, O. C. ; P. Innocenzo Cavaglià, C. P. ; P. Natale Cavatassi, C. P. ; P. Fabiano Giorgini, C. P. ; P. Carmelo Naselli, C. P. ; P. Tarcisio Stramare, O. S. I. ; Prof. Francesco Leoni, *Consultori della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

18 » » Le LL. EE. Mons. Eric DArcy, Vescovo di Sale; Mons. José da Cruz Policarpo, Vescovo tit. di Caliabria; Mons. Norbert Werbs, Vescovo tit. di Amaura - I Reverendi : Can. José de Jesu Herrera Aceves; Sac. Pablo Galimberti; Sac. Fernando Mervin; Sac. Jean Bosco Manat Chuab Samai; P. Joseph Leferink, S.M.A. - I Signori : Prof. Raymond Diatantu ; Avv. Humberto Belli; Prof. Jean Ladrière, *Consultori del Segretariato per i non credenti.*

30 » » P. Paul Pang, O.F.M., *Consultore del Segretariato per i non credenti.*

» » » P. Lino Ciccone, C.M., *Consultore del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

8 febbraio » Mons. John Magee, *Maestro delle Cerimonie Pontificie.*

9 » » Mons. Frantisek Vorlicek, *Capo ufficio nella Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Bernardin Gantin e S. E. Mons. Johannes Vonderach, Vescovo di Chur, *Membri della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

Protonotari Apostolici soprannumerari :

25	giugno	1981.	Mons. Carmelus Scicluna Xerri (Gozo).
»	»	»	Mons. Emmanuel Mercieca (Gozo).
1	luglio	»	Mons. Ignatius Sciberras Psaila (Malta).
24	ottobre	»	Mons. Bernhard Mäkel (Essen).
9	dicembre	»	Mons. Claudio Livetti (Milano). ,
12	»	»	Mons. Georg Hüssler (Freiburg/Brsg).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

9	febbraio	1981.	Mons. Szaniszlo Ambrus (Alba-Iulia).
14	»	»	Mons. Franciscus Medina Pérez (Santa Rosa de Osos)
29	maggio	»	Mons. Orlando Balatibat (Lipa).
»		»	Mons. Emeterio Chavez (Lipa).
»	»	»	Mons. Marciano Dailo (Lipa).
»	»	»	Mons. Amador Litong (Lipa).
»		»	Mons. Alfredo Madlangbayan (Lipa).
	»	»	Mons. Simplicio Datinguinoo (Lipa).
»	»	»	Mons. Serafín Inumerable (Lipa).
»	»	»	Mons. Roman Baes (Lipa).
»	»	»	Mons. Isabelo Acero (Lipa).
»			Mons. Eleuterio Aquino (Lipa).
»		»	Mons. Francisco Águila (Lipa).
»	»	»	Mons. Rolando Castillo (Lipa).
30	»		Mons. Carolus Wagner (Graz-Seckau).
12	giugno	»	Mons. Alfred Lapple (München-Freising).
19	»	»	Mons. Ioannes Bauman (München-Freising).
1	luglio		Mons. Carmelus Xuereb (Malta).
»	»	»	Mons. Ioseph Lupi (Malta).
	»		Mons. Michael Azzopardi (Malta).
»	»	»	Mons. Victor Grech (Malta).
»	»	»	Mons. Mauritius Grech (Malta).
8	luglio	»	Mons. Gottfried Flügel (Fulda).
	»	»	Mons. Eduard Kieg (Fulda).
»	»	»	Mons. Euthymius Melnyczuk (New Westminster).
29			Mons. Gottfried Lafer (Graz-Seckau).
8	agosto	»	Mons. Ioannes Bauer (Eisenstadt).
27			Mons. Paul Huot-Pleuroux (Besançon).
26	»	»	Mons. Guido Boggero Zoppi (Casale Monferrato).
30	»	»	Mons. Kurt Maria Genewein (München-Freising).
12	novembre	»	Mons. Bertoldo Arduino (Civita Castellana).
2	dicembre		Mons. Salvatore Sussarellu (Ampurias-Tempio Pausania)
10	»	»	Mons. Natale Bussi (Alba).
»	»	»	Mons. Agostino Vigolungo (Alba).
»	»	»	Mons. Vitale Demaria (Alba).
16	»	»	Mons. Yves Marchasson (Paris).
18		»	Mons. Dino Torreggiani (Reggio Emilia).

21	dicembre	1981.	Mons. Michele Basso (Trani).
28	»	»	Mons. Pietro Bellazzi (Vigevano).
»	»	»	Mons. Francesco Pavesi (Vigevano).
»	»	»	Mons. Rosario Mazzola (Palermo).
7	gennaio	1982.	Mons. Ronald Anthony Amandolare (Paterson).
6	febbraio	»	Mons. John Magee.

Cappellani di Sua Santità:

30	aprile	1981.	II sac. Gebhardus Amann (Feldkirch).
21	maggio	»	II sac. Expedito Tabone (Gozo).
29	»	»	II sac. José Aquino (Lipa).
»		»	II sac. Alfredo Cordero (Lipa).
»	»		II sac. Eliseo Dimaculangan (Lipa).
»	»	»	II sac. Miguel de Leon (Lipa).
»	»	»	II sac. Cornelio Magmanlac (Lipa).
»	»	»	II sac. Godofredo Marino (Lipa).
6	giugno	»	II sac. Ioseph Kronschläger (Linz).
17		»	II sac. Alfons Lorenz (Innsbruck).
»			II sac. Josef Holaus (Innsbruck).
»		»	II sac. Aloisius Klocker (Innsbruck).
19	»	»	II sac. Janez Zdesar (München-Freising).
1	luglio	»	II sac. Arturus Said Pullicino (Malta).
»	»	»	II sac. Aloisius Deguara (Malta).
»	»		II sac. Vincentius Camilleri (Malta).
»	»		II sac. Paulus Borg Pisani (Malta).
29	»	»	II sac. Ioseph Koch (Vienna).
»	»	»	II sac. Hermannus Schiessl (Vienne).
7	agosto	»	II sac. Paulus Iby (Eisenstadt).
	»	»	II sac. Ioannes Braunschmidt (Eisenstadt).
»	»		II sac. Bodulfus Sobotka (Eisenstadt).
»	»	»	II sac. Fabianus Udulitsch (Eisenstadt).
30	settembre		II sac. Sebastian Anneser (München-Freising)
»	»	»	II sac. Alois Kirchberger (München-Freising).
24	ottobre	»	II sac. Ioannes Brühl (Essen).
6	novembre	»	II sac. Philipp Roth (Würzburg).
14	»		II sac. Oliviero Licini (Padova).
»	»	»	II sac. Giuseppe Fincati (Padova).
»	»	»	II sac. Giovanni Leonardi (Padova).
»	»	»	II sac. Robert Steeb (Rottenburg-Stuttgart).
»	»	»	II sac. Hubert Bour (Rottenburg-Stuttgart).
19	»	»	II sac. Antonio Barbierato (Padova).
»	»	»	II sac. Olindo Pezzin (Padova).
»	»	»	II sac. Gianni Salmaso (Padova).
24	»	»	II sac. Stanislaw Tworkowski (Warszawa).
	»		II sac. Edward Majcher (Warszawa).
»	»	»	II sac. Ryszard Grygielko (Warszawa).
»	»	»	II sac. Bronislaw Dembowski (Warszawa).
	»		II sac. Boguslaw Bijak (Warszawa).

3 dicembre 1981. Il sac. Franz Heiig (Rottenburg-Stuttgart).
9 » » II sac. Saverio Bavaro (Giovinazzo).
28 » » II sac. Giuseppe Sabaini (Vigevano).
» » II sac. Stefano Cerri (Vigevano).
» » » II sac. Pietro Anglese (Vigevano).
7 gennaio 1982. II sac. Josef Motal (Olomuc).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

22 ottobre 1981. A S. E. il signor Paul A. Ndjaye *{Sénégal).*
» » » A S. E. il signor Vecdi Tiirel *(Turchia).*
» » » A S. E. il signor José Manuel Watson Diez *(Panama).*
» » » A S. E. il signor Carlos María Romero *(Uruguay).*
» » » A S. E. il signor Juan José Vidaurre Pinto *(Bolivia).*
» » » A S. E. il signor Bruno Bottai *(Italia).*
» » » A S. E. il signor Jorge Nicholson Sologuren *(Perù).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

22 ottobre 1981. A S. E. il signor Christophe de Kállay *(Ordre de Malte).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10 luglio 1981. Al sig. André Simonart (Namur).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

29 maggio 1981. Al sig. Manfredo Ramírez Russo *(Paraguay).*
4 giugno » Al sig. Anton Schneider Manzell (Salzburg).
12 » » Al sig. August Lang (München-Freising).
24 » » Al sig. Bertholdus Waldstein-Wartenberg (Wien)
» » » Al sig. Egon Adolf Zimmell (Wien).
14 settembre » Al sig. Frédéric Cattoir (Mechelen-Brussell).
30 ottobre » Al sig. Pio Alf erano *(Italia).*
12 novembre Al sig. Franco Franceschini (Reggio Emilia).
17 » » Al sig. Claude Etienne Daviet (Baton Rouge).
5 dicembre » Al sig. Giuseppe Zander (Roma).
18 » » Al sig. Sigvard Eklund *(Svezia).*
26 » » Al sig. Franz Spezzaferri (Roma).
29 » Al sig. Riccardo Romano (Roma).

29 dicembre 1981. Al sig. Ermanno Graziani (Roma).
» » » Al sig. Giulio Dante (Roma).
» » » Al sig. Andrea Piola (Roma).
» » » Al sig. Luigi Spagnoletti (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

24 giugno 1981. A: sig. Antonius Freudensprung (Wien),
4 luglio » A: sig. Christian Neumeier (Wien).
9 sig. Jacques de Crombrugghe de Looringhe (Bruges).
1 ottobre sig. José Julio Amigo Romero (Asunción).
» sig. Atilio Raimundo Amarillas Acosta (Asunción).
15 sig. Jack V. Durrock (Wellington).
» sig. Mohamed Samy Saad El Chagie *(Egitto).*
21 sig. Franz Lorenz (Hildesheim).
17 novembre sig. John Sheehan Baker (Baton Rouge).
sig. Vincent Paul Cangelosi (Baton Rouge).
sig. George Joseph Charlet (Baton Rouge).
sig. Ray St. Mark Lorio (Baton Rouge).
sig. Joseph Khac Due Ngo (Baton Rouge).
sig. Morris Joseph Parrino (Baton Rouge).
sig. Ozias Labao (Manila).
sig. Antonio F. Isagani (Manila).
sig. Emani Cruz Paño (Manila).
3 dicembre sig. Henry Couderc de Saint Charmant (Paris).
12 » sig. Giovanni Turato (Padova).
16 » sig. Jean Gabriel Mortamet (Lyon).

La Commenda con Placea dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3 settembre 1981. Al sig. Otto Schulmeister (Wien).
6 novembre » Al sig. Helmut Schattovits (Wien).
12 dicembre » Al sig. Francesco Pasanisi *(Italia).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

4 luglio 1981. Al sig. Alois Brusatti (Wien).
3 dicembre » Al sig. François Cnops (Mechelen-Brussel).
21 » » Al sig. Isidoro Chiarelli (Belluno-Feltre).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21 maggio 1981. Al sig. Georg Gebhardt (Limburg).
29 » » Al sig. Coloman E. Poka *(Paraguay).*
14 giugno » Al sig. Luis Alberto Meyer *(Paraguay).*
» » » Al sig. Benno Erhard (Limburg).

19	giugno	1981.	Al sig. Eugen Leissinger (Feldkirch).
24	»	»	Al sig. Joseph Müller-Fembeck (Wien).
»	»	»	Al sig. Joseph Guhswarld (Wien).
4	luglio	»	Al sig. Herbert Sighart (Wien).
»	»	»	Al sig. Wilhelm Hadamovsky (Wien).
18	luglio	»	Al sig. Albert de Schaetzen van Brienen (Mechelen-Brussel).
	»		Al sig. Ernst Waldstein (Mechelen-Brussel).
	»	»	Al sig. Valentino Inzko (Gurk-Klagenfurt).
30	settembre	»	Al sig. Fernando Faustini (Roma).
15	ottobre	»	Al sig. André Arianoff (Mechelen-Brussel).
30		»	Al sig. Pasquale D'Amicis *(Italia).*
»		»	Al sig. Francesco Maria Benedetti Aloisi *(Italia).*
3	novembre	»	Al sig. Ugo Barbieri (Tivoli).
12	»	»	Al sig. Aquilino Zammaretti (Novara).
19		»	Al sig. Fernando Costa (Chioggia).
9	dicembre	»	Al sig. Ferdinando Ottaviani (Roma).
10	»	»	Al sig. Alfonso Verardi (Roma).
»	»	»	Al sig. Manrico Gabriele (Firenze).
16	»	»	Al sig. Jakob Adlhart (Salzburg).
»	»	»	Al sig. Salvatore Riccobono (Monreale).
26	gennaio	1982.	Al sig. Luciano Guerrieri (Roma).
»	»	»	Al sig. Sergio Vaici (Roma).

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8	giugno	1981.	Al sig. Nikolaum Fhedoroff (Gurk-Klagenfurt).
12	»		Al sig. Fritz Gasser (Innsbruck).
19	»	»	Al sig. Franz Huber (München-Freising).
24	»		Al sig. Joannes Schwemmlein (Wien).
»		»	Al sig. Leopoldus Summerauer (Wien).
4	luglio	»	Al sig. Hans Soler (Wien).
»		»	Al sig. Wladimir Peitl (Wien).
13		»	Al sig. Carlo Arri (Asti).
3	settembre	»	Al sig. Alfred Bamer (Wien).
»			Al sig. Josef Mayrhuber (Wien).
30	»		Al sig. Joannes Schrüfer (München-Freising).
14	ottobre	»	Al sig. Irvine Watson (Mechelen-Brussel).
30	»	»	Al sig. Guelfo Andrei *(Italia).*
6	novembre	»	Al sig. Emile Remouchamps (Liège).
10			Al sig. Jean Braham (Liège).
»		»	Al sig. Benoît De Smet (Mechelen-Brussel).
14	»	»	Al sig. Mario Bonifacci (Bolzano).
IT	»	»	Al sig. Michel Gevers (Liège).
»	»	»	Al sig. Ponciano C. Marquez (Manila).
»	»	»	Al sig. Vicente Mercado Sales (Manila).
»		»	Al sig. Isidoro A. Vera (Manila).
»	»		Al sig. Delfín Cortes Yuhico (Manila).

28 novembre 1981. Al sig. Arnaldo Masi (Siena).
1 dicembre » Al sig. Antonio Sanò (Roma).
9 dicembre » Al sig. Argeo Testarmata (Roma).
18 » » Al sig. Luigi Anedda (Parma).
21 dicembre » Al sig. Antonio Scardanzan (Belluno-Feltre).
28 » » Al sig. David Colli (Vigevano).
» » » Al sig. Luigi Fiori (Belluno-Feltre).

NECROLOGIO

1 febbraio 1982. Mons. Raffaele Campelli, Vescovo già di Cagli e Pergola *(Italia).*
8 » » Mons. Matthew Pothanamuzhi, Vescovo già di Kothamangalam dei Siro-Malabaresi *(India).*
12 » Mons. René Fourrey, Vescovo già di Belley *(Francia).*
» Mons. Félix Mugnol, Vescovo di Bagé *(Brasile).*
19 » » Mons. Nicolas Martinus Schneiders, C.I.C.M., Arcivescovo già di Ujung Pandang *(Indonesia).*
21 » Mons. Juan Navarrete y Guerrero, Arcivescovo tit. di Vulturara.
28 » Mons. Anthony de Saram, Vescovo di Galle *(Sri Lanka).*
4 marzo » Mons. Anthony Jordan, O.M.I., Arcivescovo già di Edmonton *(Canada).*
5 » Mons. Francisco Antunes Santana, Vescovo di Funchal *(Portogallo).*

An. et vol. LXXIV 2 Aprilis 1982 N 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Pontificia Academia Theologica Cracoviensis constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

1. Beata Hedvigis eiusque maritus Ladislaus Jagiello, praeter multiplicia opera, quibus ad auctum et progressionem sive Poloniae sive Lituaniae contulerunt, novum doctrinae domicilium condiderunt, adiungendum Cracoviensi studiorum Universitati, tum temporis nomine Studii Generalis, postea vero Academiae appellatae, quae in illa principe urbe iam a temporibus regis Casimiri Magni exstabat. Re quidem vera, eo rege sedulo agente, Urbanus PP. V die i mensis Septembris anno MCCCLXiv Apostolicas sub plumbo Litteras edidit, a verbis « In suprema dignitatis » incipientes, in quibus haec verba continentur : « auctoritate apostolica statuimus et etiam ordinamus : ut in dicta civitate Cracoviensi de cetero sit studium generale, illudque perpetuis temporibus inibi vigeat... » (cfr. L. Koczy, *University of Cracow, Documents concerning its origins,* Scotia, pp. 42-43). Contendens vero ut hoc opus, magnum momentum habens ad humanum cultum Nationis Polonicae, renovaretur atque omni ex parte redderetur absolutum, Hedvigis regina, una cum marito, id non solum propriis bonis instruxit, sed etiam — quod est potissimum — a Summo Pontifice Bonifacio PP. IX petiit ut in ipso Studio Generali Cracoviensi Facultas Theologica constitueretur. Quod ad effectum adductum est a Sede Apostolica per Aposto-

licas sub plumbo Litteras, die xi mensis Ianuarii anno **MCCCLXXXXVH** datas, quarum priora verba sunt «Eximiae devotionis affectus».

Ab illo tempore Facultas Theologica pars erat illius Athenaei, in id penitus inserta, quod universe notum est ut studiorum Universitas Iagellonica Cracoviensis et communi reverentia insigne non solum ut antiquissima Universitas Poloniae sed etiam ut Athenaeum singulari ratione optime meritum de doctrinis et humano cultu universali.

De hac ipsa studiorum Universitate plurima cum veneratione gratoque animo recogitamus, quippe quae «Alma Mater» fuerit tot generationum, ad quas — ex numero olim alumnorum, prius in Facultate Philosophica, deinde in Facultate Theologica — nos etiam pertinemus.

2. Facultas Theologica Universitatis Iagellonicae variis vitae suae aetatibus de Ecclesia ac Patria bene meruit omnino. Quae inter temporis spatia in memoriam revocanda est imprimis pars prior huius saeculi, ratione habita proprio iure vivendi potestatis, anno **MCMXVIII** Poloniae restitutae, ac deinde ratione ducta calamitosi temporis, quo illa bellica vi occupabatur, cum videlicet professores Facultatis Theologicae, simul cum collegis ceterarum Facultatum, in publicae custodiae campis a militibus Hitlerianis captivi tenebantur. Nihilominus Facultas Theologica, una cum tota studiorum Universitate, actionem ad doctrinas excolendas remque didacticam spectantem non intermisit, sed eam in occulto est persécuta perpetuo cum vitae discrimine, quod professoribus et alumnis imminebat.

3. Cum vero anno **MCMLIV** ex consilio ab auctoritatibus Civitatis, scilicet ex una tantum parte, capto Facultas Theologica a studiorum Universitate Iagellonica esset divulsa, Apostolica Sedes per decretum a Sacra Congregatione pro Seminariis studiorumque Universitatibus die **XVI** mensis Decembris anno **MCMLIX** editum declaravit eam, secundum institutionem suam et indolem, « sub unius Ecclesiasticae Auctoritatis regimine manere atque in posterum ad normam legum ab Apostolica Sede latarum unice conformandam atque moderandam esse» (Decr. n. 2295/59/4).

Clariore etiam in lumine haec ipsa Athenaei indoles est posita, cum « pontificius » titulus ei concederetur, unde appellata est « Pontificia Facultas Theologica Cracoviensis»; quod factum est decreto Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica die **II** mensis Iunii anno **MCMLXXiv** lato (cfr. Decr. n. 321/70: *AAS* 67 [1975], pp. 149-150).

Pontificia Facultas Theologica, in novis rerum adiunctis agens, operam scientificam-didacticam sibi peculiarem incrementis adauxit, ut demonstratur non solum amplo numero professorum et lectorum, congruentibus qualitatibus prorsus ornatorum, sed etiam magno numero alumnorum, qui e diversis hominum, locorum, rerum condicionibus veniunt. Principium mutuae in re doctrinali cooperationis cum variis studiorum theologicorum sedibus inducens et ad usum transferens, Pontificia Facultas Theologica contulit ad solidandam indolem academicam institutionis cleri, sive dioecesani sive religiosi.

Quo efficacius autem actionem suam in mutatis rerum adiunctis historicis promoveret, Facultas Theologica opus sibi esse sensit auxilio, egregiis qualitatibus insigni, studiorum philosophicorum. Licentia igitur necessaria a Paulo PP. YI impetrata, eadem Sacra Congregatio in Athenaeo Cracoviensi Pontificiam Facultatem Philosophicam die xxin mensis Decembris anno **MCMLXXVI** instituit (cfr. Decr. n. 645/76/13).

4. Quoniam ab anno **MCMLXII** et praesertim postea ut Archiepiscopus Cracoviensis — munere imprimis fungentes Magni Cancellarii — cum omni navitate huius Athenaei arctius sumus coniuncti, plane nobis probatur sententia, quam successor noster in sede illa archiepiscopali, Franciscus Cardinalis Macharski, nomine Ecclesiae Cracoviensis, nobis significavit, videlicet, in his rerum condicionibus et secundum necessitates temporis nostri, Athenaeum illud efficiendum esse Pontificiam Academiam Theologicam Cracoviensem, has tres complectentem facultates : theologicam, philosophicam, historicam.

Interior quidem Athenaei progressio tempore proxime praeterito iam eo ferebat, quemadmodum nosmet ipsi, Poloniam visentes, in congressione cum eiusdem Facultatis Consilio die ix mensis Iunii anno **MCMLXXix** habita, diximus (cfr. *AAS* 71 [1979], pp. 859-861).

5. Itaque, rationem ducentes futurae progressionis Athenaei, de qua nobis est expositum, atque precibus die xxix mensis Iulii anno **MCMLXXXI** ab eodem Francisco Cardinali Macharski nobis adhibitis libentissime obsecundantes, harum Litterarum vi et Auctoritate nostra Apostolica in perpetuum constituimus et erigimus **PONTIFICIAM ACADEMIAM THEOLOGICAM CRACOVIENSEM**, eidem agnitis tributisque iuribus, honoribus, privilegiis atque officiis, quae ad huiusmodi Athenaea in universo Catholico Orbe spectant, eamque curis praedictae Archidioecesis committimus.

Academia, e tribus Facultatibus Ecclesiasticis Sacrae Theologiae, Philosophiae et Historiae Ecclesiae nunc constans, secundum leges academicas Ecclesiae regetur, maxime secundum Constitutionem Apostolicam ((Sapientia Christiana », die xv mensis Aprilis anno **MCMLXXIX** a nobis promulgatam (cfr. *AAS* 71 [1979], pp. 469-521), et propriis peculiaribus Statutis necnon aliis legitimis ordinationibus. Eaedem vero Facultates curricula studiorum ita disponant ut in fine cyclorum institutorum gradus academici canonici Baccalaureatus seu Magisterii, Licentiatus, Doctoratus conferantur, addito Doctoratu « Habilitationis », qui secundum localem vocabulorum usum, in studiorum Universitatibus vigentem, verbis opportunis exprimantur.

6. Praeterea Archiepiscopum pro tempore Cracoviensem, Ordinarium loci, — in praesenti praedictum Franciscum Cardinalem Macharski — constituimus Magnum Cancellarium eiusdem Academiae, cuius erit Sedem Apostolicam repraesentare apud ipsam Academiam pariterque hanc apud Sedem Apostolicam; qui et «eius conservationem atque progressum promoveat, communionem faveat cum Ecclesia sive particulari sive universali» *(Sap. Chr.,* art. 12).

7. Divinae Providentiae atque Mariae, Sedi Sapientiae, hoc Athenaeum commendamus spemque enuntiamus fore ut, perinde ac Facultas Theologica ante sex fere saecula sollerter annitente Beata Hedvige regina condita, aequum ius civitatis obtineat inter Instituta, Universitatis indolem habentia, urbis Cracoviae et Poloniae atque ad profectum cultus humani Nationis istius et missionis christianae, quae est Ecclesiae propria, operetur.

Quaecumque vero a nobis hisce Litteris decreta sunt, ea firma ac rata esse iubemus et ab omnibus, ad quos spectat, fideliter observari, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **VIII** mensis Decembris, in Sollemnitate Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Yirginis, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus nostri quarto.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

GUARABIREN.

Quibusdam demptis territoriis a dioecesi Parahybensi, nova in Brasilia dioecesis conditur nomine Guarabirensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum exoptaret vehementer sacer pastor Parahybensis, Venerabilis Frater Iosephus Maria Pires, ut captis congruentibus consiliis prospiceretur multo certius gubernationi curaeque christiani populi suis in locis latissime videlicet patentibus cumque eadem de re consensum impetravisset Conferentiae Episcopalis Brasiliae, flagitavit exinde ab hac Sede Apostolica ut, quibusdam demptis a memorata communitate ecclesiali regionibus nominatim descriptis, nova ibidem constitueretur dioecesis. Nos autem, qui rite comperimus idem illud consilium usquequaque Venerabili Fratri comprobari Carmelo Rocco, Archiepiscopo titulo Iustinianopolitano in Galatia et in Brasilia Apostolico Nuntio tum etiam placere Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus negotia Sacrae Congregationis pro Episcopis procurantibus, censuimus admotas a dicto Praesule preces suscipi remque ipsam effici posse, cum sine dubio plurimum secum adlatura esset utilitatis commoditatisque populis quorum interesset. Hasce propterea per Litteras Nos plenitudine apostolicae potestatis Nostrae usi decernimus ac definimus quae sequuntur. De finibus archidioecesis Parahybensis viginti et tria civilia submovemus municipia integra vulgo dicta : Guarabira, Alagoinha, Araçagi, Arara, Araruna, Bananeiras, Beiern, Borborema, Cacimba de Dentro, Caiçara, Cuitegí, Dona Ines, Duas Estradas, Lagôa de Dentro, Mari, Mulungú, Pilöes, Pilöezinhos, Pirpirituba, Serra da Raiz, Serraría, Solânea, Tacima; ex quibus ita seiunctis novam iure condimus dicionem ecclesiasticam posthac nempe Guarabirensem nuncupandam habendamque suffraganeam Metropolitanae Ecclesiae Parahybensi cuius insuper Antistiti pariter suberit pro tempore Episcopus Guarabirensis. Episcopalem vero novae dioecesis sedem erigimus in urbe ipsa Guarabira ubi templum Deo in honorem Beatae Mariae Virginis a Luce dicatum declaramus fore cathedralem aedem cui simul atque Guarabirensi pro tempore Episcopo honores insignia privilegia iuraque cuncta tribuimus quibus reliquae episcopales ecclesiae earumque pastores ad regulam iuris communis exornantur ; officiis autem et obli-

gationibus singulis obstringi volumus Episcopum Guarabirensem quibus omnes vinciantur dioecesani Episcopi. Donec Capitulum Cathedrale nova in dioecesi alias per Litteras rite excitetur, concedimus ut dioecesani ibi consultores in praesentia deligantur. Ad episcopalem porro mensam quod spectat statuimus ut Curiae emolumentis fideliumque stipibus efficiatur atque iusta bonorum portione illi contingenti ex divisione ad mentem canonis 1500 C.I.C. perficienda. De Seminarii dein exstructione dioecesani deque sacerdotali tironum institutione tam serventur sacri Canones quam normae Decreti Concilii Vaticani Secundi « Optatam totius » necnon peculiaria Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica edicta. Electi autem sacrorum alumni tum etiam ipsi facti iam presbyteri suorum studiorum explendorum gratia ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense mittantur in Urbe situm. Quod attinet ad dioecesis novensilis rectionem administrationemque et ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem aliaque id genus accurate observentur quae eisdem de negotiis praestituunt canones sacri. Nova sic erecta Ecclesia Guarabirensi, istud de clero ibidem decernimus ut presbyteri illi putentur Ecclesiae novae adscripti cuius in finibus officium aliquod beneficiumve habent; ceteri vero clerici, sicut et Seminarii alumni addicantur ei dioecesi cuius habent in finibus domicilium ipsum. Praecipimus deinde ut documenta ceteraque acta, quae aut ad novam pertinent dioecesim eiusve clerum aut ad fideles vel temporalia bona, ista omnia ex Curia Parahybensi ad Guarabirensem transvehantur in condendo olim tabulario ipsa religiose custodienda. Quae tandem hic singula praescripsimus, ad effectum plenum deducantur a Venerabili Fratre Carmelo Rocco, quem memoravimus, vel a presbytero per eum subdelegato, necessariis factis opportunisque facultatibus. Perfecto aliquando denique negotio exaratisque actorum omnium documentis, certa singulorum exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis transmittantur usitato more signata sigilloque firmata. Has Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse iubemus, contrariis rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undecimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo, Pontificatus Nostri altero.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **SEBASTIANUS** Card. **RAGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 77468.

II
MONROVIEN.

Provincia ecclesiastica in Liberia constituitur, ex archiepiscopali Metropolitana Ecclesia Monroviensi atque dioecesi (suffraganea residentiali Capitis Palmensis constante.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Patet Ecclesiae universae administrationem, per dioeceses factam toto orbe terrarum dispertitas, optimam esse christiani gregis regendi formam, utpote quae ab ipsis Apostolis ducat originem sitque longissime saeculorum serie probata. Hanc igitur constitui est opportunum, ubi condiciones id sinant et postulent. Inde, cum in Liberia catholica fides copiosos iam ediderit fructus et haud dubia provideantur incrementa, Nobis visum est in ea Provinciam ecclesiasticam condere, ut hinc Ordinariorum, Sacerdotum indigenarum, Missionariorum, Religiosarum et Laicatus catholici animus foveatur ad multiplicandas operas apostolicas, simulque iisdem perhibeatur meritae laudis testimonium et Christifidelium augeatur spiritalis utilitas. Quam ob rem, audita sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositorum, acceptoque quorum interest favorabili voto, suprema Nostra Apostolica usi potestate, Vicariatum Apostolicum Monroviensem ad dignitatem evehimus Ecclesiae Archiepiscopalis-Metropolitanae, atque Vicariatum Apostolicum Capitis Palmensis ad dignitatem dioecesis, Monroviensi suffraganeae. His autem Ecclesiis Pastores prospicientes, Venerabilem Fratrem Michaelem Kpakala Francis a titulari sede Ausuccurensi ad priorem, atque Venerabilem Fratrem Bonifatium Nyema Dalieh a titulari sede Talaptulensi ad alteram transferimus : qui suas sedes collocabunt in sua quisque urbe, a qua circumscriptio ecclesiastica nomen sumet. Archiepiscopi Monroviensis cathedra erit in ecclesia Sacratissimi Cordis Iesu in urbe Monrovia exstructa ; Episcopi vero Capitis Palmensis in ecclesia Sanctae Teresiae a Iesu Infante dicata in urbe vulgo Cape Palmas dicta. Quod ad mensas episcopales attinet, hae bonis efiicientur, quae iam ibidem sunt, fidelium oblationibus ac subsidiis Pontificalium Operum Missio-

nalium. Decernimus insuper ut pro canonicis consultores dioecesani ad normam iuris eligantur et adhibeantur, dum coetus canonicorum constituatur; denique, ut Seminarium maius, quod in praesentia tamquam Seminarium regionale exsistit in loco vulgo appellato Gbarnga, in finibus Archidioecesis Monroviensis, pro tota Provincia ecclesiastica sit.

Ad haec omnia perficienda deputamus Venerabilem Fratrem Ioannem Dyba, Archiepiscopum titulo Neapolitano in Proconsulari atque Apostolicum in Liberia Pro-Nuntium, vel quem ipse legaverit, datis ad id necessariis facultatibus.

Re vero facta documenta exarari iubemus horumque sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mitti. Has denique Litteras Nostras volumus firmas et efficaces esse nunc et in posterum contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £ß Sigilli

In Secret. Status tab., n. 800S9.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Richardo Pampuri honores Beatorum deferuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christifidelibus illis, qui Dominum Iesum prope sectantes singulariter quidem auscultant f actitantque in vitae actione monitionem eius : ((eram... infirmus et visitastis me» *(Mt* 25, 35-36), suo quodam iure medici ipsi in primis adnumerentur oportet quippe qui suae professionis munus artisque medicinae officium convertant per fidem in christianae caritatis ministerium in suaeque sanctificationis instrumentum.

Christianus autem huius praestantis generis medicus merito appellandus Richardus Pampuri, Dei porro Servus, est qui perbrevem suam terrestrem vitam in mundo medio partim devoverat aegrotantium sedulae curationi partim deinde ad extremum nempe halitum veluti hostiam Dei gratissimam obtulit sodalis Ordinis Hospitalarii Sancti Ioannis a Deo. Enatus vero hic Dei Famulus erat die II mensis Augusti anno MDCccxcvii in oppidulo Trivolzio dicto Papiensis dioecesis postridieque salutari lustratus lavacro, indito Herminii Philippi nomine. Exactis suo tempore inferioribus studiis, gymnasii lyceique disciplinas modo Mediolani modo absolvit Papiae ; cuius in urbis Athenaeo, cum operam medicinae navavisset studiis vulneratisque bello universali militibus efficientissime adstitisset, lauream ipsam in medicina necnon chirurgia adeptus summa cum laude est die vi Iulii mensis anno MCMXXI ac postero anno destinatus loci Morimondo vocati medicus. Acerrimo fidei sensu impulsus Christum ubique in hominibus infirmis et aegris dispicere studebat eumque in illis sine condicione diligere; neque tamen patiebatur ut ipsius religionis cultus sese a cotidianis professionis propriae abstraheret oneribus et officiis. Namque eadem fides, qua Deum quaerebat et munera sua explebat, eadem pariter spes et caritas christiana medicum iuvenem sustentabant incitabantque ad arctiorem cotidie cum Deo coniunctionem ad diligentioremque status sui officiorum procurationem. Dum quaestum vero omnem suamque spernit commoditatem, quascumque pecunias — pro nihilo semper habitas — cumulavit, in sacras missiones necnon pauperum praesidia effudit. Adsidua vero accurataque medici muneris perfunctio haud illi satis faciebat ; quocirca subsicivis horis actionem catholicam inter iuvenes adiuvabat et opus ((Conferenze di S. Vincenzo de' Paoli)) nuncupatum provehebat tum etiam missionalem industriam sua in paroecia. Altiorem porro evangelicam adfectans perfectionem anno MCMXXii in Tertio Ordine Saeculari Sancti Francisci vota emisit, unde paulo post evenit ut ad plenam religiosam sese vocari sentiret vitam. Quinque igitur annis transactis rogavit inter Fratres ut reciperetur Ordinis Hospitalarii Sancti Ioannis a Deo, id quod Iunio eiusdem anni mense impetravit continuoque post Novitiatum Brixiae intravit ubi die xxiv mensis Octobris anno MCMXXVHI vota religiosa pronuntiavit. Exinde autem non tantum de pristina vitae ratione nihil descivit, verum Ordinis formas apostolatus communitatisque normas permagno ardore complexus est ad vitaeque suae finem persecutus, cum propositum sibi haberet ut novissimum inter omnes locum obtineret,

precationibus intenta cura vacaret, caritatem in aegrotorum ministerium usquequaque exercitaret. Ad oboedientiae nutum perrexit artem medicinam atque chirurgicam nunc Brixiae factitare nunc dicta in urbe Morimondo. Celerius tamen omni opinione iter vitae sanctitatisque consummavit. Etenim phthisi repente prostratus pertulit aequissimo animo alternas morbi vicissitudines tamquam e manu Domini susceptas. Mediolanum denique Brixia die xvur Aprilis anno **MCMXXX** delatus haud multo post Kalendis ipsis Maiis eiusdem anni transivit de hoc mundo ad Patrem, nomen post se relinquens medici christiani qui officium in caritatis ministerium convertere sciverat, religiosi praeterea sodalis qui veri filii Sancti Ioannis a Deo speciem in se commonstraverat. Sanctitatis fama qua fruebatur vivus Dei Servus magis etiam post mortem increbuit atque caelestibus insuper signis visa est sanciri. Quam ob rem de Beatorum Caelitum honoribus ipsi aliquando tribuendis coeptum mature agi est. Annis quidem **MCMXLIX** ac **MCMLI** processus ordinaria auctoritate apud Curiam Archiepiscopalem Mediolanensem peracti Romamque transmissi ac rite excussi sunt prodiitque decretum super scriptis eidem Famulo Dei adsignatis die iv Maii **MCMLX.** Decessor postmodum Noster Paulus Sextus introductionem causae die x Iulii **MCMLXX** approbavit. Apostolicus dein processus adornatus est eadem in Curia Mediolanensi de virtutibus in specie Servi Dei. Quorum omnium de validitate processuum iuridica emiserunt decretum die **III** Decembris **MCMLXXI**. His ita legitime absolutis perventum iure est ad disceptationem super theologalibus et cardinalibus Servi Dei virtutibus, celebrato quidem antea Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die xxix Novembris **MCMLXXVII** ac deinde die xxi Februarii **MCMLXXVIII** in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, relatore Eminentissimo Fratre Nostro Aloisio S. R. E. Cardinali Ciappi. De favorabili exitu utriusque disceptationis certior factus statim est Summus Pontifex Paulus Sextus die xin mensis Aprilis eodem anno **MCMLXXVIII** qui praecepit ut decretum super Servi Dei virtutibus conficeretur die xn Iunii illius anni. Diligenter tandem examinata in suetis sessionibus quaestione de miraculis, quae intercedente Dei Famulo ferebantur a Deo patrata, Nosmet ipsi die xxx Martii **MCMLXXXI** enuntiavimus de duobus plane constare talibus miraculis. Diem insuper statuimus quo ad beatificationem procederetur tum eius tum Aloisii Scrosoppi, tum Alani de Solminihac tum Claudinae Thévenet ac Mariae Repetto concelebrandam. Hodie ita mane in area ante Petrianam Basilicam patente elocuti sumus formulam hanc

inter Eucharistica Sollemnia: «Nos vota Fratrum Nostrorum Iosephi Rabine episcopi Cadurcensis, Alaphridi Battisti archiepiscopi Utinensis, Antonii Angioni episcopi Papiensis, Alexandri Renard archiepiscopi Lugdunensis, Iosephi Siri archiepiscopi Ianuensis, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut venerabiles Servi Dei Alanus de Solminihac, Aloisius Scrosoppi, *Richardus Pampuri,* Claudina Thévenet, Maria Repetto, Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Beati Alani de Solminihac die tricesima prima Decembris, Beati Aloisii Scrosoppi die tertia Aprilis, Beati Richardi Pampuri die prima Maii, Beatae Claudinae Thévenet die tertia Februarii, Beatae Mariae Repetto die quinta Ianuarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti». Habita exinde contione de uniuscuiusque Beati Beataeque vita ac virtutibus eos et ipsi venerati sumus et summa religione primi invocavimus. Quae vero per has Litteras statuimus, firma et in perpetuum sunto, contrariis quibuslibet neutiquam obsistentibus rebus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris, anno **MCMLXXXI**, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli
In Secret. Status tao., n. 775,J4

II

In Magna Britannia Apostolica Nuntiatura constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo amplius mutuae amicitiae atque necessitudinis rationes inter hanc Apostolicam Sedem et Magnam Britanniam iam feliciter initae proveherentur, Nobis peropportunum est visum Nuntiaturam Apostolicam in ea Natione condere. Hanc igitur ob causam re bene considerata diligenterque perpensa deque plenitudine Nostrae potestatis, harum Litterarum vi, Apostolicam Nuntiaturam in Magna Britannia constituimus, eidemque omnia et singula officia, privilegia atque indulta deferimus quae huiusmodi Legationum propria sunt.

Decernimus praeterea ut conditae Nuntiaturae Apostolicae sedes Londiñii in clarissima urbe Regni principe ponatur. Quae denique per praesentes Litteras statuimus vim suam habere nunc et in posterum volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XVII** mensis Ianuarii, anno **MCMLXXXII**, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 811187.

III

Aedes cathedralis Archidioecesis Maringaensis titulo cohonestatur Basilicae Minoris.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Idcirco potissimum aedes cathedralis nova iunioris Archidioecesis Maringaensis amplo quidem locorum spatio magnoque artis sacrae ornamento constructa est nuperius ac nuperrime consecrata ut ineunte communitatis eiusdem ecclesiali aetate sit ipsa veluti princeps ibi sedes catholicae pietatis spiritalisque aedificationis, sit insuper meta christifidelium peregrinatorum unde scilicet caelestia meditantes aeternam Regni Dei gloriam cogitent adfectent praegustent. Idcirco etiam templum mirabile illud Virgini Mariae sub titulo pulcherrimo Dominae Nostrae a Gloria principio est dedicatum. Ut autem huic suo spiritali magis responderet proposito et fini, maiore pariter dignitate liturgica insigniri aedem illam augerique censuit Venerabilis Frater Iacobus Aloisius Coelho, Archiepiscopus ipse Maringaensis, in primis sane decere; quod et beneficium, conci - nentibus cunctis quorum intererat, ab hac poposcit Apostolica Sede : titulum nempe Basilicae Minoris. Arbitrati vero Nos decus tale ac privilegium complures posthac incitare posse atque adiuvare fideles ad quaerendum ante omnia gloriosum Regnum Dei eiusque divitias aeternas secundum Beatissimae Dei Genetricis exemplar, obsequimur libenti animo Praesuli rem usquequaque congruam expetenti ac de Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino sententia apostolicaeque Nostrae plenitudine potestatis, harum porro litterarum vi, statuimus ut templum quod memoravimus Deo sacratum in honorem Beatae

Mariae Virginis, vulgo invocatae «Nossa Senhora da Gloria», intra Maringaensis dicionis fines legitime ad titulum provehatur et dignitatem Basilicae Minoris, universis simul additis iuribus ac praerogativis quae aedibus eodem hoc honestatis nomine conveniunt. Praecipimus autem ut singula decreta eisdem de rebus observentur. Contrariis quibuslibet haudquaquam obstantibus rebus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Ianuarii, anno **MCMLXXXII** Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B Sigilli
In Secret. Status tab., n. 80579.

HOMILIA

Curae gregis fidelium omnino intentus ac nova insectatione contra ecclesiam correptus, ecclesiastica iura, in discrimen posita impavide proclamavit et aperte defendit, ne fidelium turmae quid damni paterentur et religiosis privarentur auxiliis. Cum autem damna damnique pericula magis magisque in dies augerentur, ac supra modum fidelium grex sarcinis intolerabilibus gravaretur, anno 1927 Raphael in Foederatas Americae Septemtrionalis Civitates primum et in Centralem Americam dein, ne sua praesentia difficultates ingravescerent, transmigrare coactus est, quas regiones constanti apostolatu suo per biennium honestavit. Quo transacto, cum aliqualiter pace gauderet, anno 1931, nova insectatione perculsus, viam exsilii iterum arripere cogitur donec, anno 1937, temporibus paulisper faventibus, iterum petendi dioecesim, non tamen urbem episcopalem, permissione donatur.

Ubi primum condiciones id siverunt, interruptam per annos actuositatem episcopus regressus sedulo resumpsit, unice futura prospiciens, et iam peractae aedium refectioni animarum fidelium adiungens confirmationem apostolicis operibus usque in finem.

Labor autem impigri pastoris paucos tantum menses productus est : aerumnis fractus, viribus penitus destitutus ac lethali morbo correptus, rite Ecclesiae sacramentis munitus, die 6 Iunii anni 1938, aetatis suae sexagesimi, in urbe Mexico Servus Dei spiritum efflavit humaneque in urbe Xalapa depositus est.

Enituit Servus Dei, omni virtute praeditus, apostolica actuositate, omnimodo vigore in ecclesiasticis iuribus tuendis et in salute animarum ad maximum fovenda.

Dominici verbi praedicator eximius et in animis ad Deum reducendis studiosissimus, ut <(formam gregis ex animo » (cfr. *1 Petr* 5, 3) semper sese portendit, perpetuo vitam pro ovibus Christi sanguine linitis ultro offerre paratus. Apostolica quae patravit opera vita interiore continuo aluit, qua intensa in Sacratissimum Cor Iesu, necnon in Beatissimam Virginem devotio, quasi natura sua, mirifice germinavit. Seraphici Patris Francisci aemulus in colenda fovendaque paupertate, humillime de se continuo sensit, vere dignus qui a Domino, qui «humilibus dat gratiam» (cfr. *Iacob* 4, 6), primum in cathedram episcopalem, dein vero in pretiosius sanctitatis solium perenniter elevaretur.

Cum autem virtutum omnium et sanctitatis fama Servus Dei percelebris obiisset, atque supernis accedentibus signis in dies augeretur, de honoribus Beatorum Caelitum eidem decernendis agi coeptum est.

Post igitur processus ordinaria auctoritate, annis 1952-1954 in episcopali curia Verae Crucis constructos, editoque die 11 Augusti anni 1958 Decreto super scriptis Servo Dei tributis, Paulus VI die 4 Aprilis a. 1974 decrevit Causam esse introducendam.

Deinde annis 1974-1975 in praefata curia Verae Crucis processus apostolica auctoritate super virtutibus in specie adornatus est. De omnium autem harum inquisitionum iuridica validitate decretum prodiit die 18 mensis Februarii a. 1977.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, quaestio agitata est apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servi Dei, et quidem primum in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 19 Novembris anno 1980 habito ; et iterum in novo Congressu Peculiari eorundem Patrum Consultorum et Praelatorum Officialium habito die 27 Aprilis a. 1981; et deinde, die 7 Iulii anno 1981, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, in quo, Rev.mo Cardinali Silvio Oddi, ponente seu relatore, dubio num Servus Dei christianas virtutes heroicum in modum coluisset affirmative est responsum.

Facta deinde de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per Em.mum ac Rev.mum Cardinalem Augustinum Casaroli die 31 Iulii huius anni fideli relatione, Sanctitas Sua, ut Decretum super heroicis virtutibus Servi Dei rite appararetur mandavit.

Hoc tandem die, ad se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Silvio Oddi, Causae ponente seu relatore, meque Subsecretario Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Raphaelis Guidar Valencia, Episcopi Verae Crucis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 27 mensis Novembris A. D. 1981.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

Traianus Crisan, *Subsecretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

NORMAE S. ROMANAE ROTAE TRIBUNALIS

PROOEMIUM

Curiae Romanae postquam ordinationem novam constituit **PAULUS** PP. VI, f.m., Litteris Apostolicis *Regimini Ecclesiae Universae* diei 15 Augusti 1967, sicuti ceterorum Dicasteriorum ita et S. Romanae Rotae primum speciales normae reformationi illi accommodatae «ad experimentum» prodierunt, quidem tantummodo quod attinet ad Constitutionem necnon ad Officia eiusdem Tribunalis, sepositis statutis de ordine iudiciario.

Cum dein praefatae normae funditus, iussu Summi Pontificis, collatis etiam consiliis cum Collegio Praelatorum Auditorum, essent iterum revisae, placuit tandem Sanctissimo Domino Nostro **IOANNI PAULO** PP. II, feliciter regnanti, ut eaedem prouti sequuntur probaretur atque promulgarentur, pariterque ut, usque ad editionem novi Codicis Iuris Canonici, quod spectat ad legem processualem propriam in Rota servandam, Articuli a 59 usque ad 185 inclusive Normarum anno 1934 statutarum vim habere pergerent.

Quae omnia, contrariis quibusvis haud obstantibus, Sanctitas Sua, in Audientia die 11 ianuarii 1982 concessa Em.mo Cardinali a Secretis Status approbavit et promulgari iussit ita ut vigere incipiant a die 28 ianuarii 1982.

Romae, die 16 ianuarii 1982.

HENRICUS EWERS, *Decanus*

TITULUS I
DE CONSTITUTIONE SACRAE ROMANAE ROTAE

CAPUT I

DE TRIBUNALIS COMPOSITIONE ATQUE OFFICIIS

Art. 1

Sacra Romana Rota est Tribunal collegiale, Apostolicae Sedis ordinarium, constans certo Praelatorum numero, quorum electio Romano Pontifici reservatur, qui Auditores vocantur, cui praesidet Decanus, primus inter pares.

Art. 2

Praelati Superioris officia, de quibus in ordine generali Curiae Romanae, in Sacra Romana Rota exercet, pro diversitate negotiorum secundum articulos infra relatos, aut unus Decanus vel, eodem impedito, Auditor antiquior, de quo in art. 4 § 1, aut integrum Praelatorum Auditorum Collegium.

Art. 3

§ 1. - Auditores sacerdotes sint oportet, maturae aetatis, laurea doctorali saltem in utroque iure praediti, honestate vitae, prudentia et iuris peritia praeclari.

§ 2. - Iidem, vix ac attigerint septuagesimum quintum aetatis annum, emeriti evadunt et a munere iudicis cessant. Eis tamen septuaginta annorum aetatem adeptis iudicandi muneri renuntiare fas erit sed ipsi emeriti non evadunt.

Art. 4

§ 1. - Auditores post Decanum ordine sedent ratione antiquioris nominationis, et in pari nominatione ratione antiquioris ordinationis ad sacerdotium, et in pari nominatione et ordinatione presbyterali, ratione aetatis.

§ 2. - Vacante Decanatu, in officium Decani ipso iure succedit qui primam sedem post Decanum obtinet, nisi Summus Pontifex singulis in casibus aliter statuerit.

Art. 5

Sacrae Romanae Rotae iurisdictionem et competentiam moderantur Codex Iuris Canonici, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae* necnon Normae eiusdem propriae.

Art. **6**

§ 1. - Pro bono publico tuendo officium constituitur Promotoris iustitiae, quem Substitutus coadiuvabit.

§ 2. - Erit uterque sacerdos, laurea doctorali in utroque iure vel in iure canonico simul et civili atque diplomate advocati rotalis insignitus, maturae aetatis, bonis moribus, prudentia, plurium annorum experientia et rerum usu in S. R. Rota aut in aliis Tribunalibus Ecclesiasticis praestans; insuper Substitutus prae ceteris assumetur inter sacerdotes ritus orientalis.

Art. 7

§ 1. - Pro tuendis sacra ordinatione et matrimonio stabiliter, intra numerum tabella *organica* provisum, constituuntur Defensores vinculi, qui sint sacerdotes, laurea doctorali in iure canonico et advocati rotalis diplomate donati, maturae aetatis, bonis moribus, prudentia et experientia praestantes, quique non nominabuntur nisi post congruum tirocinium peractum in S. R. Rota aut in aliis Tribunalibus Ecclesiasticis.

§ 2. - Pro Defensoribus vinculi titularibus, nominari poterunt unus vel plures substituti ad tempus, qui tamen requisita praebeant omnia de quibus in § 1 huius articuli.

§ 3. - Promotor iustitiae Substitutus operam potissimum dat in causis fidelium ritus orientalis : sive in istis sive in aliis idem, nisi intervenire debeat tamquam Promotor iustitiae, designari quoque poterit tamquam vinculi Defensor.

§ 4. - Animadversiones in singulis causis exarandas, Decanus, ad instantiam Defensoris vinculi ex officio, committere potest deputato, qui sit sacerdos, laurea doctorali in iure canonico et advocati rotalis diplomate exornatus.

Art. 8

§ 1. - De Cancellariae officiis directe respondet eiusdem Moderator, qui debet esse sacerdos, laurea doctorali in iure canonico et advocati rotalis diplomate ornatus, maturae aetatis atque experientiae, et, propter sua munera peculiaria, ex Tribunalis Notariis selectus.

§ 2. - Cancellariae Moderator, ad iudiciarium ordinem quod attinet, Notarii iura atque munia servat.

Art. 9

§ 1. - Ad interna Cancellariae negotia explenda deliguntur quidem Notarii, qui sint sacerdotes, laurea doctorali in iure canonico et advocati rotalis diplomate praediti, necnon experientia et usu iudiciario praestantes.

§ 2. - Ex Notariis alius bibliothecam munus quoque obtinebit, alius autem summa capita iurisprudentiae Rotalis colligit.

§ 3. - Quoties instructionum numerus vel cognitio peculiaris linguae id expostulaverit, Decanus et alios sacerdotes deputare poterit uti Notarios qui interrogatoriis assistant.

Art. 10

§ 1. - Custodiendo atque asservando archivo causarum pendentium praeficitur sacerdos cum titulo archivistae, qui saltem potiatur laurea doctorali in iure canonico et archivii usu.

§ 2. - Ad explenda negotia administrativa duo erunt addicti, quorum alter arcarii alter ratiocinatoris munus habebit; uterque, nisi laurea doctorali, saltem speciali diplomate exornari debet.

Art. 11

§ 1. - Cancellariae Addicti eligentur qui bene linguam calleant latinam et dactylographiae diplomate ornentur, sive inter clericos sive inter laicos, secundum opportunitatem.

§ 2. - Ab addicto diploma dactylographicum non exigitur si ipse ornetur laurea doctorali in disciplina ecclesiastica vel civili; sed idem

ante nominationem artis dactylographicae se usu pollere experimento comprobare debet.

§ 3. - Cancellariae Addicti Officiales minores secundi gradus sunt, ratione quidem habita titulo studiorum.

Art. 12

§ 1. - Custodiae munditiaeque sedis Tribunalis quidam laici — iuxta numerum tabella *organica* provisum — addicuntur cum titulo apparitoris, praediti requisitis in Ordine generali Curiae Romanae statutis ; iidem cursorum munere quoque fungentur pro actis iudicialibus domi notificandis.

§ 2. - Duo ex apparitoribus custodient, in ordinem redigente et in classes distribuent causarum pendentium acta typis impressa itemque causarum in Rotae archivis repositarum fascículos digestos (v. *posizioni)* .

§ 3. - Apparitores Rotae, propter connexum officium cursoris, licentia potiantur oportet scholae medii ordinis atque approbationem pro autovehiculis ducendis assecuti fuerint.

CAPUT II

DE ASSUMPTIONIBUS ET NOMINATIONIBUS

Art. 13

§ 1. - Promotor iustitiae eiusque Substitutus, Defensores vinculi eorumque Substituti et Cancellariae Moderator directe a Summo Pontifice nominantur, proponente Praelatorum Auditorum Collegio.

§ 2. ^ Officiales Minores a Decano assumuntur, ex favorabili voto Collegii Praelatorum Auditorum, praehabita quidem Summi Pontificis facultate.

§ 3. - Inferioris ordinis administri a Decano assumuntur, audito Rotali Collegio atque de consensu competentis Administrationis.

§ 4. - Pro qualibet nominatione adsint oportet requisita praevisa Art. 8 Ordinis generalis Curiae Romanae.

Art. 14

Officialibus Maioribus praecedit Promotor iustitiae, dum pro aliis Officialibus Maioribus aut Minoribus viget praescriptum Art. 25 Ordinis generalis Curiae Romanae.

TITULUS II

DE OFFICIO AUDITORUM ALIORUMQUE S. R. ROTAE ADDICTORUM

CAPUT I

DE AUDITORIBUS

Art. 15

§ 1. - Auditor, praestito iuramento, ad normam Art. 53 § 1, in Rotale Collegium adscitus iudicis officium suscipit, et iuribus ac privilegiis fruitur Auditorum Sacrae Rotae propriis.

§ 2. - Decanus, pro sua prudentia atque salvis partium iuribus, curabit ut Auditores pro viribus quam citius causas ad definitionem perducant et, quoad fieri possit, intra annum ab accepta appellatione.

Art. 16

§ 1. - Ad Decanum, uti Collegii Praesidem, pertinet Collegium aut etiam alios Tribunali addictos convocare, quoties negotia requirunt, et statuere Turnos causas iudicaturos, nec non curare ut omnes S. Tribunalis ministri suum munus diligenter adimpleant. Insuper Decanus Collegium convocabit ordinarie iudiciario ineunte anno atque dein periodice ad finem eiusdem, idque sive ad pertractanda negotia ordinaria sive ad solvendas quaestiones iuridicas aut disciplinares excitatas aut propositas ab ipsius Collegii membris.

§ 2. - Ipsi obnoxia sunt S. Rotae Cancellaria, tabularium, bibliotheca, arca nummaria; ideoque omnia ordinat quae ad bonum horum statum conducere possint. Quod si agatur de extraordinario aliquo consilio capiendo, rem ad Collegium deferat.

§ 3. - Item sub eius cura et custodia sunt regestum deliberationum Collegii, et liber rerum notabilium aliarumque scripturarum ad idem Collegium pertinentium; regestum verbalium quaestionum exaratur ab Auditore cui Decanus commiserit munus secretarii Collegii.

§ 4. - Impedito Decano, munera eiusdem propria explebit antiquior Auditor, qui non sit impeditus.

Art. 17

Quando causa aliqua legitime ad protocollum S. Rotae pervenerit, Decanus statuet Turnum ad eandem iudicandam, iuxta ordinem in Art. 18 explicandum.

Art. 18

§ 1. - Turni constituuntur a Decano prouti sequitur : primus Turnus constat ex Decano, secundo et tertio Auditore; secundus Turnus ex secundo tertio et quarto Auditore ; tertius Turnus ex tertio quarto et quinto Auditore, et ita deinceps ea lege ut Turnus subsequens constet semper secundo Auditore Turni praecedentis atque duobus Auditoribus qui sequuntur. Decanus Turnum efficere potest etiam cum duobus novissimis Auditoribus aut cum novissimo et secundo Auditore.

§ 2. - Quod si agatur de appellatione a sententia rotali, Turnus *ad quem* est ille qui constat ex Auditoribus immediate antecedentibus eos quibus Turnus *a quo* constabat.

§ 3. - Decreto, quo constituit Turnum, Decanus designet etiam causae Ponentem qui generatim est munere antiquior.

§ 4. - Si Auditor, vel Ponens, infirmitate aut alia iusta causa impediatur quominus in Turno partem habeat, substituitur a Decano per alium Auditorem.

Art. 19

Quoties Auditori impedito alius substitutus fuerit, postea, cessante impedimento, primus Auditor in Turnum restitui potest accedente Decani decreto, nisi substitutus partes habuerit in iudicanda aliqua quaestione incidentali, quae in sententiam definitivam sua natura influat.

Art. 20

§ 1. - Auditor, ob impedimentum alterius suffectus, etiam antiquior, non potest esse Ponens, quoties Ponens antea designatus permaneat.

§ 2. - Si Ponens, ad normam Art. 18 § 3 designatus, iustam habeat munus declinandi causam, poterit, auditis ceteris de Turno Auditoribus, uni ex ipsis munus committere, edito ad hoc decreto omnibus quorum interest notificando, sed de re certior fiat Decanus.

Art. 21

Caveat Ponens ne typis edi iubeat aut sinat sententias Turni cui praefuit, ex quarum divulgatione scandala, odia, diffamationes, dissidia in familiis aut alia huiusmodi gravia mala oriri possint.

Art. 22

Ad continendos in officio advocatos aut procuratores, qui praescripta Codicis aut Normarum Tribunalis S. R. Rotae transgrediantur, Ponens eis moderatas muletas infligere potest, graviores tamen praevia comminatione in scriptis facienda. Nefas est advocatis eiusmodi muletas inter expensas a cliente reiiciendas computare.

Art. 23

Ponens invigilet ut gratuitum patrocinium in causa diligenter exerceatur, firmis Art. 22 et 63.

Art. 24

Ad legitimam exsecutionem actorum iudicialium cuiuslibet generis, competit Auditoribus potestas applicandi remedia poenalia, vel etiam censuras ecclesiasticas.

Art. 25

§ 1. - Quando Auditores causam agunt potestate ordinaria, haec potestas non cessat per vacationem Sedis Apostolicae.

§ 2. - Quando agitur de causa vi commissionis Pontificiae tractanda, si commissio iam fuerit subscripta ab iis quibus de iure, potestas S. Rotae adquisita est, nec cessat per vacationem Sedis Apostolicae; quod valet etiam in casu quo commissio nondum fuerit ad Sacram Rotam transmissa.

CAPUT II

DE PROMOTORE IUSTITIAE ET DEFENSORE VINCOLI

Art. 26

§ 1. - Promotor iustitiae intervenire debet in omnibus causis criminalibus, itemque in contentiosis in quibus bonum publicum in discrimen vocari potest, iis exceptis quae ad vinculi Defensorem spectant.

§ 2. - Curet autem Ponens ut quam primum harum causarum positiones transmittantur Promotori iustitiae.

§ 3. - Ineunte quolibet anno iudiciario Decanus, auditis quoque iis quorum intersit, statuet tabellam praesentiae, ita ut quotidie adsit in Tribunali Promotor iustitiae aut eius Substitutus.

§ 4. - Promotor iustitiae et Substitutus aderunt in Tribunali — secundum praxim vigentem — praeter dies et horas tabella de qua in § 3 praestitutas, quoties convocentur aut citentur in suis causis.

Art. 27

§ 1. - In causis criminalibus Promotor iustitiae gerit partes accusatoris intendens ut delinquentes iuste puniantur.

§ 2. - Licet vero eius sit accusare et sustinere ex officio accusationem, id tamen praestare non debet, si censeat accusationem prorsus fundamento destitutam.

Art. 28

§ 1. - Praeter Promotorem iustitiae alius accusator non admittitur.

§ 2. - Sed adiumenta ad delicti probationem suppeditare debent Promotori iustitiae qui delictum denuntiaverat, itemque Promotores iustitiae tribunalium inferiorum, praesertim cum causa agitur ex horum appellatione.

Art. 29

§ 1. - In causis contentiosis Ponentis est ferre iudicium utrum bonum publicum in discrimen vocari possit necne, nisi interventus Promotoris iustitiae ex natura rei evidenter necessarius dicendus sit, ut in causis impedimenti ad matrimonium contrahendum, separationis inter coniuges, piae fundationis, quoad eius exsistentiam, iurispatronatus propter libertatem Ecclesiae tuendam, etc.

§ 2. - Si in praecedentibus istantiis intervenerit Promotor iustitiae, huius interventus praesumitur necessarius.

Art. 30

§ 1. - Promotor iustitiae in causis contentiosis bonum publicum tuetur. Itaque, quod fieri potest, salva rei veritate, defendit e re nata iura matrimonii, piarum fundationum, Ecclesiae.

§ 2. - Si causa plura capita complectatur, quorum nonnisi quaedam ad bonum publicum spectant, de iis tantum Promotor iustitiae curabit.

Art. 31

§ 1. - In causis contentiosis, ad tuendum bonum publicum, praeter Promotorem iustitiae, admitti possunt a Ponente, eodem Promotore audito, aliae personae praesertim morales.

§ 2. - Non admittitur autem ut repraesentetur in S. R. Rota Tribunal primae vel ulterioris instantiae ad defendendam sententiam a se latam.

§ 3. - Adiumenta ad bonum publicum tuendum suppeditabunt Promotori iustitiae, praeter personas de quibus in § 1, Promotores iustitiae tribunalium inferiorum, praesertim cum causa agitur ex horum appellatione.

Art. 32

Cum Promotor iustitiae est ad normam Codicis audiendus, itemque cum pro munere ipse debet ad normam Codicis instare, vel se opponere, rationes seu *motiva* voti, instantiae, oppositionis adducere debet.

Art. 33

De gratuito patrocinio concedendo vel negando audiendus est Promotor iustitiae; qui instabit quoque ut illud revocetur, si casus ferat.

Art. 34

§ 1. - Cum Promotor iustitiae abstinere debeat ab officio suo, ad normam praescripti can. 1613 C.I.C. vel cum suspectus declaratus fuerit, Decanus ei sufficiet pro ea causa Substitutum, de quo in Art. 6.

§ 2. - Idem praestare potest Decanus, instante Turno, si Promotor impediatur quominus animadversiones exhibeat intra congruum temporis spatium ipsi assignandum.

Art. 35

§ 1. - Defensor vinculi intervenire debet in omnibus causis in quibus agitur de vinculo sacrae ordinationis aut matrimonii.

§ 2. - Quare harum causarum positiones quamprimum sunt ei transmittendae a Ponente.

§ 3. - Ineunte quolibet anno iudiciario, Decanus, auditis quoque iis quorum intersit, statuet tabellam praesentiae, ita ut quotidie adsit in Tribunali saltem unus e Defensoribus vinculi. Iidem aderunt in Tribunali quoties quoque convocentur aut citentur in suis causis.

Art. 36

In causis de nullitate matrimonii itemque de probanda inconsummatione et causis ad dispensandum super rato, vinculi Defensor matrimonium tuetur cum officiis et iuribus de quibus in Codice.

Art. 37

In causis in quibus impugnantur obligationes ex sacra ordinatione, vel ipsa sacrae ordinationis validitas, vinculi Defensor validitatem ordinationis obligationesque ex ea exsurgentibus tuetur, cum officiis et iuribus de quibus in Codice.

Art. 38

Quae de Promotore iustitiae statuta sunt Art. 31 et 34, valent quoque de vinculi Defensore.

CAPUT III

DE MODERATORE CANCELLARIAE

Art. 39

§ 1. - Moderator Cancellariae, sub ductu Decani, illam regit atque de eiusdem officiis ipse directe respondere tenetur ; idemque singulorum Officialium activitatem ordinat curans quoque exsecutionem laboris secundum consuetudinem et praxim Tribunalis.

§ 2. - Moderator Cancellariae, propter peculiarem eiusdem constitutionem tamquam officii iudiciarii, una cum peculiaribus muneribus infra recensendis, Notarii quoque munera adimplet.

§ 3. - Moderatori Cancellariae directe subiciuntur inferioris ordinis administri quod attinet ad disciplinam et exsecutionem munerum iisdem commissorum.

Art. 40

Moderatoris Cancellariae erit potissimum :

1) curare commercium epistulare Tribunalis, atque subsignare actus aut documenta quae, secundum praxim, non exigant subsignationem Decani vel Ponentis, itemque directe suppeditare et subscribere sui muneris conscientia actus et litteras quae nomine Cancellariae conscribuntur ;

2) parare, auxiliante Notario, breve summarium novarum causarum aut quaestionum quae ad Tribunal perveniunt quaeque postea Decano pro congrua provisione aut Turni constitutione subicientur ;

3) recipere ab Auditoribus rescripta, decreta, decisiones, quae ipse exsequenda curat per Notarios;

4) custodire sigilla propria Cancellariae, quae nemo adhibere potest sine eius expresso consensu ;

5) post Auditores subsignare autographa sententiarum et post Decanum diplomata Advocatorum Rotalium;

6) emittere mandata solutionis aut exactionis idque subsignatione sua vel primi Notarii ;

7) committere interpretibus, a Decano probatis, acta causae aliave documenta in probatam linguam vertenda;

Art. 41

Moderator Cancellariae respondet de fideli summariorum singularum causarum confectione.

CAPUT IV

DE OFFICIALIBUS MINORIBUS ET DE OFFICII ADMINISTRIS (SUBALTERNI)

Art. 42

Munera omnium Notariorum Tribunalis, praeter peculiaria ipsis concredita in Cancellariae officiis, sunt :

1) componere exemplaria epistularum, quas Auditores ratione muneris et causarum sibi commissarum, mittere velint;

2) curare exsequenda decreta, vel cum congrua explicatione eorum omnium quae iisdem breviter indicantur, vel cum exaratione et subsignatione litterarum adiunctarum et notificationis, nisi singulis in casibus Ponens easdem epistulas subsignare ipse malit;

3) interesse iuramento forte praestando a quibusvis secundum legem atque conscribere ad hoc instrumentum in actis asservandum, subsignationes authenticas declarare, etc. ;

4) subsignare citationes, communicare cum partibus vel cum Advocatis iussa Ponentis, atque referre in idonea regesta vel schedulas citationes et communicationes peractas;

5) adesse instructionibus processuum et oralibus discussionibus coram Turno pro Tribunali sedente;

6) significare, etiam scripto, iure petentibus decisionis partem dispositivam, nisi Tribunal censuerit de re secretum usque ad formalem publicationem servandum.

Art. 43

Primi Notarii erit :

1) referre statim in protocollo acta omnia et documenta, quae ad Tribunal pervenerint aut per tabelliones aut per Advocatos aut per ipsas partes, communiendo sigillo singula documenta eaque si casus ferat numerando antequam Ponenti transmittat;

2) declarare, super legitima instantia, conformitatem exemplarium cum originali restituendo exhibita documenta; utcumque requiritur venia Ponentis si authenticatio respiciat causam pendentem, aliter venia Decani;

3) repetere, significante Archivista, a Promotore iustitiae aut a Defensore vinculi acta eisdem missa, quoties intra quindecim dies archivo restituta non fuerint;

4) redigere, de consensu Moderatoris Cancellariae, mandata pecuniae solutionis exactionisve arcario tradenda;

5) perpendere quolibet exeunte mense particularem necnon generalem redditionem rationum, a ratiocinatore peracta, quod spectat aerarium Sanctae Sedis, atque dein, probante Moderatore Cancellariae, conficere mandata accepti et expensi;

6) admittere Advocatos, horis statutis, pro notitiis de statu causarum et exhibendis instantiis ;

7) substituere Moderatorem Cancellariae absentem aut impeditum.

Art. 44

§ 1. - Secundi Notarii erit :

1) custodire libros seu schedulas causarum, iuxta numerum protocolli, in quibus adnotabit exsecutionem et transmissionem omnium actorum, notificationum, citationum, etc. ;

2) adnotare in peculiari diario dies ad dubia concordanda statutos, ad testium vel peritorum excussionem, ad ferendae sententiae Turnos, necnon ad distributiones decreto Ponentis iussas ;

3) significare Ponenti Advocatos qui, ex certificatione distribuions, fatalia pro actis distribuendis statuta neglexerint.

§ 2. - Secundus Notarius insuper atque praecipue explet quae Art. 42, 2° praescripta sunt.

§ 3. - Secundus Notarius plerumque curabit ut quotannis iurisprudentiae Rotalis principia in indicem systematicum redigantur.

Art. 45

Tertii Notarii pressius erit :

1) curare regestum repertorii in quae referuntur annuali numero progressivo singulae petitiones, quae ad Tribunal perveniant, praevia certificatione praecedentium Archivi ;

2) redigere regestum officiale causarum seu protocollum, in quod referuntur causae Turnis adsignatae a Decano, cum praecipuis descriptionibus decretorum, decisionum, litterarum transmissarum aut receptarum, etc. ;

3) servare regesta *archiviationum,* decretorum incidentalium et sententiarum, apposito eisdem annuo numero progressivo iuxta diem emissionis ;

4) fungi actuarii munere in interrogatoriis nisi, ob diei pondus, aliter Moderator Cancellariae constituerit;

5) respondere de custodia atque ordine actorum secretorum, adnotando in appositis locis fasciculorum rogatorias missas et receptas ;

6) fungi quoque bibliothecam munere, curando ordinem schedularum librorum, adiuvantibus forte apparitoribus seu cursoribus Archivo addictis, et certiorem faciendo Moderatorem Cancellariae de novis libris acquirendis.

Art. 46

§ 1. - Archivista traditum tenet Archivum causarum pendentium, consulit ordini fasciculorum seu ponentiae, numerat acta inserta secundum tempus exhibitionis, eaque breviter refert in indicem eiusdem positionis.

§ 2. - Archivista constanter diebus aequata servat tria Archivi schedaria : iuxta nomina scilicet, dioeceses et Ponentes.

In quamlibet schedulam refert elementa identificationis singulae causae, decisionem finalem eiusdem, et collocationem in Archivo causarum absolutarum.

§ 3. - Iussu Ponentis, Archivista transmittit acta ad Promotorem iustitiae aut Defensorem vinculi, adnotando egressum et regressum actorum in peculiaribus schedulis et in libello traditionis cuiusque Promotoris iustitiae aut Defensoris vinculi proprio.

Post quindecim dies ab egressu causae ex Archivo, id significabit primo Notario, qui acta requirat ad normam Art. 43, 3°.

§ 4. - Statutis diebus, ab hora decima ad horam duodecimam cum dimidio, tradere poterit positiones pro studio legitimorum Patronorum, qui eas requirant scripto servando in actis, quique integras et in ordine restituant.

Archivista advigilet ne Advocati, contra vetitum eisdem factum,

retineant aliquod documentum ex positione. Tantum in causis gratuiti patrocinii, in casibus particularibus et accedente consensu Moderatoris Cancellariae, permittere potest ut iidem studii causa positiones iii domum suam ferant.

Exigat tamen ut semper restituantur Archivo non ultra sextum diem.

§ 5. - Archivista recognoscere debet fidelitatem et convenientiam actorum typis impressorum cum positionibus originalibus in Archivo servatis.

Art. 47

Ex addictis administrationi, alter munere ratiocinatoris et distributoris, alter arcarii et expeditoris fungatur.

Art. 48

§ 1. - Ratiocinatur ordinem curat librorum qui sequuntur :

1) regestum generale arcae, in quo signatur pecunia omnis quae accipitur et solvitur, debitis aut creditis simul singulis nominibus ad librum *depositorum* (v. *cassa depositi)* si agitur de causis fiduciae aut ad librum *aerarii* (v. *cassa Santa Sede)* si agitur de causis gratuiti patrocinii aut de expensis Cancellariae;

2) schedulae rationum currentium (v. *conti correnti),* in quibus pro singulis causis fiduciae et gratuiti patrocinii — in ordine protocolli — inscribuntur accepta et expensa, ex quibus, causa finita, conficietur extracta ratio Advocato tradenda aut parti explicite requirenti.

Quaelibet inscriptio referat diem, numerum mandati pecuniae acceptae aut solutae, subsignati a Moderatore Cancellariae aut a primo Notario;

3) regestum depositorum mensarum argentariarum in quo quotidie referatur quaelibet variatio secundum syngraphas ab Arcario cuilibet folio arcae adnexas. Pro omni pecuniae deductione compendiose adnotanda est in eodem regesto notitia directe Tribunali missa a mensa argentana;

4) regestum bibliothecae in quo adnotantur sive expensae pro acquisitis libris vel ephemeridibus, sive tributa alumnorum qui conse-

cuti sunt titulum advocati rotalis. Omnis acquisitio librorum, quae disposita directe non sit a Decano aut a Directore Studii Rotalis, probanda èst a Moderatore Cancellariae;

5) regestum pro funeribus institutum Chirographo Benedicti Pp. XIV f.m., pro cuius gestione valent normae eiusdem Chirographa

§ 2. - Quolibet exeunte mense Ratiocinator parat compendium rationale accepti et expensi aerarii *(Cassa Santa Sede),* quod, adprobante Decano, transmittit ad Administrationem Patrimonii Sedis Apostolicae; exeunte autem anno parat consumptivum generale accepti et expensi pro causis fiduciae, pro causis gratuiti patrocinii et pro expensis generalibus Cancellariae.

§ 3. - Ratiocinator diligenter custodiet quodvis documentum, reversale aut mandatum, quod comprobet legitimitatem cuiusvis operationis rationalis.

§ 4. - Tamquam Distributor, Ratiocinator tradet Auditoribus, Officialibus et Advocatis acta causae, defensiones, etc., adnotando factam distributionem in peculiaribus schedulis.

§ 5. - Firma capite V Normarum S. R. Rotae Tribunalis, in distributionibus faciendis serventur etiam haec criteria generalia:

1) ante distributionem, in causis fiduciae, Distributor compertum habeat Summarium et defensiones clare scripta esse atque multiplicata mediis idoneis ad perfectam lectionem, quoties Advocatus obtinuerit a Ponente veniam non adhibendi typis impressionem. Quo in casu Summarii exhibeantur saltem quadraginta exemplaria et defensionum viginti quinque ;

2) curet, insuper, cooperante Archivista, ne ullum ex asservatis in positione actis aut documentis omittatur ;

3) nisi Ponens aliud statuerit, Distributor omnia acta Auditoribus, Officialibus et Advocatis eo temporis momento distribuat quo exhibentur exemplaria Restrictus, aut, si partes in causa habeant quaeque suum Patronum, die statuta pro Restrictuum commutatione. Etiamsi exsistat Collegium defensionis cum mandato defendendi partem sive coniunctim sive seorsum, Restrictus aut Responsio aut Memoriale semper unum erit, ab omnibus Advocatis Collegium defensionis constituentibus subsignatum.

Art. 49

§ 1. - Arcarius custodit, sua alea periculoque, pecuniam (numeratam vel in titulis) et documenta servata in arcta ferrata, cuius ipse et Decanus simul habent claves. Quolibet autem in casu quantitas pecuniae numeratae in arca asservatae excedere non debet habitualiter summam lib. ital. 1.000.000.

§ 2. - Debitis cum cautionibus recipit deposita causarum fiduciae aut oblationes causarum gratuiti patrocinii, atque solvit debita Tribunalis, praevio semper mandato subsignato a Moderatore Cancellariae aut a Primo Notario. Deficiente eiusmodi mandato pecuniam solvere poterit tantum ex scripto Decani iussu.

§ 3. - Conficit quotidie *folium* arcae, Ratiocinatori tradendum pro inscriptione in regesto generali, in quo enumerabit omnes operationes diei, praebendo simul rationem de pecunia arcae numerata.

§ 4. - Pro omni deductione pecuniae ex depositis in mensis argentarnos, quae excedat lib. ital. 500.000, requiritur praevia venia Decani aut Moderatoris Cancellariae, cum definita pecuniae deductae destinatione.

§ 5. - Decanus aut ex eius delegatione Moderator Cancellariae qualibet hora et die arcae recognitionem exquirere poterit.

§ 6. - Arcarius custodit ac distribuit folia Tribunalis sigillo praedita, adnotat eorundem venditionem, et notam Ratiocinatori remittit pro inscriptione in aerario (v. *Cassa Santa Sede).*

§ 7. - Singulis mensibus Arcarius stipendia solvet omnibus qui ad Tribunal pertinent iuxta ordinem dispositum ab Administratione Patrimonii Sedis Apostolicae; idemque persolvet pariter Sanctae Sedi omne quod ei debetur iuxta redditionem rationum a Ratiocinatore confectam.

§ 8. - Arcarius, tamquam expeditor, debet :

1) consulere expeditioni citationum, scribendo earundem notificationes ;

2) vigilare ut litterae et fasciculi actorum, quae per cursores distribuuntur in Urbe, mittantur aut tradantur quibus debentur;

3) curare ut, quod mittitur extra Urbem, expediatur per tabelliones Vaticanos aut Itálicos iuxta necessitatem, adnotata transmissione ;

4) parare scriptionem completam commorationum, claudere involucra decretorum vel communicationum expediendorum, certior antea factus omnia rite subsignata esse et sigillo munita iuxta normas Tribunalis ;

5) quolibet exeunte mense parare notam notificationum a cursoribus traditarum pro solutionibus iuxta taxas a Decano probatas; itemque cum ratiocinatore perpendere expensas tabellionum eas adscribendo arcae depositorum et aerario.

Art. 50

§ 1. - In Cancellaria Tribunalis Apostolici praecipuum Addictorum munus est incumbere et parare redactionem epistularum aut notificationem actorum iudicialium, evolvendo atque explanando ea quae iubentur decretis, rescriptis, etc.

§ 2. - Addicti obligatione tenentur servandi arctissimum secretum, vel cum omnibus Tribunalis Officialibus quoties exscribant litteras aut decreta Decano reservata.

§ 3. - Addicti curabunt ut scribant sine erroribus : quare numquam scripta mittant ut subsignentur nisi prius eadem diligenter perlegerint.

Art. 51

§ 1. - Cursores, qui etiam munere apparitoris funguntur, debent :

1) notificare apud domicilium citationes aliaque acta Tribunalis, conscribendo relationem notificationis cum indicatione personae cui facta est, temporis et loci;

2) deferre cui destinantur litteras aut fasciculos aut providere per tabelliones;

3) curare munditias et ordinem aedium Tribunalis et explere omnia munia ipsis concredita ratione officii. Quolibet autem in casu non poterunt ab officio abesse, ne propter exsecutionem quidem suorum munerum, sine expressa licentia Moderatoris Cancellariae.

§ 2. - Insuper :

1) Duo Cursores custodien t etiam acta typis impressa causarum et Archivum causarum unitarum : ista collocentur in aptis involucris cum tribus exemplaribus sententiae vel decreti.

2) Tenentur insuper obligatione servandi arctissimam secretum super nominibus personarum superque factis, quorum in cognitionem pervenerint in exercitio suorum munerum.

3) Sinere non possunt ut ad sedem Archivi accedant personae Tribunali extraneae, neque tradere positiones eisdem custodiendas commissas nisi ex expressa venia Decani vel per Moderatorem Cancellariae data, exceptis quidem causae Ponente vel vinculi Defensore aut iustitiae Promotore qui in eadem intervenerint.

4) Cursor, qui has normas transgrediatur aut violaverit arctum secretum, punietur sanctionibus statutis in Ordine Generali Curiae Romanae, sub Tit. IX.

CAPUT V

DE NORMIS DISCIPLINARIBUS

Art. 52

§ 1. - In iudicio criminali semper, in contentioso autem, si ex revelatione alicuius actus praeiudicium partibus obvenire possit, vel ab ipso Tribunali secretum impositum fuerit, ' Auditores, Tribunalis administri et Auditorum secreti tenentur ad secretum officii.

§ 2. - Inviolabile etiam ab Auditoribus secretum est servandum de discussione quae in Tribunali ante ferendam sententiam habetur, itemque de suffragiis et opinionibus ibidem prolatis, pariterque super disceptatis in Collegio aut super partibus quas singuli in disceptationibus habuerunt.

Art. 53

§ 1. - Singuli S. R. Rotae Auditores, post nominationem, antequam iudicis officium suscipiant, coram universo Collegio, adstante uno ex Notariis S. Tribunalis, qui in acta referet, iusiurandum dabunt de officio rite et fideliter implendo, atque de secreto servando ad normam Articuli praecedentis.

§ 2. - Item praescriptum iusiurandum dabunt coram S. R. Rotae Decano, adstante pariter uno ex Notariis, Tribunalis administri et singuli Auditorum secreti, qui forte ab ipsis Auditoribus, probante Decano, eliguntur exclusa tamen quacumque obligatione pro Tribunali.

Art. 54

§ 1. - Auditores qui secretum violaverint, aut ex gravi neglegentia vel dolo grave litigantibus detrimentum attulerint, tenentur de damnis et ad instantiam partis laesae, vel etiam ex officio, Signaturae Apostolicae iudicio, a SS.mo confírmate, puniri possunt.

§ 2. - Tribunalis administri et Auditorum secreti qui similia egerint, pariter tenentur de damnis, et ad instantiam partis laesae, aut etiam ex officio, Rotalis Collegio iudicio, puniri possunt.

Art. 55

Firmis muneribus cuiusvis Officialis, viget principium quemque adiumento aut substitutioni esse debere conlegae absenti aut impedito, prouti Decanus opportunum duxerit, sine ulla speciali remuneratione.

Hoc principium applicatur etiam quoties Decanus designaverit Officialem munus obeuntem in officio quod suo titulari vacat.

Art. 56

Omnes Tribunali addicti (sive Officiales sive inferiores Administri) vetantur admittere extraneos intra officia Cancellariae, non exclusis Advocatis, Procuratoribus, Defensoribus vinculi deputatis, peritis, et interpretibus.

Art. 57

Pro horario et absentiis ab officio vigent Articuli 42, 45 et 47 Ordinis Generalis Curiae Romanae.

Art. 58

Attenta peculiari natura atque ratione Tribunalis S. R. Rotae, aestivae feriae pro Auditoribus, Officialibus et inferioribus Administris erunt, sicuti fieri consuevit, simul cum clausura officiorum per triginta dies continuos, firmis peculiaribus statutis Ordinis Generalis Curiae Romanae sub Art. 50, 51, 52 et 54.

CAPUT VI

DE ADVOCATIS ET PROCURATORIBUS

Art. 59

Praeter articulos sequentes, vigent statuta in Ordine Generali Curiae Romanae, Appendix I, nn. 5-6-7.

Art. 60

§ 1. - Advocati proprii et nativi S. R. Rotae sunt advocati consistoriales. Iure advocandi vi officii fruuntur quoque procuratores SS. PP. AA.

§ 2. - Admittuntur tamen et alii, sive sacerdotes sive laici, qui, laurea doctorali saltem in iure canonico donati ab aliqua studiorum Universitate vel Facultate iuridica ab Apostolica Sede adprobata, post triennale tirocinium expletum iuxta statutas normas, facto experimento coram Rotali Collegio, ab eodem idonei reperti sint, diploma advocatorum acceperint, a S. R. Decano et ab uno ex Notariis subsignatum, ac iusiurandum coram Rotali Collegio dederint de munere ex conscientia implendo.

Art. 61

Qui in Urbe fixam non habent moram causarum patrocinium suscipere poterunt. At procuratoris munus ii tantum exercere valent qui et advocati rotales sunt, et Urbem continenter incolunt.

Art. 62

§ 1. - Procuratores et advocati in causis agendis coram S. R. Rota tenentur servare tum communes leges canonicas tum normas huius Tribunalis proprias.

§ 2. - Tenentur insuper de mandato Decani gratuitum patrocinium aut gratuitam adsistentiam praebere iis quibus Tribunal hoc beneficium concesserit.

Art. 63

Firmo praescripto Art. 22 procuratores et advocati qui officio defuerint, poterunt a S. R. Rota reprehensionis nota inuri, poena pecuniaria mulctari; suspendi, vel etiam ex albo advocatorum expungi, audito tamen Collegio advocatorum consistorialium.

Art. 64

Procuratorum advocatorumque emolumenta non alia admittantur, quam quae sunt probata.

TITULUS III

DE ORDINE IUDICIARIO IN S. R. ROTA SERVANDO

Art. 65

Applicentur Normae S. R. Rotae Tribunalis, editae anno 1934, Tit. III, De ordine iudiciario, Art. 59-185, donec recognitae eaedem fuerint iuxta novum Codicem Iuris Canonici.

APPENDIX

DECRETUM
DE ORDINARIO STUDIO SACRAE ROMANAE ROTAE

Nihil antiquius habuit Sacra Romana Rota, quam ut sua florerent Studia, quibus non parvum decus et honorem in iuris historia sibi comparavit.

Non est igitur mirum quod, vix in pristinum exercitium revocata, Sacra Rota summam curam egerit in novo Studio instaurando, Ordinatione die 21 Decembris 1911 lata.

Etiam Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, de matrimonii sacramento apprime sollicita, novam edens Instructionem die 15 Augusti 1936, haec scribenda : « Hinc Sanctae Sedis mens est, et hoc Rev.mi Ordinarii probe noscant, ut electi iuvenes, doctorali saltem in iure canonico in hac Alma Urbe laurea decorati, praesertim apud Studium Sacrae Romanae Rotae, ad processus rite conficiendos atque ad recte iudicandum erudiantur, iustitia ac veritate ducibus».

Quo pressius igitur et Sanctae Sedis menti, et tribunalium ecclesiasticorum dignitati, et animarum saluti satisfiat. Sacrae Rotae visum est pro antiqua Ordinatione, quae iam in nonnullis obsoleta evaserat, praesentem Ordinationem substituere, novorum temporum necessitatibus magis accommodatam.

I

Apud Sacram Romanam Rotam extat Studium, quod per triennium frequentare tenentur omnes qui ad titulum Procuratoris et Advocati Rotalis assequendum adspirant.

II

Studium regitur sub auctoritate et vigilantia Decani Sacrae Romanae Rotae.

III

Proponente Decano, Collegium Auditorum Studii Moderatorem elegit ad quinquennium inter Auditores secreto scrutinio, idemque submoderatorem et Secretarium eligere potest, illum e Patribus Auditoribus, hunc ex officialibus Sacri Tribunalis.

IV

Omnes docentes ex Auditoribus potissimum eligantur, iidemque- a Decano de consensu Collegii ad quinquennium nominentur.

V

Traduntur in Studio sequentes disciplinae :

1) Deontologia iudicialis, seu Theologia moralis officiis Tribunalis applicata;

2) Iurisprudentia de variis iuris canonici partibus, praesertim vero de iure matrimoniali, poenali, processuali et de causis Sanctorum ;

3) Praxis officiorum Tribunalis et iustitiae administrativae in Ecclesia.

Methodus in Studio adhibita ea est quae per exercitationes et discussiones praesertim peragitur.

VI

Ad Studii Moderatorem spectat praescriptas disciplinas ordinare ac distribuere, quae ad rectum Studii ductum conferunt disponere, de Studiis statu et condicione Decano referre nec non suggerere quae ad eiusdem profectum conferre videantur.

VII

Ad Studii Submoderatorem pertinet, adiuvare Moderatorem in Studio regendo, documenta ad Studium pertinentia colligere, et generaliter curare ut Moderatoris praecepta perfectam exsecutionem accipiant.

VIII

In Studium adscribi possunt clerici, sive saeculares sive religiosi, et laici, licentia saltem in iure canonico aucti, et a suo Ordinario commendati. Nemo autem ad examen Procuratoris seu Advocati admittitur, nisi lauream saltem in Iure canonico fuerit consecutus in Universitate studiorum vel Facultate a Sancta Sede agnita.

Qui vero gradu baccalaureatus saltem in Iure canonico donatus fuerit, et Studium frequentare cupiat, neque ad titulum Procuratoris seu Advocati Rotalis adspiret, a Decano petere potest ut tamquam Auditor extraordinarius admittatur.

IX

Adscriptio in Studium Decani iudicio reservatur.

Adscripti tenentur semel iusiurandum emittere iuxta suetam formulam ; et de praestito ab unoquoque iureiurando notarius refert in acta.

X

§ 1. - Adscripti in Studium debent interesse exercitationibus, studere causis sibi commissis, promere vota, illustrare quaestiones sibi

propositas, pervestigationes suggestas perficere in bibliotheca, et perficere alia eiusmodi; iidem assistere possunt oralibus disputationibus, nisi Decanus vel Ponens id prohibuerint.

§ 2. - Perfecto quolibet opere, iidem tenentur summaria et quaecumque alia acta, quae apud se habeant, tribunali restituere.

XI

De alumnorum experimentis Docentes iudicium proferunt et regesto inserunt; scripta vero iudicia et alumnorum pensa una cum regestis, in Studii archivo servatur.

XII

Expleto quolibet curriculi anno, ac peculiari facto periculo, Docentes de singulorum alumnorum diligentia, adsiduitate, navitate ac merito scriptum iudicium proferunt, itemque declarant an eos idoneos repererint ut ad sequentem annum promoveantur; promotio vero a Decano decernitur audito Moderatore Studii.

XIII

§ 1. - Absoluto triennali curriculo, cunctisque examinibus annualibus superatis, candidatus petere potest a Decano ut examini scripto subiciatur coram Collegio Rotali, ad titulum Advocati Rotalis assequendum.

§ 2. - Si in dicto examine satisfecerit, candidatus, praestito iureiurando coram Rotali Collegio vel Decano, diplomate Advocati Rotalis donatur et ad exercenda munera Procuratoris et Advocati admittitur.

ALLEGATO I

FACOLTÀ STRAORDINARIE

DI S. E. IL DECANO DELLA SACRA ROMANA ROTA

Sua Santità Giovanni Paolo II nell'udienza del 26 luglio 1981 concessa all'Eni.mo Cardinal Segretario di Stato si è degnata rinnovare e confermare a S. E. il Decano di questo Tribunale Apostolico, le seguenti facoltà straordinarie nei limiti e modalità qui appresso descritte :

1) Aggiungere nuovi dubbi a quelli già discussi nelle precedenti istanze, di modo che la S. R. Rota, Tribunale di Appello, sia competente a giudicare anche in prima istanza;

2) Vedere subordinatamente «super matrimonio rato et non consummato », a meno che sulla questione la S. Congregazione per i Sacramenti « manus iam apposuerit » ;

3) Dispensare dalle leggi canoniche di procedura e sanare gli atti nei quali le predette leggi fossero state violate dai Tribunali inferiori : omettere la citazione della parte convenuta, la quale, già a conoscenza del processo, non può essere canonicamente citata, perché residente in un territorio difficilmente accessibile per ragioni politiche ; sanare atti di procedura, nulli perché assenti il Difensore del Vincolo e il No taro per ragioni delle distanze, per mancanza di clero o per altre cause;

4) Avocare al giudizio della S. Romana Rota una causa già pendente presso i Tribunali Ordinari, quando avendo la medesima S. Rota apposte le mani in questioni incidentali riguardanti la causa stessa, fossero emerse irregolarità così gravi da fare ritenere pregiudicato il successivo giudizio di merito se pronunciato dai Tribunali inferiori.

Tali facoltà, che saranno applicate sentito il parere favorevole del Turno Giudicante, in caso d'impedimento dell'Ecc.mo Decano, sono « ipso iure », negli stessi limiti e modalità, devolute al Prelato Uditore più anziano.

ALLEGATO II

TABELLA ORGANICA DEL PERSONALE DEL TRIBUNALE DELLA SACRA ROMANA ROTA

I. - Ufficio della Promozione della Giustizia e Difesa del vincolo:

Promotore di Giustizia	n. 1
Difensore del Vincolo	n. 3
Promotore di Giustizia Sostituto e Difensore del Vincolo Cause Orientali	n. 1

II. - Ufficio della Cancelleria:

Capo della Cancelleria (Capo Ufficio)	n. 1
Notari	n. 3
Addetti	n. 7
Subalterni	n. **4**
Totale	n. 20

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 11 Marzo 1982, S. E. il Signor VIGNIKO **A.** AMEDEGNATO, **Ambasciatore del Togo presso la Santa Sede.**

Giovedì, 1 Aprile 1982, S. E. il Signor Mark Evelyn Heath, Ambasciatore di Gran Bretagna presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Sabato, 20 Marzo 1982, S. E. il Signor LEOPOLDO CALVO SOTELO, **Presidente del Governo Spagnolo.**

Lunedì, 29 Marzo 1982, S. E. il Generale MOHAMED SIAD BARRE, **Presidente della Repubblica Democratica Somala.**

Venerdì, 12 Marzo 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio ad Assisi, in Italia.

Mercoledì, 17 Marzo 1982, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunito il Consiglio di Cardinali per lo studio dei problemi organizzativi ed economici della Santa Sede.

Venerdì, 19 Marzo 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Livorno, in Italia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

28 febbraio 1982. S. E. Mons. Jean Jadot, Pro-Presidente del Segretariato per i non Cristiani, *Membro del Segretariato per i non credenti.*

» » » S. E. Mons. Paul Poupard, Pro-Presidente del Segretariato per i non credenti, *Membro del Segretariato per i non Cristiani.*

28 febbraio 1982. Mons. Pietro Rossano, Segretario del Segretariato per i non Cristiani, *Consultore del Segretariato per i non eredenti.*
11 marzo » P. Jordan Gallego Salvadores, O. P., *Segretario del Segretariato per i non credenti.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

24 novembre 1981. Mons. Peter Morsch (Amarillo).
21 dicembre » Mons. Luigi Folchini (Cremona).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

4 febbraio 1981. Mons. Iozef Zlatñansky (Trnava).
29 maggio Mons. Paul Labelle (St.-Jérôme).
» » Mons. Fernand Dagenais (St.-Jérôme).
luglio Mons. Ioannes Gickler (Köln).
» Mons. Hubert Henze (Köln).
» Mons. Karl Sauer (Köln).
» Mons. Ludwig Schöller (Köln).
7 novembre Mons. Leopold Tumulak (Cebú).
Mons. Thomas Villamor (Cebú).
» Mons. Riccardo Juan Vetter (Santo Tomé).
» Mons. Gerard Lange (Berlin).
» Mons. Adolph J. Heeker (Salina).
» Mons. Edward J. Sander (Salina).
» Mons. Ioseph E. Weimer (Salina).
» Mons. Clement S. Kruse (Salina).
» Mons. Emil E. Sinner (Salina).
» Mons. Ignatius J. Manzo (Salina).

Cappellani di Sua Santità:

25 maggio 1981. II sac. Erwin Winter (Köln).
» » » II sac. Peter Paas (Köln).
24 novembre » II sac. Ioachim Finke (Berlin).
28 » » II sac. Luigi Mani (Pavia).
» » » II sac. Angelo uomini (Pavia).
» » » II sac. Gianfranco Poma (Pavia).
» » » II sac. Francesco Zanacchi (Pavia).
5 dicembre » II sac. Norbert Trippen (Köln).
9 » » II sac. Carlo Rocchetta (Prato).
8 gennaio 1982. II sac. Romolo Forte (Campobasso).
28 » » II sac. Pietro Piva (Albano).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

4 dicembre 1981. Al sig. Eduardo J. Montilla *(Filippine).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

29 aprile 1980. Al sig. Bernardo Meli (Roma).
7 ottobre 1981. Al sig. Colm G. M. O'Floinn *(Irlanda).*
16 gennaio 1982. Al sig. Ettore Barbalucca *(Italia).*
22 » » Al sig. Giuseppe Perrucchetti (Brescia).
5 febbraio » Al sig. Hiroshi Mitsuya *(Giappone).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

7 novembre 1981. Al sig. Enrique David Navarro (Cebú).
10 » » Al sig. M. Henricus A. Moors (Roermond).
14 » » Al sig. Cornelius Henricus Petrus de Bakker (Bois-Le-Duc).
» » » Al sig. Arnoldus Ioannes Iosephus Pfeil (Bois-Le-Duc).
8 gennaio 1982. Al sig. Luigi Pezzini (Albenga - Imperia).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21 ottobre 1981. Al sig. Renaty J. Th. Steegh (Roermond).
» » » Al sig. Ioannes Villelmus Schoenmakers (Roermond).
30 » » Al sig. Franciscus Coral *(Paesi Bassi).*
6 novembre » Al sig. Marinus Leonardus Antonius van de Laar (Bois-Le-Duc).
7 » » Al sig. Cornelius Petrus Iacobus Tel (Bois-Le-Duc).
14 » » Al sig. Theodorus Hendrikus Bonants (Bois-Le-Duc).
» » » Al sig. Iosephus Ioannes Villelmus T. De Kanter (Bois-Le-Duc).
28 » » Al sig. Carletto Mariconti (Pavia).

NECROLOGIO

8 marzo 1982. Mons. Henry Jenny, Arcivescovo già di Cambrai (Francia).
11 » » Mons. Gabriel Paulino Bueno Couto, O. Carm., Vescovo di Jundiaí *(Brasile).*
19 » » Mons. Christopher J. Weldon, Vescovo già di Springfield in Massachusetts *(Stati Uniti d'America).*
22 » » Card. Pericle Felici, del Titolo di Sant'Apollinare.
28 » » Mons. Manuel Antonio Rodríguez Rozas, Vescovo già di Pinar del Rio *(Cuba).*

An. et vol. LXXIV 10 Maii 1982 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

Precatio Ioannis Pauli Pp. II, Feria V in Cena Domini anno MCMLXXXII recurrente, universis Ecclesiae Sacerdotibus destinata.

Dilecti Nobis fratres in sacerdotio,

A MINISTERII NOSTRI, ut universalis Ecclesiae Pastoris, exordio desiderio sumus affecti ut Feria V in Cena Domini quotannis sit peculiaris vobiscum coniunctionis spiritalis dies, quo preces, sollicitudines pastorales, spes vobiscum communicemus, magnanimum vestrum ac fidele incitemus ministerium, totius Ecclesiae nomine gratias vobis referamus.

Hoc vero anno epistulam vobis non inscribimus, sed precationem mittimus, fide veluti dictatam et enatam ex corde, quam una vobiscum Christo adhibeamus ipso natali die sicut Nostri ita et vestri sacerdotii et ut communem meditationem proponamus, eadem illa collustratam et sustentatam.

Utinam unusquisque vestrum « resuscitet donationem Dei, quae est in eo per impositionem manuum » (cfr. *2 Tim* 1, 6) novatoque regustet ardore gaudium quia totum se tradidit Christo.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxv mensis Martii, in Sollemnitate Annuntiationis Domini, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PAULUS PP. II

I

1. Ad te, Christe in Cenáculo et in Calvariae loco, convertimur hoc die ipso, qui nostri est sacerdotii celebritas.

Ad te convertimur nos omnes — Episcopi ac Presbyteri — nostrarum in Ecclesiarum coetibus sacerdotalibus collecti simulque in sanctae et apostolicae Ecclesiae universali unitate colligati.

Maioris Hebdomadis Feria V est *natalis sacerdotii nostri dies*. Hoc ipso die nos omnes nati sumus. Quem ad modum filius quidem ex matris nascitur utero, ita profecto ex tuo, Christe, unico orti sumus aeternoque sacerdotio. In gratia nati sumus virtuteque novi et aeterni Foederis — de Corpore ac Sanguine redimentis sacrificii tui: de Corpore, quod «pro nobis datur et de Sanguine, qui « pro nobis omnibus effunditur ».[2]

In novissima nati sumus Cena simulque sub Cruce in Calvariae loco : ibi videlicet, ubi novae vitae profluit *fons* cultorumque Ecclesiae Sacramentorum, principium pariter invenitur presbyteratus nostri.

Una etiam cum universo Dei Populo Novi Foederis sumus enati, quem tu, Filius dilectionis Patris,[3] fecisti « Regnum, sacerdotes Deo et Patri tuo ».[4]

Vocati sumus tamquam *ministri* huius Populi, qui ad ter Sancti Dei aeterna tabernacula defert suas « spiritales hostias ».[5]

Est enim sacrificium eucharisticum « totius vitae christianae fons et culmen ».[6] Unum nempe sacrificium est, quod omnia complectitur. Bonum Ecclesiae maximum est, immo et ipsius vita.

[1] Cfr. *Lc 22,* 19.
[2] Cfr. *Mt* 26, 28.
[3] Cfr. *Col* 1, 13.
[4] Cfr. *Apc 1,* 6.
[5] *1 Pe 2,* 5.
[6] Const. dogm. *Lumen gentium,* 11.

Gratias tibi, Christe, agimus:

— quod nos ipse elegisti singulariterque sacerdotio tuo iunxisti atque indelebili charactere insignivisti, unde idoneus quisque nostrum redditur qui tuum ipsius offerat sacrificium velut totius sacrificium Populi: reconciliationis sacrificium, quo Patri te ipsum sine intermissione offers atque in te hominem et mundum;

— quod Eucharistiae nos effecisti ministros tuaeque condonationis, tum etiam tui muneris evangelizandi participes ac servos Populi Foederis Novi.

II

2. Domine Iesu Christe! Cum illa Feria V te ex eorum consortione subducere deberes, « quos in finem dilexisti »,[7] iis promisisti Spiritum veritatis. Dixisti: « ... expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos ».[8]

Abiisti dein per Crucem faciens te « oboedientem usque ad mortem »[9] atque « exinaniens te ipsum »[10] ob amorem, quo nos ad extremum dilexisti; sic igitur post resurrectionem tuam *datus Ecclesiae Spiritus Sanctus est,* qui venit et « mansit » in ea « in aeternum ».[11]

Spiritus quidem est, qui « virtute Evangelii iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam tecum unionem perducit ».[12]

Conscii proinde nobis omnes — quisque id est nostrum — per Spiritum Sanctum, in virtute Crucis tuae et Resurrectionis operantem, recepisse nos ministeriale sacerdotium ut hominum generis causae salutis serviremus tua in Ecclesia,

[7] Cfr. *Io* 13, 1.
[8] *Io* 16, 7.
[9] Cfr. *Philp* 2, 8.
[10] Cfr. *Philp* 2, 7.
[11] Cfr. *Io* 14, 16.
[12] Cfr. Const. dogm. *Lumen gentium,* 4.

— flagitamus hoc ipso die, tam nobis sancto, *perpetuam renovationem* tui in Ecclesia sacerdotii per ipsum Spiritum tuum, cuius est facere ut omni historiae aetate « iuvenescat » dilecta haec Sponsa tua;

— rogamus ut quisque nostrum suo reperiat in animo et indesinenter vita sua confirmet veram significationem, quam ipsius vocatio sacerdotalis tum ei praebet tum hominibus cunctis,

— ut modo usque maturiore oculis fidei perspiciat veram rationem et pulchritudinem sacerdotii,

— ut in actione permaneat gratiarum pro vocationis dono uti haud merita gratia,

— ut agens ita perpetuo gratias, roboretur in fidelitate erga illud donum sacrum, quod, gratuitum cum usquequaque sit, tanto eum magis obstringit.

3. Tibi etiam referimus nos grates, quoniam tibi nos ut Sacerdotii tui ministros conformavisti et destinavisti ad tuum aedificandum Corpus, Ecclesiam scilicet, non modo per Sacramentorum administrationem, verum etiam et quidem in primis *per nuntiationem tui « verbi salutis »*,[13] dum pariter nos consortes reddidisti tuorum, ut Pastoris, officiorum.

Grati sumus tibi quod in nobis fiduciam collocavisti, quamquam nostra obstabat debilitas fragilitasque humana, atque ipso in Baptismo infudisti nobis vocationem gratiamque perfectionis singulis diebus consequendae.

Precamur ut munia sacra nostra persolvere semper sciamus secundum mensuram cordis puri rectaeque conscientiae, ut tibi simus «in finem fideles», qui nos «in finem dilexisti».[14]

Utinam in animos nostros ne illae irrepant sententiae et opiniones, quae momentum deminuunt sacerdotii ministerialis, iudicia illa et proclivitates, quae ipsam feriunt naturam sacrae

[13] Cfr. *Act* 13, 26.
[14] Cfr. *Io* 13, 1.

vocationis ac ministerii, ad quod tu, Christe, nos in tua vocas Ecclesia.

Cum Feria V illa, qua Eucharistiam instituisti et Sacerdotium, eos relinqueres, quos in finem dilexeras, pollicitus illis es alium « Paraclitum ».[15] Fac ut idem Paraclitus — « Spiritus veritatis »[16] — nobiscum versetur suis cum muneribus sanctis! Ut eius nobiscum sit sapientia et intellectus, scientia et consilium, fortitudo, pietas ac timor Dei sanctus, unde semper dispicere valeamus ea quae a te proficiscuntur, eaque discernere quae a « spiritu mundi »,[17] immo vero etiam a « principe mundi huius »[18] oriuntur.

4. Fac ne Spiritum tuum « contristemus »[19]

— exigua fide nostra parumque prompta voluntate testandi Evangelii tui « in opere et veritate » ;[20]

— saeculari affectione atque cupiditate nos omnibus modis « conformandi huic saeculo » ;[21]

— defectu demum illius caritatis, quae « patiens est, benigna ... », quae « non inflatur.... » et « non quaerit, quae sua sunt...», quae «omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet » ; illius nempe caritatis, quae « congaudet veritati » solique veritati.[22]

Fac ne Spiritum tuum « contristemus »

— quacumque re, quae secum importat tristitiam interiorem animaeque impedimentum,

— quacumque re, quae gignit dubitationes paritque dissensiones,

— quacumque re, quae nos reddit omni tentationi obnoxios,

[15] *Io* 14, 16.
[16] *Io* 14, 17.
[17] Cfr. *1 Cor* 2, 12.
[18] Cfr. *Io* 16, 11.
[19] Cfr. *Eph* 4, 30.
[20] *1 Io* 3, 18.
[21] Cfr. *Rom* 12, 2.
[22] *1 Cor* 13, 4-7.

— quacumque re, quae se exhibet uti voluntatem abscondendi coram hominibus proprium sacerdotium et omne ipsius vitandi exterius signum,

— quacumque re demum, quae adducere possit tentationem fugiendi praetexto « libertatis iure ».

Fac, quaesumus, ne plenitudinem ac divitias libertatis nostrae extenuemus, quam nos honestavimus et perfecimus, cum tibi nos traderemus donumque sacerdotii acceptaremus !

Fac ne libertatem seiungamus nostram a te, cui eiusdem gratiae ineffabilis munus debemus!

Fac ne Spiritum tuum « contristemus » !

Concede nobis ut *illo diligamus amore, quo Pater tuus* « dilexit mundum », cum « Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam ».[23]

Ipso hoc die, quo Ecclesiae tuae Spiritum veritatis caritatisque ipse es pollicitus, universi nos, dum consociamur cum iis qui Novissimae Cenae tempore primi a te receperunt Eucharistiae celebrandae officium, exclamamus:

« Emitte Spiritum tuum ... et renova faciem terrae »,[24] terrae quoque sacerdotalis illius, quam reddidisti fertilem Corporis et Sanguinis sacrificio, quod singulis diebus in altari rénovas per manus nostras in vinea Ecclesiae tuae.

III

5. Omnia hodie nobis loquuntur de hac caritate, qua « dilexisti Ecclesiam et te ipsum tradidisti pro ea, ut illam sanctificares ».[25]

Per redimentem namque amorem ultimi tui extremique doni sponsam fecisti Ecclesiam tuam, quam in viis terrestrium

[23] *Io* 3, 16.

[24] Cfr. *Ps* 104 (103), 30.

[25] Cfr. *Eph* 5, 25 s.

ipsius experientiarum deducis ut eam praepares ad « nuptias Agni »[26] aeternas « in domo Patris ».[27]

Sponsalis hic Redemptoris amor, salvificum hic Sponsi amor frugifera efficit cuncta « dona hierarchica et charismatica », quibus Spiritus Sanctus « instruit ac dirigit » Ecclesiam.[28]

Num vero, Domine, de hoc tuo licet nobis dubitare amore?

Quicumque se duci sinit viva fide in Ecclesiae Conditorem, num de hoc fortasse dubitare potest amore, cui omnem suum debet Ecclesia spiritalem vigorem?

Dubitari num forte licet:

— quin valeas tu cupiasque Ecclesiae tribuere veros « dispensatores mysteriorum Dei »[29] atque in primis veros Eucharistiae ministros?

— quin valeas cupiasque exsuscitare in hominum animis, praesertim iuvenum, charisma sacerdotalis ministerii, quem ad modum in ipsa Ecclesiae traditione est susceptum atque impletum?

— quin valeas cupiasque iisdem in animis exsuscitare, una cum sacerdotii desiderio, etiam promptam voluntatem doni caelibatus accipiendi propter Regnum Caelorum, de quo antehac testatae sunt et hodie adhuc testantur tot generationes sacerdotum in catholica Ecclesia?

Num decet — adversus recentis Concilii Oecumenici atque Synodi Episcoporum voces — pergere nihilominus vociferan Ecclesiam debere hanc respuere traditionem et hanc hereditatem?

Nonne, contra, nos sacerdotes oportet magnanimi laetique vivendo perficiamus officium nostrum ac testificatione et actione nostra conferamus ad hanc praeclaram vitae formam dissemi-

[26] Cfr. *Apc* 19, 7.

[27] *Io* 14, 2.

[28] Cfr. Const. dogm. *Lumen gentium,* 4.

[29] *1 Cor* 4, 1.

nandam? Nonne nostrum est curare ut ventura aetate numerus presbyterorum Populo Dei inservientium augeatur, omnibus viribus annitendo ut vocationes iterum suscitentur, et sustentando operam pernecessariam Seminariorum, ubi ad sacerdotium ministeriale vocati ad donum, quo se totos Christo tradant, congruenti ratione componantur?

6. In hac Feriae V in Cena Domini meditatione fratribus Nostris hanc ponere audemus interrogationem, quae longe quidem progreditur, quoniam videtur ipse hic sacer dies a nobis exposcere *plenam absolutamque sinceritatem coram te,* Sacerdos aeterne ac bone animarum nostrarum Pastor!

Ita est. Dolemus sane quod tempore hoc Concilium subsecuto, quo copiosa sine dubio fermenta egregia effloruerunt et tot laudabilia incepta sunt effecta, renovationis spiritalis omnium Ecclesiae partium et ordinum uberes causae, ex contrario tamen emersit quoddam animorum discrimen atque haud raro scissurae quaedam apparuerunt.

Atqui ... quovis in discrimine num de tuo possumus dubitare amore? de illo, inquimus, amore, quo « dilexisti Ecclesiam et te ipsum tradidisti pro ea? ».[30]

Idem hic amor et potentia Spiritus veritatis nonne multo sunt maiores qualibet humana infirmitate, etiam cum dominari haec videtur, immo vero cum sibi sumit esse « progressionis » signum?

Quem Ecclesiae largiris, amor destinatur semper ad hominem debilem profecto obnoxiumque infirmitatis propriae consectariis. Verum *tu numquam ab hoc discedis amore,* qui hominem et Ecclesiam erigit, dum utrique certa imponit postulata.

Licetne hunc « imminuamus » amorem? Nonne toties deminuimus eum quoties propter hominis debilitatem affirmamus dimittenda esse postulata, quae ipse proponit?

[30] Cfr. *Eph* 5, 25.

IV

7. « Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam ... ».[31]

Feria V in Cena Domini, quae natalis est dies sacerdotii nostrum cuiusque, cernimus fidei oculis omnem huius amoris immensam magnitudinem, qui in paschali Mysterio te fieri iussit ((oboedientem usque ad mortem » — quo etiam sub lumine melius nostram perspicimus indignitatem.

Sentimus quanto hodie magis quam alias umquam necesse sit dicamus: «Domine, non sum dignus...».

Revera « servi inutiles sumus ».[32]

Attamen comprehendere studemus hanc nostram indignitatem et « inutilitatem » eo cum candore, qui *homines nos reddat permagnae spei.* « Spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis ».[33]

Hoc Donum verus est reapse fructus tui amoris, proventus nempe Cenaculi atque Calvariae.

Fides igitur spes et caritas esse debent consentanea regula iudiciorum nostrorum similiterque inceptorum.

Hoc ideo die, quo instituta est Eucharistia, obsecramus te maximo quo valemus affectu humilitatis totoque animi ardore ut celebretur ipsa per orbem terrarum a ministris ad hoc vocatis *ne ulla discipulorum et confessorum tuorum communitas* sanctissimo hoc privetur sacrificio et spiritali alimento.

8. Eucharistia est ante omnia donum Ecclesiae datum. Inenarrabile donum. Sacerdotium quoque *donum* est Ecclesiae factum, respectu *Eucharistiae habito.*

Cum igitur hodie dicitur : communitati ius est ipsius Eucharistiae, reminiscendum potissimum est te discipulos tuos esse

[31] *Mt* 9, 38.
[32] *Lc* 17, 10.
[33] *Rom* 5, 5.

cohortatum ut « rogarent Dominum messis ut mitteret operarios in messem suam ».[34]

Nisi cum animi fervore « rogatur », nisi omnibus viribus contenditur ut ad communitates mittat Dominus ministros bonos Eucharistiae, num affirmari licet interiore cum persuasione « communitati ius esse »... ?

Si autem ius ei e s t i u s ideo etiam doni est! Neque potest donum ita tractari quasi donum non sit. Sine intermissione precandum est ut tale donum recipiatur. Flexis genibus petatur oportet.

Opus itaque est — cum constet maximum Eucharistiam esse Domini donum Ecclesiae factum — ut *sacerdotes poscantur,* quoniam sacerdotium etiam donum est Ecclesiae datum.

In hac Feria V in Cena Domini, congregati in sacerdotalibus nostris congressibus una cum Episcopis, obtestamur te, Domine, ut magis magisque pervadamur ipsi excelsitate doni, quod est tui Corporis et Sanguinis Sacramentum.

Effice praeterea ut, animis concinentes cum gratiae oeconomia legeque doni, indesinenter « rogemus Dominum messis » ; et ut invocatio nostra ex pectoribus puris profluat, in quibus videlicet simplicitas sinceritasque verorum discipulorum inveniantur. Tunc enim, *Domine, non repudiabis* preces nostras.

9. Ad te clamare debemus voce adeo valida, qualem magnitudo rei atque eloquentia ipsius necessitatis temporum flagitant. Et sic implorantes clamamus.

Cognoscimus tamen id : « quid rogemus, sicut oportet, nescimus ».[35] Nonne ita res sese habent, quia hic quaestio agitur nos tantopere superans? Verum haec nostra quaestio et difficultas est. Neque alia ulla est tam nostra quam haec ipsa.

Feria V in Cena Domini nostra est celebritas.

[34] Cfr. *Mt* 9, 38.

[35] *Rom* 8, 26.

Cogitamus simul illas regiones, quae iam « albae sunt ad messem ».[36]

Qua de causa fore confidimus ut « *Spiritus adiuvet infirmitatem nostram* », qui « interpellat gemitibus inenarrabilibus ».[37]

Spiritus enim semper est qui « iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit ».[38]

10. In Cenáculo Feriae V illius haud certo scitur afüeritne *Mater* tua. Nihilominus te precamur, potissimum ipsa simul pro nobis intercedente. Quidnam ei carius esse potest proprii Filii Corpore et Sanguine, Apostolis concredito in Mysterio eucharistico — Corpore scilicet et Sanguine, quae manus sacerdotales nostrae continenter offerunt in sacrificium « pro mundi vita»?[39]

Per eam propterea, hodie potissimum, gratias tibi agimus, *per eam* flagitamus

— ut Spiritus Sancti virtute nostrum renovetur sacerdotium,

— ut in eo semper vigeat humilis sed efficax securitas vocationis ac missionis,

— ut augescat sacri ministerii alacritas.

Christe in Cenáculo et in Calvariae loco! universos suscipe nos omnes, qui anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo sumus Sacerdotes, mysterioque Feriae V in Cena Domini nos rursus sanctifica. Amen.

[36] *Io* 4, 35.
[37] *Rom* 8, 26.
[38] Const. dogm. *Lumen gentium*, 4.
[39] *Io* 6, 51.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

FOEDERATAE CIVITATES AMERICAE SEPTEMTRIONALIS

Exarchatus Apostolicus pro fidelibus ritus Chaldaici commorantibus in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius consuleretur spirituali bono atque regimini Catholicorum Chaldaeorum qui labente temporis cursu, varias ob necessitudines propriis regionibus relictis, novam residentiae et operis sedem in hospitalibus terris Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis invenerunt, Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, praehabito consilio Venerabilis Fratris Pauli II Cheikho, Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum, una cum eius Synodo, necnon Conferentiae Episcopalis memoratae Dicionis Praesidis, postulavit ut pro istis fidelibus ritus Chaldaici Exarcatus Apostolicus constitueretur. Nos igitur, re in Audientia hodie a Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis relata, enixis votis cupientes obsecundare, hisce nunc Litteris deque plenitudine Nostrae potestatis Exarchatum Apostolicum pro fidelibus ritus Chaldaici in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis commorantibus constituimus decernentes ut exarchales Consultores qui Praesuli una cum Syncello assint, ad normas canonicas eligantur atque mensa exarchalis sive fidelium oblationibus, sive statutis tributis paroeciarum ritus Chaldaici, sive redditibus bonorum deinceps obvenientium efficiatur. Denique has Apostolicas sub plumbo Litteras ratas esse nunc et in posterum volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. **RUBIN**
S. Congr. pro Ecclesiis Orient. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco 83 **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 81863..

II

PINNEN.-PISCARIEN.

Cathedralis Ecclesia Pinnensis-Piscariensis ad honorem Sedis metropolitanae cui nomen Piscariensis-Pinnensis evehitur simulque ecclesiastica Provincia nomine ita mutato iam nunc et in posterum appellanda ex integro illic constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad maiorem quidem spectantes utilitatem Christifidelium in regionibus Aprutina ac Molisina degentium, sacrorum Antistites pastoresque eis praepositi haud ita pridem ab Apostolica hac Sede poposcerunt ut, ad mentem ipsius Decreti « Christus Dominus» sub n. 40, tum dioecesis Pinnensis-Piscariensis ad Sedis metropolitanae gradum eveheretur tum nova Provincia ecclesiastica constitueretur. Item petivit Episcopus talis Ecclesiae ut eiusdem insuper appellatio, ratione habita dioecesanae maioris momenti portionis et quidem ipsius urbis frequentius habitatae, in Piscariensem-Pinnensem idcirco commutaretur. Quapropter, cum et constet commune optatum in ipsis eorum votis esse, quorum interest vel interesse censetur, legitimis de his rebus precibus Nobis adhibitis concedendum esse decernimus atque de plenitudine Apostolica potestatis Nostrae ea, quae sequuntur, per has Litteras statuimus et iubemus. Cathedralem Ecclesiam, quam diximus, Pinnensem-Piscariensem, hucusque Apostolicae Sedi immediate subiectam, nunc ad Ecclesiae metropolitanae dignitatem extollimus eique et nomen mutamus in Piscariensem-Pinnensem, et iura et privilegia conferimus, quae ad ius commune omnium huiusmodi dignitatis Ecclesiarum sunt propria. Uno vero eodemque tempore ecclesiasticam Provinciam, cui nomen Piscariensis-Pinnensis, ex integro constituimus, ita ut posthac constet tum metropolitana Ecclesia Piscariensi-Pinnensi tum Ecclesiis ei suffraganeis Teramensi et Atriensi aeque principaliter unitis hactenusque Apostolicae Sedi immediate subiectis. Ipsum autem Piscariensem-Pinnensem pro tempore Antistitem Nos perpetuo Metropolitae nomine insignimus iuribusque exornamus et privilegiis, quibus ceteri in catholico orbe Metropolitae secundum ecclesiasticas leges fruuntur, quorum tamen et oneribus et officiis eum ipsum adstringimus. Insimul ad altiorem metropoli-

tanorum honorem etiam reverendum Collegium Canonicorum Ecclesiae Piscariensis-Pinnensis evehimus. Praeterea Venerabilem Fratrem Antonium Jannucci, in praesentia Episcopum Piscariensem-Pinnensem, Archiepiscopum ac Metropolitam eligimus facimus renuntiamus, iuribus videlicet et privilegiis praeditum oneribusque simul et officiis devinctum Metropolitarum Praesulum propriis. Quae hic praescripsimus, ea ad effectum adducantur a Venerabili Fratre Vincentio Fagiolo, Archiepiscopo Theatino atque Praeside Conferentiae Episcopalis Aprutinae et Molisinae, quem deputamus cuique necessarias et opportunas facultates facimus, etiam talis mandati alicui viro in ecclesiastica dignitate constituto subdelegandi, salvo utcumque officio curandi ut, exsecutione peracta, actorum documenta exarentur eorumque certa ac vera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis transmittantur. Has porro Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI** ffi **SEBASTIANUS** Card. **B AGGIO**
a publicis Ecclesiae negotiis *S. Congr. pro Episc. Praefectus*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 840U-

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Aloisio Scrosoppi, presbytero Oratorii S. Philippi Neri, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pia Mater Ecclesia, sponsa Christi dilectissima eique iugiter in opere iuncta, «quo Deus perfecte glorificatur et homines sanctificantur» (S. C, 7), hoc etiam curare solet, ut et post obitum iustus honor illis tribuatur Christi ministris, quorum sanctitas ad proprium ministerium fructuose complendum plurimum

contulerit (cf. P. O., 12). Neque dubitari potest quin in talium electorum numero Aloisius Scrosoppi, presbyter Confoederationis Oratorii S. Philippi Neri, publice iam nunc sit habendus. Utini ex Dominico Scrosoppi et Antonia Lazzarini die quarta mensis Augusti anno MDCCCIV natus, nomen postridie accepit in baptismate Aloisium Dominicum, exindeque suos apud parentes, qui christianis moribus erant instructi, simul cum fraterculo Ioanne Baptista fratreque haud germano Carolo aetatem egit, donec, ob enixas praesertim matris precationes, a Deo vocatus trium filiorum quisque sacerdotium appetivit. Aloisius igitur, Seminarium suo tempore ingressus a doctisque necnon optimis presbyteris rite apteque institutus, die uno et tricesimo mensis Martii ordinationem sacerdotalem suscepit anno MDCCCXXVII. Dehinc omnibus in partibus sibi impositis tam sedulus fuit tantoque semper amore in Deum ac proximum eminuit, ut tum Ecclesiae iurium intrepidus defensor, tum verum fuerit exemplar praeclarissimae Christi imaginis. Custos maximus ac pater fuit puellarum « Derelictarum », quibus iam ab anno MDCCCXVI hospitalis patebat domus, praepositumque fratrem Carolum maxime adiuvit in vincendis difficultatibus domum impedientibus. Quae immo «domuncula» ita est amplificata, ut eiusmodi Derelictarum vel Providentiae Institutum anno MDCCCXXXVII capax sit factum trecentarum puellarum. Primae porro anno MDCCCXLV Sorores, ((a Providentia» dictae, eaedem factae sunt quae, cum primae fuissent Derelictarum ((magistrae », ahduc in proposito eis serviendi firmissimae erant. Aloisius, qui solidam et austeram earum curavit formationem, eas assidue hortabatur ut humilem absconditam castigatam navam degerent vitam eandemque puellis totam et aegrotantibus et senibus adiuvandis deditam. Congregatione Oratorii tandem restituta, Aloisius Sancti Philippi Neri sodalis factus est anno MDCCCXLVI, octoque post annis domum ((Provvedimento » appellatam condidit, qua apte, quae Instituti alumnae olim fuissent, eas aut ab opere vacuas aut in gravibus probitatis periculis versantes iuvaret. Novum praeterea parvum Institutum inchoavit puellis surdis mutisque excipiendis. Assiduam etiam operam dedit inceptis Utinensis archidioecesis fovendis et exsequendis suamque partem habuit fere in omnibus misericordiae et caritatis operibus. Ut omnino submissus amantissimusque Ecclesiae filius non modo ecclesiasticis religiose obtemperabat praeceptis atque consiliis, sed prompte etiam contendebat ut et christianae caritatis plena agendi libertas observaretur et Sanctae Matris Ecclesiae naturalis « sui iuris » condicio in tuto poneretur una cum maxima erga Summum Pontificem pietate

et reverentia. Ut sanctus fieret, Christum Iesum imitatus est pauperem, patientem, doloribus affectum. Ita vivens atque laborans, ille cum Dei voluntate consensit, adeo ((submissim)) tamen, ut neglegeretur ab hominibus. Atque singulari Dei Christique cruci affixi amore impulsus multa ipse re vera est passus, haud excepta corporis maceratione, nihil tamen ei tam durum erat quod eum contristarci eiusve minueret humanitatem. Verba ((facere, pati, tacere», quae quidem eius vitae rationem exprimebant, plane etiam cum proposito tertium amplectendi humilitatis gradum congruebant. Fidelis hic Dei famulus, qui iam ante mortem vir sanctus in terris habebatur, animam Deo reddidit die tertio mensis Aprilis anno **MDCCCCLXXXIV**. Fama tamen verae sanctitatis Aloisii Scrosoppi longe lateque percrebrescente, processui beatificationis instruendo opera tandem est data. Ordinaria inquisitione apud Curiam Utinensem peracta, Decretum introductionis causae die septimo et vicesimo mensis Februarii anno **MCMLXIV** editum est eodemque anno initium mense Novembri habuit Processus Apostolicus Utinensis, cuius finis anno **MCMLXVI** est factus. Postea, iuridiciali peractorum Processuum validitate per Decretum die quinto decimo Iulii confirmata anno **MCMLXVIII**, Summus Pontifex Paulus VI ve. me. debita cum sollemnitate die duodecimo Iunii anno **MCMLXXVIII** denuntiavit Servum Dei Aloisium Scrosoppi christianas virtutes heroum in modum coluisse. Nos denique, per Decretum publici iuris factum die uno et tricesimo Ianuarii anno **MCMLXXXI**, sollemniter ediximus constare de duobus miraculis, venerabili Aloisio Scrosoppi intercedente, a Deo patratis. Die autem Beatificationis praestituta, hodie mane acta est Beatificatio tum eius, tum Alani de Solminihac, Richardi Pampuri, Claudinae Thévenet, Mariae Repetto; qua re, in area ante Basilicam Petrianam patente, hanc formulam inter Sacra sumus elocuti : « Nos vota Fratrum Nostrorum Iosephi Rabine, episcopi Cadurcensis, Alaphridi Battisti, archiepiscopi Utinensis, Antonii Angioni, episcopi Papiensis, Alexandri Renard, archiepiscopi Lugdunensis, Iosephi Siri, archiepiscopi Ianuensis, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut venerabiles Servi Dei Alanus de Solminihac, *Aloisius Scrosoppi,* Richardus Pampuri, Claudina Thévenet, Maria Repetto, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Alani de Solminihac, die tricésima prima Decembris, Beati Aloisii Scrosoppi, die tertia Aprilis, Beati Richardi Pam-

puri, die prima Maii, Beatae Olaudinae Thévenet, die tertia Februarii, Beatae Mariae Repetto, die quinta Ianuarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti». Habita deinde oratione de uniuscuiusque Beati vita et virtutibus eos venerati sumus summaque religione primi invocavimus. Quae autem per has Litteras statuimus, ea firma sint in perpetuum, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris, anno MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. **OASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B **Sigilli**
In Secret. Status tab., n. 81596.

II

Beata Maria Virgo sub titulo « Nossa Senhora da Assunçao (Santa Maria Major) » tamquam principalis atque Sanctus Theotonius presbyter tamquam secundarius dioecesis Vianensis Castelli apud Deum Patroni confirmantur.

IOANNES **PAULUS PP.** II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum christianae vitae proficiat Sanctorum cultus eoque magis pietas erga Beatam Mariam Virginem, quae quidem « materna sua caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus necnon in periculis et angustiis versantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur» (L. *G.*, 62), experiendo probe novit Dei Populus, qui ubique terrarum omnique tempore honori sibi duxit suos coram Deo intercessores habere. Huius rei plane sibi conscii, non solum Clerus et Christifideles dioecesis Vianensis Castelli specialem in modum iam diu Beatam Maria Virginem ad caelestem gloriam assumptam et Sanctum Theotonium presbyterum venerantur, sed ipse etiam Excellentissimus memoratae Ecclesiae Praesul, qui iam e communi cleri ac populi optato electionem tum Beatae Mariae Virginis sub titulo ((Nossa Senhora da Assunçao (Santa Maria Major) » uti principalis Patronae tum secundarii apud Deum Patroni Sancti Theotonii presbyteri approbavit, nuper ab Apostolica hac Sede poposcit ut probata electio rite confirmaretur. Hac de causa, sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino ratam habentes, vi et

potestate Nostra Apostolica Beatam Mariam Virginem sub titulo «Nossa Senhora da Assuncäo (Santa Maria Major)» apud Deum Patronam dioecesis Vianensis Castelli principalem atque Sanctum Theotonium Presbyterum Patronum secundarium confirmamus, dummodo memoratae res sint in tali dioecesi ad statutum ius peractae, cunctis adiectis iuribus ac liturgicis privilegiis secundum ipsam Sacrae Congregationis, quam diximus, Instructionem «de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis » sub n. 30. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Volumus praeterea ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque nunc et in posterum habeant effectus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx Ianuarii, anno **MCMLXXXII**, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco gB Sigilli
In Secret. Status tab., n. 80502.

III

Beata Virgo Maria, sub titulo « De Mercede », atque Sanctus Franciscus Solano confirmantur altera Patrona principalis, alter secundarius praelaturae Funesiopolitanae, in Argentina.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cultum Sanctorum maxime vero beatae Mariae Virginis, castissimae Dei Matris, Ecclesia catholica non modo ab usque primaeva sui aetate probavit, sed et fovit et aluit : nam Dei amicos Deique Matrem invocari in necessitatibus, et honorari tamquam studiosissimos legum divinarum custodes in via mandatorum praeeuntes, id profecto nonnisi utile Ecclesiae est, quae per aspera ad immortalem patriam peregrinatur. Qua re, cum fideles praelaturae Funesiopolitanae ob antiquam religionem erga B. V. Mariam de Mercede, atque Sanctum Franciscum Solano, illam quidem Patronam principalem, hunc secundarium elegerint suae Ecclesiae; cumque Venerabilis Frater Lucas Donnelly, Episcopus-Praelatus Funesiopolitanus, id probaverit, atque a Nobis petierit rem confirmari, ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis», n. 30; Nos fore confisi ut con-

cessus honor pietatem erga tantam Matrem atque Dei Servum Franciscum Solano in pectoribus aleret, bene fieri censuimus, si admotae expostulationi concederemus. Cum ergo constet omnia ad iuris leges esse peracta, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino factis olim potestatibus de re statuit, placet beatam Mariam Virginem de Mercede Patronam principalem, Sanctum vero Franciscum Solano Patronum secundarium haberi et esse praelaturae Funesiopolitanae, cum iuribus atque privilegiis quae rubricae faciunt. Contrariis nihil obstantibus. Quod ut felix, faustum fortunatumque sit sive sacro Praesuli, sive clero atque populo Funesiopolitano, a Deo petimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Februarii, anno **MDCCCCLXXXIV** Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 80958.

I V

Templum B. M. V. quod vulgo « Notre Dame » cognominant in urbe Marianopoli, in Canadia, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui semper, ab usque teneris annis, Mariam, Christi Matrem, et amavimus quasi parentem alteram, et coluimus ceu florem, et honoravimus tamquam caeli Reginam, nullam sane oblatam occasionem omittimus, e qua et honor, et gloria, et laus tantae Matris enascatur, cum id in Filii eius Redemptoris Nostri laudem redundet. Stat enim per Mariam iri ad Iesum, atque Matris praeconio gloriam Filii contineri. Qua re, cum Venerabilis Frater Paulus Grégoire, Archiepiscopus Marianopolitanus, suo ipsius nomine clerique populique ab hac beati Petri Sede petierit ut templum paroeciale B. M. V., quod populus cognominat ((Notre Dame» in urbe Marianopoli situm ad dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, Nos, eius templi tum maiestatem considerantes, tum elegantiam, tum maxime vitae religiosae momentum, utpote in quo sive Deus sive eius castissima Mater magna pietate observentur, admotae expostulationi aequo animo concedimus, certa spe fore ut sancta Christi religio per hoc in pectoribus crescat. Quae cum ita sint, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro

Sacramentis et Cultu Divino hac de re statuerit, factis olim a Nobis potestatibus, placet templum de quo sermonem instituimus, id est B. M. V. «Dominae Nostrae» in urbe Marianopoli archidioecesis Marianopolitanae, titulo Basilicae Minoris insigniri et honestari, cum iuribus atque privilegiis liturgicis rite competentibus, modo servata sint quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » poscit, die VI mensis Iunii, anno **MDCCCCLXVIII** factum. Contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Februarii, anno **MDCCCCLXXXIV** Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £ß Sigilli
In Secret. Status tao., n. 81579.

V

Templum in urbe Culmensi situm atque SS. Trinitati dicatum ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Sanctissimae Trinitatis mysterium, una cum mysterio incarnationis, passionis et resurrectionis Iesu Christi, maximum sit catholicae religionis caput in eoque insit ceterum fidei depositum, et idcirco summam vim habeat ad rectam credendi atque agendi rationem, non parum interest illud, quantum fieri potest, in lucem poni illiusque cultum propagari, ut inde et mens quaedam saltem intimae Dei vitae percipiat et cor exardescat ad ipsum redemptionis, sanctificationis et aeternae salutis fontem diligendum. Qua re, quoniam Venerabilis Frater Marianus Przykucki, Episcopus Culmensis, cleri et populi animos aperiens, ab hac Apostolica Sede petiit ut templum paroeciale eidem Sanctissimae Trinitati in urbe Culmensi dicatum, titulo ac dignitate Basilicae Minoris ornaretur, Nos, eius templi considerantes momentum tum historicum, tum pastorale, utpote quod fidelium frequentatione praestet sitque quodammodo Polonorum pietatis index, libenter expostulationem admittimus, nihil dubitantes quin catholici in suae religionis cardine per hanc concessionem firmentur. Quapropter, adprobantes quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re decrevit, datis a Nobis olim facultatibus, templum quod supra diximus, id est Sanctissimae Trinitatis, in urbe Cui-

mensi situm, titulo Basilicae Minoris insignimus, omnibus cum iuribus et liturgicis privilegiis rite competentibus, dummodo serventur quae Decretum '« De titulo Basilicae Minoris » postulat, die VI mensis Iunii anno MCMLXVIII editum. Contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Februarii, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B **Sigilli**
In Secret. Status tab., n. 81816.

VI

Beata Maria Virgo « Madonna della Coltura » vulgo appellata ecclesiasticae Provinciae Salentinae alma apud Deum Patrona confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Non est dubium quin complures erga Beatissimam Virginem pietatis formae, quas Ecclesia ((pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium » approbare consuevit, id efficiant « ut, dum Mater honoratur, Filius ... rite noscatur, ametur, glorificetur, Eiusque mandata serventur» (cf. *L. G.,* 66) a Christifidelibus adhuc peregrinantibus atque in periculis vel in angustiis versantibus. Satis ergo est causae cur specialis retineatur immo etiam foveatur venerationis cultus, qui Beatae Mariae Virginis « Madonna della Coltura» vulgo nuncupatae non modo a dioecesi Neritonensi, ubi templum quidem ei dicatum in loco «Parabita» dicto exstat, sed etiam ab omni totius ecclesiasticae Provinciae Salentinae clero ac populo assidue tribuitur iam diu. Hac de causa Excellentissimus Archiepiscopus Lyciensis, omnibus illius Provinciae ecclesiasticae Venerabilibus sacrorum Antistitibus idem sentientibus, sapiens Episcopi Neritonensis exemplum hac in re est mutatus. Nam, cum e communi etiam cleri ac populi Salentini optato pridem Beatae Mariae Virginis praelaudato titulo excultae electionem approbavisset tamquam sanctissimae apud Deum Patronae agricolarum vulgo ((coltivatori diretti» in civilibus Brundusina et Lyciensi Provinciis commorantium, is ipse ab Apostolica hac Sede nuper poposcit ut, quod tali de re pro suo munere iam peregit, id ad statutas normas confirmaretur. Nos igitur, accepta sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu

Divino, cum constet memoratas res ad iuris praescriptum peractas esse, vi et potestate Nostra Apostolica Beatam Mariam Virginem sub titulo ((Madonna della Coltura» Agricolarum vulgo «coltivatori diretti» Civilium Brundusinae et Lyciensis Provinciarum almam apud Deum Patronam confirmamus, cunctis adiectis iuribus ac liturgicis privilegiis secundum ipsam eiusdem, quam diximus, Sacrae Congregationis Instructionem «de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis » n. 30. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque nunc et in posterum habeant effectus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvin mensis Februarii, anno **MCMLXXXII**, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco 83 **Sigilli**
***In** Secret. Status tal)., **n.** 81817.*

EPISTULAE

I

Em.mo P. D. **Francisco** S. **R. E. Presbytero Cardinali Tomášek, Archiepiscopo Pragensi, VII expleto saeculo ab obitu Beatae Agnetis a Praga.**

CTIHODNÉMU BRATROVI FRANTIŠKU KARDINÁLU TOMÁŠKOVI PRAŽSKÉMU ARCIBISKUPOVI.

Ctihodný a milovaný bratře,

v roce, kdy Církev slaví osmisté výročí narození serafínského Otce Františka z Assisi, je vhodné si také připomenout, že 2. března uplyne sedm set let od blažené smrti blahoslavené Anežky České, která spolu se svatou Klárou věrně kráčela v jeho stopách, když opustila dům, bratry, sestry, matku i otce pro lásku ke Kristu a aby vydávala svědectví Jeho evangeliu (Srv. *Mk* 10, 29). Žila a zemřela v Praze, pověst jejích ctností se však už za jejího života šířila celou Evropou. Proto se i já chci připojit, jak to činili už moji předchůdci a zvlášť její současník Ěehoř IX., k oslavě této blahoslavené, kterou právem po staletí Pražané a český lid vzývají jako svou přímluvkyni u Boha, a která je současně také jednou z nejušlechtilejších postav Vašeho národa.

Život blahoslavené Anežky byl neobvyklý tak jako celá její osobnost. Byla dcerou českého krále Přemysla Otakara I., narodila se na zlomu prvního desetiletí třináctého století a byla spřízněna s předními královskými a knížecími rodinami střední Evropy a Dánska. Po otci byla ze slavného rodu českých světců Ludmily a Václava, její pratetou byla svatá Hedvika Slezská, její sestřenicí svatá Alžběta Durynská a její neteří svatá Markéta Uherská.

Anežka se netěšila dlouho teplu rodinného života. Už jako tříletá byla spolu se starší sestrou Annou poslána do kláštera cisterciaček v Trebnici u Vratislavi, v němž tehdy žila i svatá Hedvika. Ta útlému děvčátku vštěpovala základní pravdy víry, ta ji učila i první modlitby a uváděla ji do křesťanského života. Příklad tety se hluboce vepsal do srdce Anežčina a provázel ji potom celým životem. V šesti letech byla svěřena premonstrátkám doksanského kláštera, kde se naučila číst a psát. Už tam byla tak zaujata modlitbou, že jí dávala přednost před dětskými hrami svých společnic.

Zasnoubení s Jindřichem, sicilským a německým králem, synem císaře Fridricha II., vytrhlo osmiletou Anežku ze zátiší kláštera a uvedlo ji do světského prostředí vídeňského dvora, kde jako budoucí císařovna měla nabýt patřičného vychování. Ale Anežka se tam necítila dobře. Udělovala hojné almužny a mnohými posty umrtvovala své tělo. Už tehdy se zcela oddala Matce Boží a po jejím příkladu toužila zachovat své panenství neporušené. Po zrušení zásnub byla česká princezna ještě předmětem polických záměrů, které se na ni soustředily na pražském královském dvoře. I sám císař Fridrich II. si ji přál mít za manželku, ale na její vlastní prosbu dokonce papež Ěehoř IX. zasáhl u jejího bratra, aby sňatku zabránil. Zpráva o odmítnutí této nabídky zdůvodněném slovy Apoštola, aby))ti, kdo mají co dělat s tímto světem v něm neutkvěli, neboť věci tohoto videtelného světa pomíjejíce *(1 Kor* **7,** 31), vzbudila v celé Evropě veliký obdiv.

Anežka si však z celého srdce přála plnit slova evangelia důsledně a být starostlivá o věci Páně, aby byla svatá na těle i na duši (Srv. *1 Kor 7,* 34). Dobře věděla, že kdo se dá přemoci láskou k pozemským statkům, nemůže se radovat v Bohu (Srv. Sv. Ěehoř Veliký, Moralia in Iob, XVIII, ix, 16: COL 143, str. 896). Když se od českých šlechticů kteří se vrátili z Itálie, dozvěděla o svatém Františkovi z Assisi a o novém řádu svaté Kláry, zatoužila i ona následovat v úplné chudobě chudého Krista. Proto se zbavila všech svých šperků a ozdob i rouch a výnos rozdala chudým pamětliva toho, že dobré skutky, i ty,

jež pocházejí z pomíjivých statků, nepomíjejí. Příklad svaté Hedviky a svaté Alžběty Durynské. xmtěšitelky chudych«, ji přivedl k založení hospice v Praze, a při něm bratrstva křížovníků s červenou hvězdou, kteří se později stali řeholními kanovníky (srv. Annuario Pontifìcio 1981, str. 1207), aby ošetřovali nemocné.

Anežka sama vstoupila do kláštera klarisek, který předtím zbudovala v Praze na břehu Vltavy v místech, jimž se až dodnes říká Na Františku, a spolu s pěti dívkami z předních šlechtických rodin »jako holubice uletěla z potopy ničemného světa do archy svatého řádu<((Jan Kapistrán Vyskočil, Legenda blahoslavené Anežky a čtyři listy svaté Kláry, Praha 1932, str. 107). Připojily se v klášteře k pěti klariskám z Tridentu, které tam vyslala sama svatá Klára. Ta poslala Anežce později od svatého Damiana v Assisi list, v němž vyjadřuje nadšenou radost z Anežéiny slavné pověsti známé nejen jí samé, ale »takrka celému světu«, radostně ji chválí za to, že dala přednost zasnoubení s Kristem před všemi světskými poctami a že si zvolila celým srdcem »presvatou chudobu a tělesné strádání«, aby přijala »zenicha vznešenějšího rodu« (List I., uv. vydání, str. 139).

Tak se vyvinulo mezi oběma Božími ženami jedno z nejkrásnějších přátelství. I když jim nebylo dáno setkat se na této zemi a i když jejich život byl tak rozdílný, přece je pojila jediná láska ke Kristu a jediná touha po svatosti života. Klášter pražských klarisek se pak stal zásluhou Anežéina příkladu ohniskem, z něhož vznikaly nové kláštery v cechách, v Polsku i v jiných zemích.

Anežka se nakonec vzdala i své pravomoci nad hospicem, který založila a jehož výnosu měly sestry užívat ke své obživě, protože se rozhodla, »že chce raději trpět vší nouzí, než se odklonit od Kristovy chudoby« (Uv. vyd., str. 109).

Láska planoucí v jejím srdci jí nedovolovala uzavírat se do neplodné samoty, ale vedla ji k tomu, aby se dala do služeb všem potřebným. Proto pečovala o nemocné sestry i o malomocné a o postižené nakažlivými chorobami, prala jim šaty a v noci je vyspravovala, a tak dokazovala, že stavba jejího duchovního života stojí na pevném základě pokory. Tak se stala matkou nuzných a žila ve vděčné paměti pražských chudých a prostých po staletí.

Činorodou lásku oduševňovala její modlitba soustředěná na utrpení Kristovo. Trpící Kristus byl totiž pro ni projevem nejvyšší možné lásky a jeho kříž jí byl posilou zvlášť v posledních letech jejího života, když hrdinně a bez nářku snášela neštěstí, křivdy, chudobu i nemoci, a tak

následovala Krista až do konce. Milovala samotu. V ní se oddávala modlitbě a rozjímání a během nich často přicházela do vytržení. Se spolusetrami nehovořila mnoho. Mluvila-li, její slova byla prodchnuta láskou ke Kristu a touhou po nebi, takže jen stěží zakrývala své slzy. Úctu k Eucharistii uchovávala jako vzácné dědictví Františkovo a Klářino. Její zásluhou tato úcta vyvrcholila později v touhu po denním svatém přijímání.

sentir que vous êtes très proches d'eux, de leur vie, de leurs soucis. Et de même les laïcs deviendront encore plus responsables en vous rencontrant simplement, en conversant et en réfléchissant avec vous.

Pour tout ce beau travail, je vous remercie. Je vous encourage. Je prie pour vous. Priez pour moi! Et je vous bénis de tout cœur.

* * #

Liberopoli, ad Exc.mum Virum Omar Bongo, Gabonis Praesidem, quem Summus Pontifex in palatio « Rénovation » invisit. *

Monsieur le Président,

1. Il m'est particulièrement agréable de vous remercier, ici, dans votre demeure, des gestes de courtoisie que vous avez multipliés envers mon prédécesseur Paul VI, comme envers moi-même en venant au Vatican vous entretenir avec le Pape. Par ces visites de Votre Excellence, c'était déjà le Gabon qui témoignait de son désir de maintenir ses liens toujours plus étroits avec le Saint-Siège, et c'est pourquoi, en m'adressant aujourd'hui à la plus haute Autorité de l'Etat, c'est la nation gabonaise tout entière que je salue, non sans émotion.

2. Le Gabon se signale par l'effort qu'il a consenti, sous votre impulsion, à partir de ses richesses naturelles qui sont grandes, pour assurer rapidement son développement économique. Qui ne l'en féliciterait? C'est un atout considérable pour sa subsistance et son progrès, pour son avenir. Je forme les meilleurs vœux pour sa prospérité.

Cet effort, dont se préoccupent particulièrement le Gouvernement et les divers responsables de la vie du pays, est en fait celui de tous les Gabonais, car la tâche difficile que le développement requiert pour être plénier, atteindre tout homme et profiter à l'ensemble des hommes, concerne en définitive chaque citoyen. En effet un tel progrès est fondé non seulement sur la richesse et le travail, mais également sur les autres valeurs, comme celles de la justice sociale, de la liberté, du sens du bien commun, de l'honnêteté, de la solidarité avec les plus démunis. Un essor économique qui ne s'appuierait pas sur de telles vertus mettrait en péril sa finalité : la promotion d'une société fraternelle, capable d'intégrer harmonieusement les jeunes générations, les différentes ethnies du pays, et d'accueillir les étrangers. Tout cela

* **Die 17 m. Februarii a. 1982.**

dépend de la part de responsabilité que chacun est disposé à prendre dans la société. L'Eglise elle-même y a sa part pour en rappeler la nécessité et y contribuer concrètement. C'est en effet le dessein de Dieu que, de jour en jour, l'homme s'épanouisse, grâce à son travail bien maîtrisé et à son sens éthique, au sein de ses relations familiales et sociales. C'est alors que l'adoration qu'il voue au Créateur selon sa conscience, avec sa communauté, exprime l'obéissance qu'il lui doit. Je sais que, chez vous, les exemples de cet épanouissement réussi de l'homme africain ne manquent pas. Il faut poursuivre le chemin tracé, sans se lasser. Et je suis venu pour vous y encourager !

3. Une des caractéristiques de la nation, c'est sa culture. Celle-ci apporte à l'homme, entre autres, une manière de vivre, une manière de sentir ensemble. On est heureux d'être ou de se retrouver dans son pays, car on y éprouve la sensation d'appartenir à une grande famille. La culture d'un peuple est ce qu'il a d'original, ce qui le différencie de ses voisins, sans pour autant l'en séparer, et ce qui l'appelle à apporter aux autres sa contribution propre. La culture africaine, dont celle du Gabon est une des expressions singulières, est un bien précieux. Elle doit pouvoir inclure les traditions ancestrales, en ce qu'elles ont de meilleur, et ne pas craindre la nouveauté, se sachant assez forte pour demeurer elle-même. Surtout, elle développe en chacun des fils de la nation un sentiment de fierté qui entraîne le respect d'autrui. Soyez donc fiers d'être Gabonais !

4. Votre pays n'a-t-il pas su prendre ces dernières années un rôle remarqué dans le concert des nations, et en particulier en Afrique? Puisse votre action contribuer à y apporter la paix dont elle a tant besoin, malgré les obstacles d'ordre social, ethnique, économique, idéologique, afin que s'établisse ainsi une coopération fructueuse de peuple à peuple, respectueuse des sensibilités différentes et centrée sur les grands objectifs qui doivent rester ceux du développement adapté à ces pays ! C'est ce à quoi s'attache, pour sa part, le Saint-Siège, dans le cadre de sa mission spirituelle, en favorisant le plus possible tout ce qui touche à la paix, à l'entente, au respect des droits de l'homme, à la croissance des jeunes nations.

5. Je sais, et il m'est agréable d'en témoigner ici, que l'Eglise catholique au Gabon jouit de la liberté, et de la considération des Autorités publiques. Il est vrai qu'elle a apporté largement son con-

cours — en en prenant souvent même l'initiative — aux œuvres visant à instruire et à éduquer, à assurer de meilleures conditions de santé, à assister les plus pauvres, à former aux diverses responsabilités civiques. Elle est prête à poursuivre cette participation dans la mesure de ses moyens, comme elle l'a fait depuis près d'un siècle et demi. Ainsi que Votre Excellence l'a Elle-même aimablement et opportunément relevé, elle a largement contribué à la maturation du Gabon moderne.

Monsieur le Président, la compréhension et l'aide que vous avez personnellement apportées à l'enseignement catholique montrent assez en quelle estime vous tenez ce rôle. En effet, l'apport de l'Eglise à l'éducation de la jeunesse constitue pour tous, avec la garantie du respect de la liberté de conscience, une ouverture de l'esprit et du cœur des jeunes aux valeurs morales et spirituelles qui sont capitales, comme je le disais au début. Il en va de même lorsque la possibilité est concrètement offerte au grand nombre, comme c'est le cas au Gabon, de suivre sur les ondes ou à la télévision des émissions proposées par l'Eglise. Je tenais à vous en exprimer ma gratitude.

Mais ma reconnaissance vous est spécialement acquise aujourd'hui, Monsieur le Président, comme à toutes les Autorités publiques, pour le magnifique accueil qui m'est réservé et pour toutes les facilités mises à ma disposition avec tant de délicatesse, afin que je puisse accomplir, dans les meilleures conditions, ma visite pastorale.

Que Dieu bénisse le Gabon ! Et qu'il exauce tous les souhaits qu'en ce jour je forme pour lui et pour ses dirigeants !

* * *

Ad Exc.mum Virum Theodorum Obiang Nguema, Guineae Aequinoctialis Praesidem, in aëronavium Malabensi portu habita. *

Señor Presidente:

Con mucho gusto contesto a las palabras que Usted acaba de pronunciar, referentes al significado de mi presencia en esta Nación.

Agradezco sus nobles expresiones y correspondo manifestando a Vuestra Excelencia los sentimientos de profunda estima que nutro hacia el querido pueblo de Guinea Ecuatorial, sus valores, su vida como entidad histórica y sus anhelos frente al futuro.

*** Die 18 m. Februarii a. 1982.**

Me es muy grato, por ello, saludar a Vuestra Excelencia, quien como Presidente de la Nación, es el centro simbólico hacia el que convergen las vivas aspiraciones de un pueblo a un clima social de auténtica libertad, de justicia, de respeto y promoción de los derechos de cada persona o grupo, y de mejores condiciones de vida, para realizarse como hombres y como hijos de Dios.

Aceptando la invitación que amablemente se me hiciera para visitar Guinea Ecuatorial, he querido traer una mayor cercanía de la Iglesia, que mira con simpatía profunda a los hijos de esta Nación y desea alentarlos en la búsqueda de ese futuro mejor que justamente tratan de lograr.

En este importante y delicado momento histórico que vive su Patria, quiero asegurarle, Señor Presidente, que la Iglesia en Guinea desea colaborar con lealtad al bien común, poniendo a disposición su ayuda para la elevación moral de las personas, su obra en favor de la reconciliación de los espíritus y su servicio en los campos educativo y asistencial.

Al ofrecer esto, la Iglesia quiere servir la causa de la dignificación del hombre en todos los aspectos. Sin reclamar más que el justo clima de libertad, comprensión y respeto, que le hagan posible el pacífico desarrollo de su misión espiritual y humanizadora. Los bien conocidos y dolorosos acontecimientos del pasado no han empañado su voluntad de seguir sembrando el bien.

Prueba de ello son las múltiples iniciativas, asistenciales, educativas y de otro tipo, que junto con los hijos de esta tierra, y unidos a ellos en la misma benemerencia y amor al hermano ecuatoguineano, han emprendido tantas personas venidas de otros Países, sobre todo de España, consagradas al ideal de servir al Evangelio. Su labor es el testimonio de sus propósitos, basados en la propia fe, que para hacerse ayuda fraterna, con estabilidad y esperanzas de segura continuidad, quizá sólo aspiraría a un adecuado estatuto jurídico, sobre todo en el campo de la docencia.

Estoy seguro de que las reservas morales de este querido pueblo impulsarán ese clima de colaboración mutua y de unidad de intentos, que sirvan a implantar condiciones de creciente moralidad privada y pública, capaces de conducir a un verdadero y creciente progreso espiritual y material. En esa tarea pueden hallar su puesto todos los hijos del País, los que viven dentro y fuera del mismo, y que aspiren a trabajar por él, por encima de barreras contingentes.

Tengo la firme confianza de que con la contribución de todos, el propio tesón, la voluntad decidida de los Responsables de la cosa pública y la aportación de los mejores consejeros y colaboradores, así como con la ayuda de otros Países amigos, Guinea superará las etapas difíciles de su existencia y hallará el lugar que le compete en el concierto africano e internacional.

Con estos fervientes votos, pido a Dios que guíe los destinos del País y bendiga largamente a los Responsables y a todos sus habitantes.

* * »

Liberopoli, ad Gabonenses episcopos habita. *

Chers Frères dans Vépiscopat,

1. Le temps ne m'a pas permis de visiter vos diocèses de Franceville, de Mouila, d'Oyem ; toutes nos rencontres ont lieu dans l'archidiocèse de Libreville, dans la capitale, mais je m'adresse évidemment à l'ensemble de vos prêtres, de vos religieux et religieuses, de vos fidèles, que vous voudrez bien assurer de mon affection. Et je vous remercie, je les remercie, de cet accueil si cordial.

Le Gabon méritait cette visite pastorale puisque l'évangélisation est vraiment partie de là pour la plupart des pays de l'Afrique equatoriale et occidentale. Et je n'ai pas oublié cette carte impressionnante que votre Président, Monseigneur Félicien Makouaka, m'a apportée il y a exactement douze jours pour illustrer cette progression qui nous laisse dans l'admiration. Admiration pour le zèle des missionnaires, impatients de faire connaître la Bonne Nouvelle à leurs frères d'Afrique; admiration pour les populations de chez vous qui ont cru à l'Evangile et ont accepté le baptême. En un sens, vous êtes les prémices de la moisson évangélique dans toute cette région. Je partage votre fierté.

2. L'Eglise au Gabon reste encore remarquable par le nombre relativement important de ses membres par rapport à l'ensemble de la population, par le réseau de ses écoles chrétiennes, de ses associations catholiques, et par la liberté dont elle jouit. Mais vous êtes très lucides sur les limites de ces *aspects positifs,* et vous m'avez fait part très simplement, dans vos rapports écrits et oralement, de vos *préoccupations pastorales* la rareté des prêtres et des religieuses originaires du

*** Die 18 m. Februarii a. 1982.**

pays, la difficulté de la persévérance des vocations, le manque d'éducateurs assez profondément chrétiens, l'éloignement de la pratique religieuse chez beaucoup, les hésitations devant le mariage chrétien, la difficulté à avoir un impact sur le climat moral et social, le caractère encore insuffisamment autochtone de l'Eglise. Les causes sont diverses. Vous craignez à la fois une résurgence de certaines pratiques païennes et l'influence néfaste de certains aspects de la mentalité européenne qui, bien loin d'être un progrès, sont en fait une dégradation de la foi ou des mœurs.

Devant une telle situation, il faut que nous nous attachions aux signes positifs, et il y en a, comme je le souligne dans chacun de mes discours. Sans minimiser les exigences évangéliques, il faut garder une *vive espérance:* l'espérance que Dieu peut susciter de grandes choses dans son Eglise, à la mesure de notre foi et de notre fidélité ; je reviendrai là-dessus demain à l'homélie de la messe. Permettez-moi d'évoquer avec vous quatre points.

3. *A propos des laïcs,* comment ne pas se réjouir de la vitalité de certains groupes de prière, de mouvements chrétiens très divers? On note surtout, chez un nombre croissant de fidèles, le désir de prendre, en accord avec le prêtre et sans empiéter sur son rôle spécifique, toute leur responsabilité dans leurs communautés chrétiennes, pour la catéchèse ou l'animation, et aussi le désir de mieux saisir le lien entre leur foi et leurs engagements professionnels et sociaux. Si ces laïcs sont exigeants, dans leur réflexion chrétienne ou dans les initiatives qu'ils veulent prendre, réjouissons-nous ! Et faisons tout pour leur procurer l'approfondissement spirituel et doctrinal dont ils ont besoin. Aidons-les aussi à découvrir le sens des sacrements et en particulier de la participation régulière et active à la messe dominicale : ils doivent comprendre que c'est là que se noue leur union, l'union de toute leur vie, avec Jésus-Christ, que c'est une exigence de sainteté, mais aussi un moyen, un remède à leur faiblesse. Travaillons à ce que la liturgie soit digne et priante.

4. Deuxième aspect : *la pastorale de la famille* demande également un grand discernement et un ferme engagement. Vous aviez bien analysé la situation complexe des familles en vue du Synode romain. Dans la perspective actuelle, beaucoup de cas resteront sans doute difficiles, et l'on ne saurait, pour les résoudre, minimiser ce qui tient au

mystère chrétien du mariage et à ses exigences. Mais aucune famille ne doit se sentir exclue de l'Eglise ni inapte à un cheminement décisif vers la plénitude chrétienne de l'amour conjugal, comme je l'écrivais dans l'exhortation *Familiaris consortio.* Ce qui importe surtout, c'est de faire briller l'idéal de la famille chrétienne, non seulement dans sa théorie, mais tel qu'il est vécu dans les foyers qui l'ont accepté. Vous ne ferez jamais trop pour la pastorale de la famille : n'est-ce pas le lieu par excellence où s'enracinent les vertus chrétiennes — que la catéchèse épanouira — et aussi les vertus du citoyen?

5. Mais le souci qui vous tient particulièrement à cœur à juste titre, ce sont les *vocations sacerdotales et religieuses.* C'est assez déconcertant: comment les efforts divers, tentés depuis tant d'années — le Père Bessieux s'en était préoccupé dès son arrivée et un petit Séminaire s'ouvrit dès mil huit cent cinquante-six — ont-ils porté si peu de fruits? Je répète que c'est vraiment un problème fondamental, le test de la vitalité religieuse et la condition de cette vitalité. Je sais combien vous cherchez la solution, même si pour l'instant des prêtres «expatriés» — comme vous dites — vous aident au point d'assurer parfois presque la totalité du ministère, comme dans le diocèse de Franceville. Je me réjouis d'ailleurs de l'entente fraternelle et confiante qui règne entre tous. Mais il convient de hâter la prise en charge plus complète par un clergé africain.

La préparation des vocations consiste d'abord à faire apprécier, désirer le sacerdoce, et c'est le témoignage d'une vie sacerdotale zélée, rayonnante, disponible, qui y contribuera le mieux. Il importe de faire comprendre l'urgence, la beauté du ministère apostolique, qui correspond à l'attente profonde des fidèles. Il est capital surtout de susciter un grand amour du Christ, un esprit de prière, un climat de générosité, qui fassent accepter le renoncement à la vie de famille et à une situation profane sans doute mieux rémunérée, pour le plus haut service de Dieu et des frères. Peut-être convient-il par ailleurs d'associer davantage encore vos prêtres gabonais aux responsabilités ecclesiales, car il faut qu'ils s'habituent à prendre la relève à tous les échelons. Puissent-ils acquérir enfin la conviction qu'il serait malsain de transposer en Afrique les aspects les plus discutables de la remise en question sur le sacerdoce qui affecte certains secteurs de l'Eglise en Europe et ailleurs ! Ne serait-ce pas comme un « corps étranger » dans votre pays, sans cohérence avec ses problèmes?

Beaucoup de ces observations, dont vous êtes certainement vous-mêmes bien convaincus, vaudraient aussi pour les religieuses originaires de chez vous. Quel rôle merveilleux elles pourraient avoir auprès des femmes africaines, de par leur disponibilité à tous, si elles étaient plus nombreuses, et issues de jeunes générations !

6. Enfin, à propos de *vos responsabilités d'Evêques,* Frères bien aimés, je vous encourage à unir vos efforts dans une collégialité toujours plus profonde, affective et effective. Je sais que les problèmes sont nombreux : il vous faut faire face à tant de choses, avec des moyens réduits ! Mais c'est peut-être une invitation à hiérarchiser vos activités. De même que vous demandez sans doute à vos prêtres de se libérer de certaines tâches pour se consacrer entièrement à l'évangélisation, je vous souhaite de trouver les moyens de vous libérer le plus possible des charges trop uniquement administratives — que des prêtres ou des laïcs compétents pourraient gérer avec vous — de façon à vous consacrer à ce qui est fondamental pour l'Evêque : la prédication, les visites pastorales, le soutien cordial, spirituel et doctrinal de vos prêtres, gabonais ou autres, et le dialogue avec tous les ouvriers apostoliques pour qu'ils se sentent encouragés et aidés dans le discernement et dans les engagements à prendre. Votre premier rôle, comme le mien, c'est de confirmer vos frères.

Je porterai dans la prière toutes vos intentions pastorales et je vous bénis avec toute mon affection fraternelle.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETA

I

BOIANENSIS-CAMPOBASSENSIS

De Archidioecesis nominis mutatione.

Ex quo, Apostolicis sub plumbo Litteris exaratis die 29 mensis Iunii anno 1927, sedes atque cathedra episcopalis Boianensis dioecesis in urbem vulgo Campobasso nuncupatam translatae fuerunt et nomen Boianensis-Campobassensis eidem ecclesiasticae dicioni tributum fuit, urbs Campobassensis magis magisque navitatis ecclesialis civilisque verum centrum evenit.

His attentis, ab Apostolica Sede expostulatum est ut eadem Ecclesia, interea ad honorem sedis Metropolitanae evecta, retento Boianensi historica antiquitate nomine praeclaro, Campobassensis-Boianensis denominari posset.

Quapropter Sacra Congregatio pro Episcopis, rata huiusmodi immutationem populo Dei profuturam, consulto Exc.mo P. D. Petro Santoro actu Archiepiscopo Boianense-Campobassense, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia Pp. II, sibi tributarum, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut Archidioecesis Boianensis-Campobassensis posthac Campobassensis-Boianensis cognominetur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 27 mensis Februarii, anno 1982.

œ SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

£8 Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

II

SANCTI IOANNIS QUEBECENSIS

De concathedrali erectione deque nominis dioecesis mutatione.

Cum in finibus dioecesis Sancti Ioannis Quebecensis urbs exstet vulgo ((Longueuil » nuncupata, quae in dies succrescens magnum incrementum coepit, opportunum visum est praefatae urbis nomen veteri de Curia appellatione, rectius immutatae, adiungere.

Quapropter Exc.mus P. D. Bernardus Hubert, Episcopus Sancti Ioannis Quebecensis, animarum bono satius consulere cupiens, ab Apostolica Sede nuper postulavit, ut dioecesis nomen congrue mutaretur atque templum in memorata urbe exstans, Deo in honorem Sancti Antonii Patavini dicatum, ad dignitatem Concathedralis eveheretur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, re mature perpensa, porrectis precibus annuendum censuit atque, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Angeli Palmas, Archiepiscopi tit. Vibianensis et in Ditione Canadensi Pro-Nuntii Apostolici, vigore facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia Pp. II, sibi tributarum, hoc decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, memoratum templum ad dignitatem et fastigium Ecclesiae Concathedralis evehit in qua Cathedra episcopalis erigetur simulque indulget, ut dioecesis eiusque pro tempore Antistes deinceps vocari queat *Sancti Ioannis-Longoliensis.*

Proinde fas erit Episcopo, prout ipsi expedire videatur, in civitate Longueuil pro lubito residere et in memorata Concathedrali pontificalia peragere.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum P. D. Angelum Palmas, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ei imposito ad eandem Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 27 Februarii 1982.

& SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

It. © S.

83 Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

III
HULLENSIS

De Sedis ac Cathedrae episcopalis translatione deque nominis mutatione.

In dioecesis Hullensis territorio urbs exstat Gatinensis, quae inde ab huius dicionis erectione haud parum crevit atque permagnum momentum pro Ecclesiae vita acquisivit. Hac de causa praefatae urbis nomen, pastoralibus id suadentibus argumentis, veteri titulo opportune adiungendum videtur.

Idcirco Exc.mus P. D. Adolf us Proulx, Episcopus Hullensis, ad bonum animarum aptius consulendum, ab Apostolica Sede enixe rogavit ut sedes ac cathedra episcopalis ab urbe Hullensi ad urbem Gatinensem, vulgo Gatineau, transferantur.

Porro Sacra haec Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Angeli Palmas, Archiepiscopi tit. Vibianensis et in Ditione Canadensi Pro-Nuntii Apostolici, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia Pp. II, sibi tributarum, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent :

— episcopalem sedem dioecesis Hullensis ab urbe Hullensi transfert et in urbe Gatinensi constituit, quam ideo ad civitatis episcopalis fastigium evehit;

— templum paroeciale Deo in honorem S. Ioannis Mariae Vianney dicatum atque in civitate Gatinensi situm, ad dignitatem ecclesiae cathedralis evehit;

— templum autem paroeciale S. Iosepho dicatum in civitate Hullensi exstans, ecclesiam concathedralem dioecesis declarat;

— insuper statuit ut dioecesis — eiusque Episcopus pro tempore exsistens — in perpetuum vocetur *Cfatinensis-Hullensis.*

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum P. D. Angelum Palmas, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad hanc Sacram Congregationem pro Epi-

scopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 1 Martii 1982.

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

IV
NOVAE NURSIAE

De restitutione Abbatiae in statum iuris communis religiosorum.

Cum diuturnus recolatur per saecula institutorum monasticorum cursus, quae a Benedicto auctore nomen et leges mutuaverunt, nihil umquam praetermisisse videntur quod ad constabiliendum in gentibus promovendumque Christi regnum pertineret.

Enimvero religiosi viri Ordinis S. Benedicti, constituta saeculo elapso in regione Australiae occidentalis Abbatia Novae Nursiae, non modo ad fidei propagationem inter silvestres homines ibidem degentes adlaboraverunt sed ad iuvenes erudiendos maximas quoque impenderunt curas.

Cum autem illa in regione incolarum numerus incrementum coepisset, quo commodius christiani gregis bono consuleretur, dismembrato peramplo eiusdem territorio, novae dioeceses, progrediente tempore, erectae sunt.

Hisce in adiunctis, Conferentia Episcopali Australiae audita, opportunum visum est praefatam Abbatiam nullius, iuxta normas Litterarum Apostolicarum die 23 Octobris 1976 Motu Proprio datarum, in statum iuris communis religiosorum restituere eiusque vero territorium Ecclesiae Metropolitanae Perthensi adnectere.

Itaque, assentiente R. D. Iustino Bruce, O. S. B., vacantis Abbatiae Administratore Apostolico, atque praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Aloysii Barbarito, Archiepiscopi titulo Plorentinensis et in Australia Pro-Nuntii Apostolici, Summus Pontifex Ioannes Paulus, Divina Providentia Pp. II, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae

Congregationis pro Episcopis Praefecti, Abbatiam nullius Novae Nursiae in statum iuris communis religiosorum restituit eiusque vero territorium, unam paroeciam SS.mae Trinitatis complectens, Ecclesiae Perthensi adiungit.

Statuit insuper eadem Sanctitas Sua ut bona, si quae sint, et iura ad praefatam paroeciam spectantia necnon documenta et acta eandem respicientia Ecclesiae Perthensi transferantur.

Quibus super rebus hoc edi iussit Sacrae Congregationis pro Episcopis Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, Summus Pontifex Exc.mum P. D. Aloysium Barbarito deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem sacram Congregationem mittendi, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 12 mensis Martii anno 1982.

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. & S.

© Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 17 Februarii 1982. — Titulari episcopali Ecclesiae Mullitanae R. D. Gregorium Rosa Chávez, e clero dioecesis S. Michaelis, rectorem seminarii maioris vulgo ((San José de la Montana » in urbe Soteropoli, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Arturi Rivera Damas, Episcopi S. Iacobi de Maria et Administratoris Apostolici « sede vacante » archidioecesis S. Salvatoris in America.

die 25 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Sinopensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Henricum Froehlich, S. L, hactenus Episcopum Adamanteae.

— Cathedrali Ecclesiae Barragartiensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Antonium Sarto, S. D. B., hactenus Coadiutorem c.i.s. Exc.mi Episcopi Portus Veteris in Brasilia.

die 30 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Pinatensi ad Flumen R. D. Iosephum Syrum González Bacallao, Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

die 31 Martii. — Archiepiscopali Ecclesiae Vinnipegensi, Exc.mum P. D. Adamum Exner, O. M. I., hactenus Episcopum Kamloopsensem.

die 2 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Merciorum, R. D. Eduardum Pevec, rectorem seminarii Clevelandensis «Borromeo College», quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Pilla, Episcopi eiusdem Sedis.

die 13 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Victoriensi in Texia, noviter erectae, Exc.mum P. D. Carolum Grahmann, hactenus Episcopum tit. Equiliensem.

die lJf Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Suensi, R. D. Ioannem Claudium Turcotte, Vicarium Generalem Marianopolitanum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Pauli Grégoire, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

— Cathedrali Ecclesiae Azulensi Exc.mum P. D. Aemilium Bianchi di Cárcano, hactenus Episcopum titularem Lesinensem et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Iusti Exc.mum P. D. Rodulfum Bufano, hactenus Episcopum Chascomusensem.

SACRA CONGREGATIO PRO CLERICIS

DECLARATIO

de quibusdam associationibus vel coadunationibus quae omnibus clericis prohibentur.

Quidam Episcopi ad Apostolicam Sedem recurrerunt postulantes clarificationes atque opportunas indicationes circa modum aptiorem procedendi quoad duo problemata quae, postremis praesertim annis, nonnullis in nationibus apparuerunt. Agitur imprimis de constitutione plus minusve formali associationum, ex parte quorundam coetuum

sacerdotum, fines persequentium indolis politicae, haud quidem ad modum factionis, sensu proprio huius verbi, sed in adiutorium alicuius determinatae ideologiae vel systematis politici. Et quaestio insuper est de clericorum associationibus sic dictis «professionalibus», characterem quodammodo « syndicalem » prae se ferentibus.

Post attentam diversorum casuum et adiunctorum considerationem, atque prae oculis habitis quae de presbyteratus natura deque iure associationis presbyterorum habentur tum in Decretis Concilii Oecumenici Vaticani II, tum in conclusionibus Synodi Episcoporum anni 1971,[1] itemque auditis aliis Sacris Congregationibus, quarum interest, scilicet Sacris Congregationibus pro Ecclesiis Orientalibus, pro Religiosis et Institutis Saecularibus atque pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, necnon consulta Commissione Codicis Iuris Canonici recognoscendo, haec Sacra Congregatio pro Clericis sequentia declarat :

I. - Iam ab antiquo multi presbyteri saeculares necessitatem vel convenientiam experti sunt personaliter fruendi adiutorio quod ex associatione cum aliis provenit ad vitam spiritualem excolendam, ad ecclesiasticam culturam fovendam, ad opera pietatis vel caritatis exercenda aliosque fines persequendos cum propria sacramentali consecratione et divina missione plene congruentes. Hierarchia Ecclesiae libenter quidem agnovit clericis quoque licere inter se consociare, sive associationes constituendo sive iam constitutis nomen dando, semper tamen propter rationes sacerdotii ministerialis naturae congruentes.[2]

II. - Simul vero ipsa Sacra Hierarchia numquam permisit, neque permittere nunc potest, ut ius associationis clericorum, sive intra ecclesialem communitatem sive in ambitu civili, exerceatur partem habendo in associationibus vel coadunationibus cuiuslibet speciei, quarum natura, fines vel agendi rationes aut hierarchicam Ecclesiae communionem praepediant aut detrimentum secum ferant sacerdotali identitati et adimpletioni munerum, quae ipsi, « nomine Christi », exercent

[1] Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 8; *De sacerdotio ministeriali,* Pars II, n. 2: *AAS* 63 (1971), p. 920.

[2] Cfr. S. Pius X, Exhort, ad clerum *Haerent animo,* 4 aug. 1908: Acta Pontificia, vol. VI, 1908, p. 317; Pius XII, Adhort. Ap. *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950: *AAS* 42, (1950), pp. 682ss.; Ioannes XXIII, Alloc. d. 10 nov. 1961: «Discorsi», vol. IV, p. 45; Paulus VI, Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus,* 24 iun. 1967, n. 80; Conc. Oecum. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis, n.* 8.

in servitium Populi Dei.[3] Presbyteri, enim, tum dioecesani tum religiosi in extruenda christianorum communitate ((numquam alicui ideologiae vel factioni humanae inserviunt, sed, ut Evangelii Praecones et Ecclesiae Pastores ad Corporis Christi spirituale incrementum consequendum operam impendunt)).[4]

III. - Profecto cum statu clericali componi nequeunt, et ideo omnibus clericis prohibentur, illae clericorum associationes, etsi civiliter tantum erectae vel constitutae, quae fines persequuntur directe vel indirecte, aperte vel occulte, ad rem politicam attinentes, quamvis externe appareant uti fines persequentes humanitatis, pacis vel progressionis socialis fovendae. Etenim huiusmodi associationes vel coadunationes cum suscitent divisiones ac discordias in sinu Populi Dei, sive inter christifideles, sive inter presbyteros ad invicem et cum propriis Ordinariis, obscurant profecto missionem sacerdotalem et frangunt ecclesiasticam communionem : quae missio ac communio essentiale exstant elementum in vita et ministerio sacerdotis.

IV. - Pariter cum statu clericali componi nequeunt, ideoque omnibus clericis prohibentur, eae associationes quae diaconos vel presbyteros coadunare intendunt sub forma quadam syndicatus, eorum sacrum ministerium de facto reducendo ad *professionem* quamdam vel *artificium,* profanis muneribus aequiparabile. Eae nempe associationes exercitium munerum sacerdotii ministerialis ad quamdam veluti relationem operis praestiti reducunt, et ideo clericos sacris Pastoribus facile opponere possunt, qui tamquam datores laboris tantum considerarentur.

V. - Competentis ecclesiasticae auctoritatis ius et officium est curandi ut clerici abstineant a condendis vel participandis associationibus vel coadunationibus cuiuslibet generis cum sacerdotali condicione non congruentibus, quod procul dubio plane contingit in casibus sub nn. III et IV descriptis. Immo vero, qui contra legitimum praescriptum prohibens eiusdem competentis auctoritatis egerit, iusta poena puniri potest, non exclusis censuris, servatis de iure servandis.

Sancta Sedes persuasum habet has normas, si prudenter simul ac firmiter ad effectum deducantur, id esse effecturas, ut vera charismata, quae Spiritus Sanctus in Ecclesiam effundere numquam desinit, opimos

[3] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 2.

[4] Conc. Oecum. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 6.

fructus pariant in bonum Ordinis presbyterorum, Sacerdotii ministerialis et totius Populi Dei, falsi autem nominis charismata, quae interdum serpunt et presbyteros quosdam in errorem inducere queunt, per vigilantem et sollicitam sacrorum Pastorum actionem[5] detegantur et penitus eradicentur.

Declarationem hanc de quibusdam associationibus vel coadunationibus quae clericis prohibentur, Summus Pontifex Ioannes Paulus Div. Prov. Pp. II, in audientia concessa infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro Clericis, die VI mensis Martii a. MCMLXXXII, ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Clericis, die VIII mensis Martii, anno MCMLXXXII.

SILVIUS Card. ODDI, *Praefectus*

L. © S.

f& Maximinus Romero De Lema, Archiep. tit. Aemonien., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus Divina Providentia Pp. II, latis decretis a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum praefecit :

die 18 Martii 1982. — Metropolitanae Ecclesiae noviter erectae Bamendanae Exc.mum P. D. Paulum Verdzekov, hactenus Episcopum eiusdem nominis dioecesis.

— Metropolitanae Ecclesiae noviter erectae Dualaënsi Exc.mum P. D. Simonem Tonyé, hactenus Episcopum Dualaënsem.

[5] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 27; Decr. *Christus Dominus,* n. 16.

— Metropolitanae Ecclesiae noviter erectae Garuensi Exc.mum P. D. Ivonem Plumey, Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae sodalem, hucusque Episcopum Garuensis Sedis.

— Metropolitanae Ecclesiae noviter erectae Montis Hagensis Exc. mum P. D. Georgium Bernarding, Societatis Verbi Divini sodalem, hactenus Episcopum eiusdem nominis dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Bokunguensi-Ikelaensi Exc.mum P. D. Kumuondala Mbimba, hucusque Episcopum titulo Simidiccensem.

— Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae, Anuradhapurensi R. P. Henricum Swithin Thomam Alexandrum Wijetunge Goonewardena, Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae sodalem, hucusque Praefectum Apostolicum Anuradhapurensis Praefecturae.

— Cathedrali Ecclesiae noviter erectae Uabaganae R. P. Hermannum Raich, Societatis Verbi Divini sodalem, Vicarium episcopalem regionis vulgo ((Enga » nuncupatae.

die 2 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Surabayanae R. D. Aloisium J. Dibjokarjono eiusdem dioecesis Cathedralis Parochum necnon Vicarium Generalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zabaënsi in Numidia R. P. Antonium Pain Ratu, sodalem Verbi Divini Societatis eiusdemque Consultorem Generalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Theodori van den Tillaart, Episcopi Atambuensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Apisanensi R. P. Iosephum Tethool, Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu Congregationis, Amboinaënsis Cathedralis Parochum necnon Vicarium Generalem eiusdem dioecesis, quem nominavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Andreae Petri Cornelii Sol, Amboinaënsis Episcopi.

II

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die k Decembris 1981. — R. P. Georgium Perron, e Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, *Administratorem Apostolicum « ad nutum Sanctae Sedis » Eararensis Vicariatus Apostolici.*

die 25 Ianuarii 1982. — Exc.mum P. D. Donatum Squicciarini, Archiepiscopum titularem Tiburniensem, *Apostolicum Pro-Nuntium in Guineana Aequinoctiali Be publica.*

die 5 Martii.— R. P. Aloisium Carolum Riveros, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, Praefectum Apostolicum Ariariensis Apostolicae in Columbia Praefecturae.

die 18 Martii. — Exc.mum P. D. Paulum Verdzekov, Archiepiscopum Bamendanum, *Administratorem Apostolicum Kumboënsis noviter erectae dioecesis in Gammaruniensi Re publica.*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

RIVIBAMBEN. OLIM BOLIVABJEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mercedis a Iesu Molina, Fundatricis Instituti Sororum a S. Maria Anna a Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

a Incedere oportet spinas pedibus premendo, si divinum Magistrum sequi volumus, qui dixit: "Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam" (Mt 16, 24-25) ». Haec scribebat anno 1881 Serva Dei Mercedes Molina a Iesu cuidam nepti, in Conchensi Carmelitarum Discalcèatarum monasterio sanctimoniali, quam cum Sancta Teresia a Iesu fortiter adhortabatur ad vocationem « sponsae Crucifixi » propriam fideliter, corporis oblectamentis contemptis et studii valetudinis seposita sollicitudine, persequendam. Monita salutis Mercedem ipsam ad vivum exhibent, actuosam illius navitatem in caritatis perfectionem consequendam proferunt, eius pandunt desiderium quam maxime conformem fieri imaginis Iesu Crucifixi (cfr. *Rom* 8, 29), ut adimpleret «ea quae desunt passionum Christi in carne sua, pro corpore eius quod est Ecclesia» (cfr. *Col* 1, 24).

Dei Famula, parentibus Michaele Molina et Rosa Ayala, christianis moribus et opibus conspicuis, in loco vulgari sermone *Baba,* in Aequatoriana provincia *a Los Ríos»* vulgo nuncupata, anno 1828 — die, ex documentis incendio consumptis, haud noto — nata est et baptizata. Paulo post eius familia ad urbem Guayaquilium se transtulit, ubi Mercedes, aetatis biennio vix expleto, patre immature orbata est, piae unius matris curis concredita, quam anno 1943 deperdidit. Cum iam de nuptiis proxime celebrandis anno 1849 ageretur, superno acta consilio, sponsalibus rescissis, perpetuam virginitatem Deo vovit, dilectionemque in unicum animae suae Sponsum Christum Iesum miro in proximos, pauperes praesertim, ardore atque austerae paenitentiae studio manifestavit, ex actuosae cum Crucifixo conformationis voluntate deducto, a quo altissima ad se oratione trahebatur.

Domum sororis, apud quam aliquantisper permanserat, venditis omnibus quae habebat iisque datis pauperibus, a. 1867 dereliquit, ut caritatis operibus se dicaret, famulam se reddens puellarum cuiusdam orphanotrophia cui moderando brevi post praeposita est. Triennio exacto, Domini vocem secuta, qui eam ad missionum opus vocabat, omnibus relictis, cum duabus alumnis ad Indios Jibaros cum sodalibus Societatis Iesu evangelizandos discessit, ad locum v. *Guadalaquiza,* longo difficilique arrepto itinere per ásperos montes quos « *Cordillera de los Andes* » vocant, petens, ubi per annum et amplius, summa caritate et egestate, «omnia omnibus facta est, ut aliquos utique faceret salvos)) (cfr. *1 Cor* 9, 22). Cum autem, missionariis alio profectis, sacerdotali auxilio cum sociis destituta mansisset, ipsamet Serva Dei Guadalaquizae cum maximo animi moerore valedicere coacta est et Concham in Aequatoria divertere, ubi per biennium circiter orphanis in asylo a se, suadente Episcopo, erecto instituendis sese addixit, donec, a. 1872, Rivibambam, moderatore spirituali vocante, concessit. Ibi, antiquum in rem deducens propositum, die 14 Aprilis a. 1873, Ordinario loci probante, religiosarum communitatem nomine et protectione Beatae tunc Mariae Annae a Iesu Paredes condidit, quarum — iuxta statuta iampridem Guadalaquizae scripta — esset puellas orphanas pauperesque recipere, instituere, a malo praeservare; mulieres lapsas e vitiis conversas colligere easque in nova gratiae vita confirmare. Ut omnibus fere fundatoribus ex Dei permissione accidere solet, Dei quoque Famulae haud exiguae superandae fuerunt primis Instituti annis simultates et difficultates, oeconomicarum etiam condicionum causa, cum a. 1875 civilis potestas domui caritatis Rivibam-

bensi ex publico aerario non amplius concedenda subsidia decrevit. Cum haud idoneam ad communitatem hac tempestate ducendam sese humiliter censeret, moderatricis officium cui a. 1873 destinata fuerat, a. 1877 deposuit, admonitricis, magistrae novitiarum, assistentis et directricis orphanarum munerum partes deinceps ad nutum oboedientiae fideliter adimplens, vitae exemplis tunc maxime confirmando quod antea ut normam vitae filiabus verbis proposuerat.

Annis nondum senex, virtutibus et meritis vero plena, ex gravi pulmonum inflammatione, spiritu Iesu Mariae Ioseph saepius commendato, in domo sua Rivibambensi, piissime in Domino die 12 Iunii a. 1883 obiit, ceu sancta a Populo Dei habita, qui miram eius noverat caritatem impensamque omnium necessitatum sublevandarum maternam sollicitudinem.

Mercedes Molina iis accensenda est virginibus prudentibus quae obviam Christo cum lampade accensa fideliterque occurrunt (cfr. *Mt* 25, 7-10). Unum Christum adeo dilexit ut eumdem crucifixum in semetipsa pro facultate exprimeret, conformationis causam orationem habens indeficientem, effectum autem actuosam sese impendendi pro animabus voluntatem. In minimis sicut et in magnis vitae eventibus Deum fide conspiciens eiusque in praesentia iugiter vivens, eius in omnibus optata generose adimplere ceu propositum indeclinabile habuit. Caritas autem spem alebat, quae Dei Famulam ab omnibus in dies spiritu liberam faciebat, spe vicissim caritatem confirmante et actuosiorem reddente. Mirum in se exstitit virtutum omnium exercitium, operibus potius quam verbis probatum. Ex perenni cum Deo in fide colloquio, haurire videbatur et vultus serenitatem et animi comitatem, et eximiam in agendo et patiendo fortitudinem et praeclaram, Spiritus sapientiae donum, prudentiam.

Sui prorsus immemor, nunquam valetudinis rationem habuit cum de salute animarum procuranda provehendaque ageretur. Sic intellegi potest etiam mirandus potius quam imitandus paenitentiae spiritus, quo, moderatoribus iugiter oboediens, corpus suum castigavit (cfr. *1 Cor* 9, 27), operibus probans quid in fragili etiam muliere amor in Christum et Ecclesiam possit.

Sanctitatis fama qua vivens inclaruerat in dies percrebrescente eaque supernis confirmata signis, factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis, triennio a Servae Dei obitu vix transacto, apud Curiam Bolivarensem agi coepta sit, Processibus tamen politicis praesertim ex causis brevi interruptis et nonnisi aa. 1928-

1932 celebratis, addito interim (aa. 1929-1930) Processu rogatoriali Conchensi in Aequatoriana Republica. Edito die 27 Novembris a. 1937 decreto super scriptis Servae Dei tributis, Pius Papa XII commissionem introductionis Causae sua manu die 8 Februarii a. 1946 obsignavit. Deinde annis 1949-1951, in Curia Bolivarensi Processus Apostolica auctoritate adornatus est super virtutibus in specie Servae Dei. De omnium autem harum inquisitionum iuridica validitate decretum exiit die 15 Octobris a. 1954.

Servatis itaque de iure servandis, instante Rev.do D. Marcello Venturi, Causae Postulatore, quaestio apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum super virtutibus Servae Dei agitata est, et primum quidem in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 10 Martii a. 1981 habito, et deinde, die 26 Maii a. 1981, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, in quo, Rev.mo Cardinali Humberto Mozzoni, ponente seu relatore, dubio num Serva Dei christianas virtutes heroicum in modum coluisset, affirmative est responsum.

Facta deinde die 3 Iulii eodem anno, de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II fideli relatione, Sanctitas Sua, ut Decretum super heroicis virtutibus Servae Dei rite appararetur mandavit.

Quod cum factum esset, accitis Cardinalibus infrascripto et Humberto Mozzoni, ponente seu relatore Causae, ceterisque omnibus de more con vocandis, meque Subsecretario S. Congregationis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater solemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servae Dei Mercedis a Iesu Molina, fundatricis Sororum a Sancta Maria Anna a Iesu Paredes, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum promulgari et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 27 Novembris, A. D. 1981.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

Traianus Crisan, *Subsecretarius*

II

ANTIOCHENA MARONITARUM

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Rebeccae Ar-Rayès de Himlaya apud Bikfaya, monialis professae Ordinis Libanensis S. Antonii Maronitarum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Serva Dei Rebecca Ar-Rayès nata est anno 1832 in pago Maronita Himlaya, in montibus Libani sito, prope Bikfaya, quae est in medio regionis. Nomen in baptismo ei inditum est Boutrossiéh (Petrina). Pater eius appellabatur Mrâd Sâber El-Choboq Ar-Rayès, mater autem Rafqa (Rebecca) ex familia Gemayel. Cum septimum ageret annum, amissa matre, orphana facta est : hoc primo gladio transfixa est. Pater viduus novum matrimonium iniit; sed noverca parum erga eam dilectionis habebat.

Adulescentula facta, Damascum se contulit, ubi famulata est quattuor annos familiae Badaoui, vere christianae. Cum pubuisset, pater eius, noverca et amita volebant eam in matrimonium collocare, sed ea maritari recusavit, cum ad vitam consecratam inclinaret. Sui iuris facta, anno 1853 ingressa est novam Congregationem « Mariamettarum », in urbe Bikfaya. Anno postulatus et duobus novitiatus transactis, vota simplicia temporanea est professa et cepit docere parvulos in scholis a « Mariamettis » administratis. Anno 1860 vehementissime doluit eaedem christianorum factam in vico Maronita Deir-el-Qamar, posito in montibus Libani. Dein, postquam aliquamdiu exstitit Bybli et septem annos in urbe Ma'ad, Congregatio ((Mariamettarum » resoluta est, et Famula Dei, potius quam ad saeculum rediret, intravit in monasterium S. Simonis El-Qarn ut monialis fieret in familia feminina Ordinis Libanensis Maronitae, in qua professionem monasticam edidit die vicesimo quinto Augusti anno 1873.

Anno 1885 a Domino est morbo tantisque aerumnis exercita, ut

deinde evaderet prorsus oculis capta et paralysi correpta. Translata est ad urbem Jrabta, ad novum monasterium S. Ioseph, ibique obiit die vicesimo tertio mensis Martii anno 1914.

Immanes fuerunt cruciatus, quos Famula Dei Rebecca Ar-Rayès est passa. Iuxta medicorum postumam cognitionem morbi ea laborabat phthisi, quae oculis insidebat et multis ossium locis. Insolitorum dolorum hic morbus causa fuit, quos Soror Rebecca potuit tolerare, quia Domino coniuncta virtutes evangélicas est conata observare.

Ante omnia Soror Rebecca fuit religiosa orans. Pietas quam colebat apud domesticos et deinde in Congregatione ((Mariamettarum », magnopere aucta est post eius ingressum in monasterium S. Simonis El-Qarn. Praeter preces liturgicas communes, quales erant Missa, Officium divinum et aliae, Soror Rebecca se dedidit precibus privatis, quibus animam suam, Dei avidam, profundebat. Sanctissimum Sacramentum summa religione venerabatur, quod assidue per diem visitabat. Quoad cultum Sanctae Virginis Mariae, apparebat ex eo quo animo ((mariano » eam revereretur, adeo ut Rosarium diu noctuque secum haberet. Peculiari item pietate adorabat Sacrum Cor Iesu, cuius corollam precatoriam recitabat cotidie; pariter pio obsequio S. Ioseph prosequebatur, quem saepe gratias postulabat novendialibus precibus.

Ad summam, Iesu, Mariae et Ioseph nomina semper habebat in ore, cum fervore, fide et amore repetebat : idque usque ad mortem. Hinc eius fides et spes in Deum firmabantur et maxime inflammabatur caritas.

Plena erat eius oboedientia; eo se conferebat, quo Superiores mittebant; nullum aggrediebatur laborem, nisi esset oboedientia praescriptus. Perfecta eius castitas. Uti in saeculo pulcherrima fuit puella, ita facta primum « Mariametta », deinde monialis, suam pulchritudinem suumque nitorem custodivit, quoniam haec corporis pulchritudo interiorem pulchritudinem et apertionem exprimebat. Eius paupertas exacta, quam ad amussim exercebat; «pauper» erat intus et foris, cum omnia abiecisset, ut Dei esset tota.

Humilissima erat, quieta, tranquilla et silentii studiosa; ex eius figura fulgebant humilitas et suavitas.

Honores et pompas saeculi nihil faciebat, nihilque avebat. Patientia tamen fuit Famulae Dei virtus potissima. Eius « via crucis » viginti fere annos duravit, in qua non desiit Dominum postulare gratiam

patientiae, ut esset eius passionis particeps. Religiosas et novitias hortabatur ut essent patientes, eiusque consilia magni erant ponderis, quandoquidem id exsequebatur, quod docebat. Solus novit Deus vim acerborum dolorum, quos illa tolerabat; neque die neque nocte enim ii remittebant. Nihilo minus nemo umquam eam audivit murmurantem, vel lamentantem, vel a Deo petentem ut se doloribus liberaret; namque sine intermissione aequo animo fuit, serena et grata in Dominum pro morbo quo erat affecta; quin etiam ipsum morbum existimavit donum pretiosum sibi a Dei missum, ut posset «adimplere in carne sua ea quae desunt passionibus Christi, pro corpore eius, quae est Ecclesia» (cfr. *Col* 1, 24).

Soror Rebecca ideo patienter tulit cum gaudio morbum, quia omnino se Divinae Providentiae commiserat. Dei enim voluntatem videbat in omnibus, quae ei accidebant : « Fiat voluntas Dei » continenter dictitabat, praesertim cum pateretur acerbius. Se idcirco divinae voluntati permittere, non verba vana erant sed efficacia, quia ex hac plena permissione vivebat.

Non solum Famula Dei non est questa dolores suos, sed neque causa fuit cur quis de ea conquereretur, ne semel quidem. Tam comis et humana etenim fuit tantaeque caritatis erga proximos, ut his ministrando se dederet, cuiuscumque regionis erant. In singula diei tempora sequebatur praeceptum Christi, Dilecti sui : « Diligite invicem, sicut dilexi vos». Virtus Servae Dei tam erat pulchra, ut esset etiam perpetuo iucunda; unde eius praesentia grata erat et consuetudo suavis et amoena. Ideo Sorores ofìiciosae erant in eam et aemulabantur ut ei opitularentur.

Praeclara atque late diffusa sanctitatis fama, qua Dei Serva vivens honestata erat, post eius obitum, in dies percrebrescens, supernis signis visa est confirmari. Quam ob rem factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Processus igitur ordinaria potestate apud Curiam Antiochenam Maronitarum anno 1929 constructi fuerunt, qui expleti Romam transmisi sunt apud Sacram tunc Rituum Congregationem. Quibus canonice excussis editoque Decreto super scriptis Servae Dei tributis, Paulus Papa VI die 1 Iunii anno 1968 introductionis Causae commissionem propria, ut moris erat, manu signavit. Recognita est deinde, die 22 mensis Februarii anni 1969, oboedientia Decretis Urbanianis super indebito cultu latis, atque apostolicis instructis processibus super virtutibus in specie apud

eandem Curiam Antiochenam Maronitarum annis 1973, de inquisitionum tum ordinaria tum apostolica potestate instructarum iuridica vi et validitate latum est Decretum die 24 Octobris a. 1974.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, quaestio agitata est apud hanc Sacram pro Causis Sanctorum Congregationem super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servae Dei; et quidem primum, die 19 Maii a. 1981, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, deinde vero, die 15 Decembris a. 1981, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Vladislao Rubin. Et omnes, tum Patres Consultores Omcialesque Praelati, tum Cardinales Patres proposito dubio num Serva Dei heroicum attigisset virtutum fastigium adfirmantes responderunt.

Facta postmodum de hisce omnibus Ioanni Paulo Papae II fideli relatione die 7 Ianuarii a. 1982, Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis rata habens, mandavit ut Decretum super heroicis Famulae Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, hoc die Summus idem Pontifex, accitis Cardinalibus Praefecto huius Sacrae Congregationis atque memorato Causae ipsius Cardinali Ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more con vocandis, iisque astantibus, Decreto suo sancivit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servae Dei Rebeccae Ar-Rayès de Himlaya apud Bikfaya, monialis professae Ordinis Libanensis Maronitarum, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Februarii, A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivasten., *a Secretis*

III

TAURINEN, SEU NEAPOLITANA

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Clotildis Adelaidis Xaveriae, Reginae Sardiniae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Scribit S. Gregorius Magnus : « Mirum valde est, cum in cordibus sublimium regnat humilitas morum. Unde pensandum est quia potentes quique cum humiliter sapiunt, culmen extraneae et quasi longe positae virtutis attingunt, et recta hac virtute Dominum quantocius plaçant, quia illud ei sacrificium humiliter offerunt, quod potentes invenire vix possunt. Subtilissima namque ars vivendi est culmen tenere, gloriam premere ; esse quidem in potentia, sed potentes se esse nescire ; ad largienda bona potentem se cognoscere, ad reprehendenda noxia omne quod potenter valet ignorare » *(Moralium,* 1. XXVI, 48 : *M. L.* 13, 377-378).

Hae sancti pontificis et doctoris sententiae optime congruunt Famulae Dei Mariae Clotildi Adelaidi Xaveriae, Sardiniae reginae, cuius vita omnibus ex omni parte exemplo fuit et praesertim sanctitate eminuit, quae rarissimum sanctitatis exemplum existimata est et verum gratiae prodigium, eo mirabilius, quo magis ei obstiterunt tempora et personae periculorum et illecebrarum plena, in quibus floruit.

Etenim, a Deo suscitata aetate calamitosa et turbata motibus maximi momenti ad communem historiam pertinentibus, visa est populorum moderatoribus ostendere exemplar regiae dignitatis et auctoritatis, cuius finis est bonum commune secundum ordinem a Deo praefinitum consequendum (cfr. *Gaudium et Spes,* n. 74). Ea enim, quae regii generis nomen et locum nec elegit nec est consecuta, sed habuit tamquam naturae dotem, de suis commodis multa detraxit, parce ac duriter se habuit proximisque usque ad holocaustum ministravit.

Maria Clotildis Adelaidis Versaliis nata est die vicesimo tertio Septembris anno 1758, e principe Aloisio, regni successioni destinato, et Maria Iosepha Saxoniae principe, coniugibus pietate et morum in-

tegritate eximiis, quamvis in aula essent aulici plerumque corrupti. Puellula parentibus orbata, amitae commissa est Lotharingiae corniti, qua moderante crevit religione et virtute. Dotibus naturae ornata, adeo ut tres annos nata expedite legeret et doctrinam christianam cognosceret, et litteris erudita, voluisset vitam religiosam sequi, sed septimum decimum annum agens in matrimonium collocata est Carolo Emmanueli, Pedemontii principi et throno Sardiniae destinato. Maria Clotildis censuit sibi esse condicioni uxoriae consentiendum, sed solum postquam exploratam habuit religiositatem futuri mariti et regiae eius familiae. Cum Augustam Taurinorum se contulisset, uxorem se ostendit insignibus virtutibus, christianis et humanis praeditam. Nec amor, nec obsequium, nec veneratio nec remissio in coniugem umquam defecerunt. Ipsa ei assedit immutata cum constantia et animi aequitate, maximo cum studio se abnegandi devovendique et cura in multis eius infirmitatibus et gravissimis casibus adversis. In tractandis rege et regina, soceris suis, purpuratis aulae regiae, familiae, famulis, populo, semper et ubique movebatur mira proximorum dilectione et humilitate; unde ab omnibus est honorata et amata. Insuper ex omnibus quae faciebat, et ex eius vitae ratione, fulgebat fides, qua flagrabat, peculiaris et ardentissima pietas, quam exhibebat etiam in sollemnibus publicis, populum et áulicos aedificando. Fervida oratione et contemplatione, per plures horas cotidie continuata, tota eius vita pervadebatur. Mirum in modum SS. Eucharistiam colebat; assidue legebat, loquebatur et summo cum gaudio audiebat quae de Deo deque religiosis mysteriis erant; diligentissime curabat servandam et tuendam fidem et bonos subiectorum mores ; dolore inenarrabili est affecta quando religio vexata est ob rerum publicarum conversionem et tumultus. Mente ad Deum continenter erat intenta, et cavebat ne illum amitteret e conspectu.

Summa veneratione Romanum Pontificem prosequebatur ; legibus Ecclesiae obsequentissima fuit et, si quando dubia erat, personas religiosas consultabat, quibus semper magnam tribuit observantiam et fidem.

Verbis et factis demonstravit se nullam bonorum huius mundi rationem habere, sed tantum vehementissime tendere ad divinam gratiam possidendam regnumque caelorum consequendum.

Maria Clotildis praeterea munificientissima fuit in egenos, assidue incumbendo in opera caritatis, et persaepe ipsa infirmis, etiam infectis, ministrando. Exemplo suo efficaci et sapientibus admonitio-

nibus effecit ut aulae dominae honestum ornatum adhiberent moribusque essent verecundae.

Aegre admissionibus, spectaculis et publicis apparitionibus intererat; quibus in casibus coram Deo manebat. Sed ante omnia mirabilis fuit eius fortitudo et acceptio divinae voluntatis in luctuosissimis rebus adversis quibus est percussa familia, a qua originem duxerat. In motu temporum rerumque conversione et perturbatione occisi sunt, ut notum est, frater eius Ludovicus XVI rex, regina Maria Antoniola, fratris uxor; postea eius soror minor natu carissima, princeps Elisabetha, quam omnes rerum gestarum scriptores laudibus efferunt tamquam mulierem maximis ornatam virtutibus. His lugendis factis auditis, Maria Clotildis animo est relicta; attamen immutatae fortitudinis se praebuit et summi divinae voluntatis obsequii, atque, inter - fectoribus parcendo, caritatis perfectae exemplo fuit.

His acerbis eventibus eius animus purior evasit et fortior, imperturbata pace fundatus, qua in omnibus divinae voluntati assentiebatur.

Tum ab archiepiscopo Taurinensi facultatem habuit sibi induendi sine intermissione vestem Consolatae : vestem laneam caeruleo tinctam colore, quam necessario exuebat solummodo in casibus magni momenti.

Ea occasione decessit etiam de possessione omnium quae habebat, ut pauper esset et pauperem se esse sentiret, et ex omni parte esset in potestate coniugis.

Die sexto decimo Octobris anno 1796, mortuo Victorio Amadeo III, Carolus Emmanuel IV regno Sardiniae est potitus et Maria Clotildis facta est regina. Sed res in discrimen adductae erant, et Pedemontium periclitabatur a Napoleone invadi. Primum omnium Famula Dei cum rege peregrinata est ad templum Taurinense Beatae Virginis Consolatae, ut se ac populum consecraret caelorum Reginae et a Deo imploraret rerum publicarum moderatoribus necessariam sapientiam.

Etenim Maria Clotildis, pro parte negotiorum quae ei obtigit exercenda in administrando regio imperio, haec duo sibi proposuit, qua regina : ut se sanctam efficeret in throno, cui Deus eam destinaverat, utque progressui populi sui consuleret.

Interim, obstricta rebus administrationis cavere, id religiosissima cum conscientia faciebat, magna cum sapientia et prudentia, adhibitis in consilium viris doctis et peritis.

Eximiae Famulae Dei dotes et virtutes tum maxime fulserunt, cum Augustam Taurinorum, duos post annos quam est regno potita, die nono mensis Decembris anno 1798, est coacta relinquere.

Per sex menses, quibus in Sardinia commorata est (a mense Martio ad mensem Septembrem a. 1799), singularis sanctitas Servae Dei probata est ab ofiiciosis et generosis Sardis. Inde rex et regina Tusciam petierunt ut Augustam Taurinorum redirent. Sed id fieri non potuit. Tunc Romam iverunt, apud Principes Colonna, ubi magistro spiritus usi sunt, S. Vincentio M. Strambi, sodali Congregationis Passionis Iesu Christi, qui eos observantia et amicitia perenni est prosecutus. Dein Neapolim confugerunt, quo pervenerunt vicesimo quinto die Novembris, anno 1800.

In adversis itinerum et in mansionibus plus minusve diuturnis harum peregrinationum Maria Clotildis constanter se praestitit patientem, aequam, omnino consiliorum Divinae Providentiae observantem, et rigide asceticam disciplinam tenuit atque pietatis fervorem. In exsilium eiecta, fortiter et cum dignitate toleravit molestias omne genus corporis et animi ; seque denique Deo devovit pro populo suo, cuius commodo servivit usque ad extremum aerumnosae vitae suae diem.

Exeunte mense Februario, anno 1802, Famula Dei aegrotavit contagione typhica. Dolores gravissimos passa est sine questu; sancta Sacramenta summa cum religione accepit et Nonis Martiis piissime est vita iuncta, sancta habita in decessu.

Eius funeri, tribus post diebus celebrato, magna populi multitudo interfuit. Corpus est in ecclesia S. Catharinae «a Chiaia» sepultum, ad quam solebat adire, ut sanctis Missis et aliis sacris ritibus occurreret.

Serva Dei Maria Clotildis Xaveria eminens mulier fuit; nam, etsi regina, ex animo vereque sprevit inania mundi, « unum necessarium » spectans, nempe sanctitatis, et dolores cruciatusque qui divinitus ei acciderant aeque perferendo animo hilari et grato in Deum, illud S. Mariae Magdalenae de' Pazzi ad se traduxit : « non mori, sed pati » : unde licet dicere eius vitam totam fuisse incruentum martyrium.

Denique iuxta doctrinam Concilii Vaticani II de universali vocatione ad sanctitatem in Ecclesia, exemplum a Maria Clotilde praebitum fulgidum est et praestantissimum, ex quo ((perspicuum est omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari » *(Lumen Gentium,* n. 40).

Fama sanctitatis, iam ea viva divulgata, post eius mortem magis magisque est confirmata. Quod quidem constat e processu informativo, cuius initium factum est post duos annos, quam e vita decessit. Eo finito, anno 1806, die decimo Aprilis editum est Decretum pro Causae Introductione. Statim post incepti sunt processus apostolici, qui

Romae sunt acti annis 1809-1827 et Augustae Taurinorum ab anno 1826 ad annum 1829. Mense Iulio anno 1829 proditum est Decretum de validitate processuum et eodem anno, pridie Idus Septembres, Papa Pius VIII exsolvit lege prohibente dubium disceptari de heroicitate virtutum Servorum Dei antequam quinquaginta anni ab eorum morte exierint.

Et re vera Congregatio Antepraeparatoria super virtutibus heroicis habita est die undevicesimo Septembris anno 1843.

Cum esset intermissa ob notos eventus connexos sive motui qui studebat ut Italia una esset, sive condicioni propriae Domus Sabaudae, causa recenter esumpta est Rescripto foras prolato die decimo Ianuarii anno 1970.

Pridie Nonas Octobres anno 1981 peractus est Congressus peculiaris, et die quinto decimo Decembris anno 1981 Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium, Ponente Cardinali Aloisio Ciappi; in utroque autem Coetu disceptatum est super dubio num Serva Dei virtutes christianas heroum in modum coliiisset. Et omnes, tum Cardinales, tum Praelati Officiales Patresque Consultores affirmativum dederunt responsum.

Facta postmodum de hisce omnibus Ioanni Paulo Papae II per infrascriptum Cardinalem Praefectum relatione, die 7 Ianuarii anno 1982, Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis rata habens, mandavit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, hoc die Summus idem Pontifex, accitis Cardinalibus Praefecto huius Sacrae Congregationis atque memorato Causae ipsius Cardinali Ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus, Decreto suo sancit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servae Dei Mariae Clotildis Adelaidis Xaveriae, Reginae Sardiniae, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Februarii, A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. ✠ S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivasten., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza :

Martedì, 6 Aprile 1982, S. E. il Signor JAVIER PÉREZ DE CUÉLLAR, **Segretario delle Nazioni Unite.**

Mercoledì, 7 Aprile 1982, S. E. il Signor KOSTANTINE KARAMANLIS, **Presidente della Repubblica di Grecia.**

Venerdì, 16 Aprile 1982, S. E. il Signor DIETRICH GENSCHER, **Ministro degli Affari Esteri e Vice-Cancelliere della Repubblica Federale di Germania.**

Lunedì, 19 Aprile 1982, S. E. il Signor MOBUTU SESE SEKO, **Presidente della Repubblica dello Zaire.**

Giovedì, 1 Aprile 1982, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

Venerdì, 2 Aprile 1982, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Domenica, 18 Aprile 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Bologna, in Italia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

24 aprile 1982. Mons. Bernard Jacqueline, Arcivescovo tit. eletto di Abbir maggiore, *Pro-Nunzio Apostolico in Burundi.*

29 » » Mons. Gian Vincenzo Moreni, Arcivescovo titolare eletto di Torre di Mauritania, *Pro-Nunzio Apostolico in Tanzania.*

8 maggio » Mons. Ivan Dias, Arcivescovo tit. eletto di Rusubisir, *Pro-Nunzio Apostolico in Ghana, Togo e Benin.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

1 febbraio 1982. Gli Em.mi Signori Cardinali Maximilien de Furstenberg, Sergio Guerri, Pierre Paul Philippe, Giuseppe Sensi, Giuseppe Caprio, Egano Righi-Lambertini, *Membri della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

» » » Le LL.EE. Mons. Paolino Limongi, Arcivescovo titolare di Nicea Minore; e Mons. Antonio Mauro, Arcivescovo titolare di Tagaste, *Vescovi membri soprannumerari della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

26 » » Le LL.EE. Mons. Francisco José Cox Huneeus, Vescovo già di Chillan, Segretario del Pontifìcio Consiglio per la Famiglia; e Mons. Alejandro Mestre, S.I., Vescovo tit. di Tigisi di Mauritania, Segretario della Conferenza Episcopale di Bolivia, *Consultori della Pontificia Commissione per VAmerica Latina.*

28 aprile » P. Jordan Gallego Salvadores, O.P., Segretario del Segretariato per i non credenti, *Consultore del Segretariato per i non Cristiani.*

6 maggio » P. Franc Rodé, C. M., *Sotto-Segretario del Segretariato per i non credenti.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

24 giugno 1981. Mons. Juan C. Cleofe (Legazpi).
16 dicembre » Mons. Gracija Ivano vie (Kotor).
28 » » Mons. Antonius Chacón Vivas (San Cristóbal).
» » » Mons. Pius Leon Cárdenas C. (San Cristóbal).
20 febbraio 1982. Mons. Francesco Mancorti (Modigliana).
» Mons. Giuseppe Ferretti (Faenza).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

24 giugno 1981. Mons. Lucilus B. Quiambao (Legazpi).
21 ottobre » Mons. Aemilius Cuadros Vega *(Huâcho-Perù).*
1 dicembre » Mons. Carlo Pueri (Tarquinia-Civitavecchia).
10 » Mons. Raffaello Bini (Pozzuoli).
» » Mons. Giovanni Moio (Pozzuoli).
18 » Mons. Charles de Ponteves (Versailles).
» Mons. Robert Joseph Walter (Davenport).
» Mons. Michael Joseph Morrissey (Davenport).
» Mons. William Robert Schmidt (Davenport).
» » Mons. Lawrence Donald Soens (Davenport).
28 » Mons. Alejandro Figueroa Medina (San Cristóbal).

28	dicembre	1981.	Mons. Nelson Arellano Roa (San Cristóbal).
7	gennaio	1982.	Mons. Ronald A. Amandolare (Paterson).
18	»	»	Mons. Donald Victory (Porto Pirie).
20	febbraio	»	Mons. Giovanni Geminiani (Faenza).
26	»	»	Mons. Rocco Sciarretta (Termoli).
»	»	»	Mons. Aristide Vitiello (Larino).

Cappellani di Sua Santità:

9	luglio	1981.	Il sac. Rudolf Hagedorn (Paderborn).
»	»	»	Il sac. Johannes Schweissguth (Paderborn).
»	»	»	Il sac. Wilhelm Eilinghoff (Paderborn).
»	»	»	Il sac. Max Kumhof (Paderborn).
28	novembre	»	Il sac. Vincenzo Vuolo (Cassano all'Ionio).
30	»	»	Il sac. Boleslaus Bilinski (Opole).
»	»	»	Il sac. Franciscus Dusza (Opole).
»	»	»	Il sac. Heribertus Hlubek (Opole).
»	»	»	Il sac. Henricus Kocek (Opole).
»	»	»	Il sac. Paulus Krawczyk (Opole).
»	»	»	Il sac. Aloysius Marcol (Opole).
»	»	»	Il sac. Sigismundus Nabzdyk (Opole).
1	dicembre	»	Il sac. Mario Smacchia (Tarquinia-Civitavecchia).
»	»	»	Il sac. Angelo Casonato (Tarquinia-Civitavecchia).
»	»	»	Il sac. Mario Lucarelli (Tarquinia-Civitavecchia).
10	»	»	Il sac. Attilio Ferrigno (Pozzuoli).
»	»	»	Il sac. Francesco Siviglia (Pozzuoli).
28	»	»	Il sac. Vicente Rivera Mora (San Cristóbal).
»	»	»	Il sac. Sixto Gonzalo Somaza Chacón (San Cristóbal).
»	»	»	Il sac. José Hernán Sánchez Porras (San Cristóbal).
22	gennaio	1982.	Il sac. Wladyslaw Maciag (Czestochowa).
20	febbraio	»	Il sac. Lino Alpi (Faenza).
»	»	»	Il sac. Mario Babini (Faenza).
»	»	»	Il sac. Valentino Donati (Faenza).
»	»	»	Il sac. Veraldo Fiorini (Faenza).
»	»	»	Il sac. Giulio Foschini (Faenza).
»	»	»	Il sac. Giuseppe Gambi (Faenza).
»	»	»	Il sac. Virgilio Montanari (Faenza).
»	»	»	Il sac. Silvano Montevecchi (Faenza).
»	»	»	Il sac. Guglielmo Patuelli (Faenza).
»	»	»	Il sac. Giuseppe Piazza (Faenza).
»	»	»	Il sac. Alberto Zauli (Faenza).
26	»	»	H sac. Michele Paolone (Termoli).
»	»	»	Il sac. Michele Vincelli (Termoli).
»	»	»	Il sac. Giulio Di Rocco (Termoli).
»	»	»	Il sac. Matteo Paoletti (Larino).
»	»	»	Il sac. Nicola Fratangelo (Larino).
15	marzo	»	H sac. Antonio Ligori (Otranto).
16	»	»	H sac. Adam Krasinski (Bialystok).

ONORIFICENZE

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14 novembre 1981. Al sig. Francis Bellanger *(Francia).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5 febbraio 1982. Al sig. Mariano Fontecilla de Santiago Concha *(Cile).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13 luglio 1981. Al sig. Josef Rommerskirchen (Köln).
5 dicembre » Al sig. Emile Chaoui *(Libano).*
28 » » Al sig. José Antonio Rad Rached (San Cristóbal).
26 gennaio 1982. Al sig. Oscar Marchi (Padova).
12 febbraio » Al sig. Alessandro Pastorello (Torino).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 giugno 1981. Al sig. Franz Josef Fieger (Köln).
» » » Al sig. Heinz B. Orlinski (Köln).
» » » Al sig. Rudolf Ewerhart (Köln).
21 ottobre » Al sig. Rudolf Conin (Köln).
28 dicembre » Al sig. Juan Galeazzi Contreras (San Cristóbal).
» » » Al sig. José Teodomiro Chaparro Peñuela (San Cristóbal).
16 febbraio 1982. Al sig. Pierre Canivet (Beauvais).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20 dicembre 1981. Al sig. Jorge Francisco Rad Rached (San Cristóbal).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

14 ottobre 1981. Al sig. Michele De Fina (Roma).
6 febbraio 1982. Al sig. Alessandro Caretta (Roma).
20 » » Al sig. Francesco Bandini (Faenza).
» » » Al sig. Fabio Menestrina (Faenza).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 maggio 1981. Al sig. Jakob Ohrem (Köln).
» » » Al sig. Rudolf Busch (Köln).
21 ottobre » Al sig. Albert Gemünd. (Köln).
28 novembre » Al sig. Giulio Gatto (Cassano all'Ionio).
10 dicembre » Al sig. Domenico D'Ambrosio (Pozzuoli).

12 dicembre 1981. Al sig. Iosef Bücker (Essen).
28 » » Al sig. Jnan Bautista Morales Gonzalez (San Cristóbal).
» » » Al sig. Nicolás Rubio Vargas (San Cristóbal).
7 gennaio 1982. Al sig. Math. Kannekens (Breda).
8 » » Al sig. Giuseppe Ardigò (Albenga-Imperia).
18 » » Al sig. Jac. Ger. Dijkman (Haarlem).
21 » » Al sig. Paolino Stefanelli (Otranto).
28 » » Al sig. Domenico Anconitani (Roma).
» » » Al sig. Max Stehlin (Freiburg im Breisgau).
8 febbraio » Al sig. Vincenzo Stillitano (Roma).
20 » » Al sig. Giancarlo Tatta (Faenza).
24 » » Al sig. Carlo Musajo (Milano).
3 marzo » Al sig. Aldo Vasti (Bayonne).
25 » » Al sig. Angelo Galli (Roma).

NECROLOGIO

28 marzo 1982. Mons. Malcolm A. MacEachern, Vescovo già di Charlottetown *(Canada).*
29 » » Mons. Geraldo Fernandes Bijos, C M . F., Arcivescovo di Londrina *(Brasile).*
8 aprile » Mons. José Abraham Martínez Betancourt, Vescovo già di Tacámbaro *(Messico).*
11 » » Mons. Silvio Luoni, Arcivescovo tit. di Torre di Mauritania.
20 » » Mons. Manfred Gottschalk, S. A. C, Vescovo di Oudtshoorn *(Repubblica Sudafricana).*
21 » » Mons. Lawrence L. Graner, C. S. C, Arcivescovo già di Dacca *(Bangladesh).*
23 » » Mons. Paul Achkar, Arcivescovo già di Laodicea di Siria dei Greci Melkiti Cattolici *(Siria).*
» » » Mons. Henri Audrain, Arcivescovo già di Auch *(Francia).*
24 » » Mons. Imre Kisberk, Vescovo già di Székesfehérvár *(Ungheria)* .
25 » » Card. John Patrick Cody, del Titolo di S. Cecilia, Arcivescovo di Chicago *(Stati Uniti d'America).*
28 » » Mons. Pierre Salmón, O.S.B., Vescovo tit. di Giocondiana.
29 » » Mons. Enrique Alvear Urrutia, Vescovo tit. di Sita.

An. et vol. LXXIV 5 Iunii 1982 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

THEATINA ET ALIARUM

Nova Provinciae ecclesiasticae Theatinae recognitio.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Fructuosae Ecclesiae administrationi et catholicorum bono spiritali non parum prodest circumscriptiones ecclesiasticas iusta ratione constitui. Quod considerantes Sacrorum Antistites regionis Aprutinae et Molisinae, atque normis Decreti Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II «Christus Dominus», n. 40 obsequentes, ab hac Apostolica Sede postulaverunt ut provinciae ecclesiasticae Theatinae fines opportune recognoscerentur. Nos autem, quorum est ex divino mandato necessitatibus omnium Christi gregis portionum sollerti cura prospicere, pro certo habentes huiusmodi petitionem in animarum salutem esse cessuram, preces eorundem admisimus et haec quae sequuntur Nostra Apostolica potestate statuimus et decrevimus. Circumscriptiones ecclesiasticae, quae intra fines provinciae civilis Theatinae comprehenduntur, provinciae ecclesiasticae Theatinae adgregentur et iuri metropolitano eius Archiepiscopi ad normam iuris communis subiciantur, Archidioecesi Lancianensi non excepta, quae tamen titulum metropolitanum amittet, exstincta provincia eiusdem nominis. Proinde metropolitana Ec-

elesia Theatina constabit ex suffraganeis Ecclesiis : Vastensi, Lancianensi, quae dignitatem archiepiscopalem servabit, et Ortonensi, quae perget esse aeque principaliter coniuncta cum Ecclesia Lancianensi. Ad haec omnia perficienda deputamus Venerabilem Fratrem Vincentium Fagiolo, Archiepiscopum Theatinum atque Conferentiae Episcopalis Aprutinae et Molisinae Praesidem, factis ad id necessariis et opportunis facultatibus, quas alii legare poterit, modo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Re vero acta, documenta exarentur et eorum sincerum exemplar quam primum ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die secundo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 84248.

Il

YAUNDEN. ET ALIARUM

Quattuor Provinciae ecclesiasticae constituuntur in Republica Caramaruniensi.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Eo magis catholica Ecclesia vigescit et dilatatur, atque efficacius animarum saluti prospicit, quo aptius eius in orbe terrarum portiones ordinantur et stabiliuntur. Cum igitur in Republica Cammaruniensi haec redemptorum pia Mater prosperrimis sit locupletata incrementis et in posterum uberiores provideantur fructus sive Ordinariorum sive cleri eiusdem nationis et adventicii alacri industria, oportere duximus novas circumscriptiones ecclesiasticas constituere fidelium necessitatibus consulentes. Quam ob rem, audito consilio Venerabilium Fratrum

Nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositorum et faventis sententiae eorum, quorum intererat, habita ratione, suprema Nostra Apostolica auctoritate haec quae sequuntur statuimus. Quattuor erunt deinceps in Republica Cammaruniensi ecclesiasticae provinciae, et quidem :

1) *Provincia ecclesiastica Yaundensis,* quae constabit ex archiepiscopali metropolitana residentiali Ecclesia Yaundensi atque suffraganeis Ecclesiis residentialibus Dumensi, Mbalmayoënsi, Sangmelimaënsi, Bafiensi ;

2) *Provincia ecclesiastica Dualaënsis,* quae constabit ex archiepiscopali metropolitana residentiali Ecclesia Dualaënsi ac suffraganeis Ecclesiis residentialibus Nkongsambensi et Bafussamensi ;

3) *Provincia ecclesiastica Garuensis,* quae constabit ex archiepiscopali metropolitana Ecclesia Garuensi et suffraganeis Ecclesiis residentialibus Maruana-Mokolensi et Yaguana ;

4) *Provincia ecclesiastica Bamendana,* quae constabit ex archiepiscopali metropolitana residentiali Ecclesia Bamendana et suffraganeis residentialibus Ecclesiis Bueaënsi et Kumboënsi, hoc ipso die condita.

Qui hactenus autem Ecclesiis praeerant, quae sunt metropolitanae hasce per Litteras Apostolicas constitutae, eos ad archiepiscopalem dignitatem evehimus. Ad haec omnia perficienda deputamus Venerabilem Fratrem Donatum Squicciarini, Apostolicum in Republica Cammaruniensi Pro-Nuntium, factis ad id necessariis et opportunis facultatibus, quas alii legare poterit, modo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Re vero acta, documenta exarentur et eorum exemplar quam primum ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittatur. Has Litteras Apostolicas ratas esse volumus sive nunc sive in posterum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die duodevicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 84742.

III
ANURADHAPUREN.

Praefectura Apostolica Anuradhapurensis ad dignitatem dioecesis evehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui idem ac beatissimus Petrus, Apostolorum praecipuus, munus accepimus universi Christi gregis pascendi, eodem, etiam quantum maxime possumus, amore ac dilectione tuemur, eo vires Nostras, et curas, et sollicitudines contendentes, ut quae gregi magis prosint, eadem et pro viribus in rem deducamus. Qua re, cum in Praefectura Apostolica Anuradhapurensi iam catholica fides haud parva cepisset incrementa, atque Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus visum esset bene fieri si eadem ad gradum dioecesis eveheretur ; per id enim tum Missionariis ibi adlaborantibus meritae laudis testimonium reddi, animum addi ad novos labores propagandae religionis causa; Nos in Venerabilium Fratrum Nostrorum sententiam inclinantes, haec apostolica Nostra potestate decernimus. Praefecturam Apostolicam Anuradhapurensem ad gradum et dignitatem dioecesis evehimus, factis nempe iuribus atque oneribus quae dioecesium sunt propria. Eam autem metropolitanae Sedi Columbensi in Taprobane ceu suffraganeam subicimus, atque iurisdictioni Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione obnoxiam facimus, ut adhuc fuit ; eius sedem episcopalem in urbe Anuradhapura poni statuimus, cathedram vero in templo S. Iosephi collocari, in eadem urbe, quod cathedralis templi dignitate ornabitur. Episcopus novae dioecesis Consultores dioecesanos pro Canonicis eliget, ad normam iuris, qui eum adiuvent sive consilio sive opera. Quod autem mensam respicit, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, administrationem, similia, omnia iure Canonico temperentur. Ceterum, ad haec, quae per has Litteras iussimus perficienda, Venerabilem Fratrem Nicolaum Rotunno legamus, Archiepiscopum titulo Minorensem, atque in Insula Taprobane, vulgo Sri Lanka Pro-Nuntium Apostolicum, vel quem ipse delegaverit, factis nempe necessariis facultatibus. Re vero acta documenta exarentur, atque sinceris exem-

piis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de vicesima mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco ££i Plumbi

In Secret. Status tab., n. 85001.

IV

KUMBOËNSIS

Detracta parte septentrionali territorii dioecesis Bamendanae in Camaruniensi Republica, nova constituitur cathedralis Sedes, nomine « Kumboënsis ».

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Aptiora in dies cum sint suscipienda incepta ad recte universum Christi gregem gubernandum, censuerunt Venerabiles Fratres Nostri Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi peropportune fieri si nova erigeretur ecclesiastica circumscriptio ex dismembratio territoriis dioecesis Bamendanae. Quapropter, audita hoc super negotio sententia omnium quorum interest, sequentia decernimus. A dioecesi Bamendana partem septemtrionalem distrahimus eaque novam constituimus dioecesim a civitate eiusdem regionis principe vulgo ((Eumbo » *Kumboënsem* appellandam, quam circumscribant fines divisionis civilis vulgo nuncupati ((Donga Mantung » cum divisione civili vulgo ((Menchum », item fines divisionis civilis vulgo « Bui », cum divisione civili vulgo ((Mezam », firmis exstantibus ceteris limitibus. Novae Ecclesiae sedem in urbe « Kumbo » esse statuimus, episcopalis vero magisterii cathedram in Ecclesia principali eiusdem civitatis Kumboënsis, quam ad cathedralis dignitatem attollimus. Eam praeterea suffraganeam

facimus (hodie enim ad hanc dignitatem ereximus) metropolitanae Sedi Bamendanae, eiusque episcopum iuri archiepiscopi Bamendani. Simul ac fas erit, Canonicorum collegium condatur iuxta normas per alias Litteras apostolicas edendas; interim vero consultores dioecesani eorum loco deligantur, qui ad normam iuris sacro dioecesis Praesuli assistant. Haec quae praescripsimus ad exitum perducat Venerabilis Frater Donatus Squicciarini, Archiepiscopus titulo Tiburniensis atque in Camaruniensi Republica Pro-Nuntius Apostolicus, vel ab eo delegatus sacerdos, confectique negotii documenta sueto modo exarata ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat. Has Litteras Apostolicas ratas esse sive nunc sive in posterum volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decima octava mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi
In Secret. Status tab.. n. 85887.

V

VICTORIEN, IN TEXIA

Quibusdam locis ab archidioecesi S. Antonii aliisque a Galvestoniensi-Houstoniensi Ecclesia necnon a dioecesi Corporis Christi reliquis detractis nova conditur Ecclesia nomine Victoriensis in Texia.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Libenter quidem, cum tempus necessitasque postulat, consilia confirmamus inceptaque fovemus quae aptiora videantur ad verum dominici gregis bonum provehendum, inter quae profecto adnumerantur congruae dioecesium divisiones novarumque constitutiones, quibus nempe et pastorali Episcoporum cura in particularibus Ecclesiis expeditius

exerceatur et «populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest ministretur» (cf. *Chr. Dom.y* 22). Quae cum ita sint, consideratis amplissimis Ecclesiarum S. Antonii et Galvestoniensis-Houstoniensis atque Corporis Christi finibus, quibuscum et nonnulla fidelium incommoda nectuntur, nuper accidit ut, idem sentientibus Pastoribus illarum trium Ecclesiarum, probatus S. Antonii Archiepiscopus, audita Conferentia Episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, ab Apostolica hac Sede petierit, ut et memorati fines submutarentur et nova dioecesis nomine Victoriensis in Texia conderetur. Nos igitur, cum etiam constet id in votis esse ipsius Venerabilis Fratris Pii Laghi, Archiepiscopi tit. Maurianensis et in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis Delegati Apostolici, communique autem optato omnes assentiri quorum interest vel interesse censetur, de prudenti consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae per has Litteras ea quae sequuntur statuimus atque iubemus. Ab archidioecesi S. Antonii ea seiungimus loca, quibus Comitatus continentur sic vulgo appellati Calhoun, Colorado, DeWitt, Fayette, Jackson, Lavaca, Victoria, illasque Comitatuum Matagorda et Wharton regiones ad occasum vergentes ; ita a dioecesi Galvestoniensi-Houstoniensi ea distrahimus Comitatuum Matagorda et Wharton loca in orientem spectantia; insuper a dioecesi Corporis Christi loca separamus quibus constat Comitatus Goliad. Quibus ipsis ita descriptis locis simul sumptis novam constituimus dioecesim nomine Victoriensis in Texia, quae etiam suffraganea erit archidioecesi S. Antonii, cuius proinde Archiepiscopi metropolitico iuri ipsum pro tempore Episcopum subicimus, qui novam reget Ecclesiam iisdem iuribus et privilegiis atque honoribus a Nobis insignitus, quibus ceteri in orbe exornantur Episcopi dioecesani, necnon officiis oneribusque adstrictus, quibus et ceteri ligantur sacrorum Antistites eiusmodi munere fungentes. Sedem autem dioecesis nunc constitutae statuimus in urbe vulgo Victoria denominata ; qua re in templo in honorem B. M. V. sub Victoriae titulo ibi exstanti Episcopi cathedram Agimus eademque evehimus ad Cathedralis Ecclesiae Victoriensis in Texia dignitatem, ita ut privilegiis insignibusque frui possit ceterarum Cathedralium Ecclesiarum propriis. Simul concedimus ut ibi, donec Capitulum Cathedrale constituatur, dioecesani interea Consultores ad statutas normas aligan tur. Ad episcopalem porro novae dioecesis mensam quod attinet, iubemus ut emolumentis Curiae constet fideliumque stipibus necnon

iusta portione sibi obventura e divisione bonorum archidioecesis S. Antonii sedulo secundum can. 1500 O. I. C. facienda. In iis vero, quae ad sacerdotalem tironum educationem et institutionem spectant, serventur praescripta iuris communis, ratione simul habita Decreti Concilii Vaticani II «Optatam totius» atque normarum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica editarum. Decernimus praeterea ut, constitutione eiusdem novae dioecesis ad effectum deducta, sacerdotes censeantur Ecclesiae adscripti in qua ecclesiasticum habent officium vel beneficium; ceteri clerici atque Seminarii alumni ei addicantur dioecesi intra cuius fines legitimum domicilium habent. Ceterum mandamus ut actorum documenta, quae aut ad novam Ecclesiam eiusve clerum aut ad fideles vel ad bona temporalia pertinent, a Curia archidioecesis S. Antonii ad Curiam dioecesis Victoriensis nunc conditae celeriter transmittantur, ut in condendo ibi tabulario asserventur. Quae hic nunc statuta sunt, ea exsequatur Venerabilis Frater Pius Laghi, Archiepiscopus titulo Maurianensis et in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus Delegatus Apostolicus, quem Nos deputamus debitisque facultatibus instruimus una cum libertate talis officii subdelegandi viro in ecclesiastica dignitate constituto, salvo utcumque onere curandi ut, certa et vera singulorum de peracta exsecutione documentorum exempla, sueto more obsignata sigilloque impressa, Sacrae Congregationi pro Episcopis cito mittantur. Has denique Apostolicas Litteras volumus nunc et in posterum ratas esse, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab., n. 88008.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Henrico de Osso y Cervello Beatorum honores deferuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christus Iesus, cum primos apostolos vocavit ((ut essent cum illo et ut mitteret eos praedicare » *(Mo* 3, 14), eorum velut imaginem proposuit qui, omnia derelinquentes, ipsum sequuntur, contemplantur, audiunt, alloquuntur, eius voluntatem faciunt, in eius dilectione manent, verba illius deinde fratribus cum omni fiducia praedicant, sua ipsorum vita quod docent confirmantes. His apostolis venerabilis Dei Famulus Henricus de Osso et Cervello, Dertosensis dioecesis presbyter, adnumerandus est, qui miro Dei amore incensus et eius Spiritu actus, Christum Iesum ceu magistrum, amicum, fratrem, summe dilexit, ad eius agnitionem et amorem homines trahere contendens. Fidelem autem hunc Divini Salvatoris discipulum ob id profecto inter Beatos Caelites referre placuit, ut Christifideles universi eius exemplis moti et intercessione suffulti, Christum fortiter sequerentur, presbyteri prae primis, qui in Henrico de Osso et Cervello eam imaginem ad vivum expressam habebunt, quam in Litteris Nostris ad universos Ecclesiae sacerdotes adveniente feria V in Cena Domini hoc anno adumbravimus. Henricus natus est die **XVI**, mense octobri, anno MDCCCXL in loco vulgo *Vinebre,* intra fines dioecesis Dertosensis, in Hispania, et postridie salutari expiatus lavacro. Pueritia domi traducta, adhuc adulescens ad oppida **v.** *Quinto de Ebro* et deinde *Reus,* commercii causa a patre missus est. At, Deo inspirante, anno MDCCCLIV, coram B. Maria V. in sanctuario v. *Montserrat,* quo confugerat, de clericali via persequenda serio cogitavit ; quam ilico, genitore primum renitente, inire potuit. Studiis philosophicis et theologicis Dertosae et Barcinone exactis, die **XXI** mense septembri, a. **MDCCCLXVII,** ad presbyteratum assumptus est. Iuvenibus addictus in spem Ecclesiae in seminario instituendis, in miseram etiam puerorum et puellarum condicionem oculos et cor convertit, constantissima nisus voluntate aliquid peragendi ut, tam iniquis in religionem temporibus, Christum illi nossent ac diligerent eiusque Ecclesiam nova fidelitate

prosequerentur. Catechesi tradendae ergo totus se dedit, iuvenum agmina exsuscitans, quibus adiutoribus in sancto ministerio uteretur. Hoc animarum amore ductus, dispersas catholicorum vires in unum colligere enisus est; iuvenum, virorum, puellarum constituens sodalicia, quorum membra Christum eiusque Ecclesiam vehementius diligerent eisque deservirent. Sibi persuasum habens mulieres partes in dies maiores in civitate christiana aedificanda habituras, singulari studio societatem puellarum « Filiarum Mariae Immaculatae et Sanctae Teresiae a Iesu », a se conditam, prosecutus est, quam spiritu pietatis et ardore apostolico imbuit, ac per totam Hispaniam diffudit, quasi gratiae vere quodam per mulieres illas ubique excitato. Illarum autem ex agmine primum ludimagistrarum coetum anno MDCCCLXXVI collegit ac formavit; quas die I mense ianuario anno MDCCCLXXIX, Ordinario Tarraconensi plane probante, ad sacra religionis vota nuncupanda admisit, fundamenta iacens « Societatis Sanctae Teresiae a Iesu », quarum plures domus, ad puellas humanis et divinis disciplinis apprime instituendas, in Hispania, in Lusitania, in Africa, in Mexico, in Uraquaria late constituit. Preli divinans in nova societate momentum, commentaria diurna *El amigo del pueblo* et commentaria periodica *Revista de Santa Teresa de Jesús* condidit et moderatus est, innumeros libros et opuscula ad pietatem, catechesim, magisterium Pontificum, historiam spectantes scripsit et diffudit, atque domum libris edendis aperiendam curavit. Prae cunctis, Servi Dei opella commemoranda venit *El cuarto de hora de oración,* anno MDCCCLXXIV primum impressa, et deinde ad nostra usque tempora pluries typis edita.

Sanctam Teresiam a Iesu peculiari religione coluit, operum suorum quasi fontem habens. Ceterum « caelestem » eiusdemque doctrinam, praeprimis de oratione, veluti renovationis catholicae instrumentum omnibus proposuit et commendavit. A seraphica vero Matre illa Abulensi sane didicerat « Dominum opera quaerere » (cfr. *Moradas* V 3, 11), et per ea quemlibet caritatem suam in Deum manifestare debere. Quapropter, caritate Dei, qua urgebatur, impense, quavis de valetudine et requie posthabita cura, ad Christi gloriam multifariam operatus est, certum habens deliberatumque : « operari usque ad aegrotationem, et deinde quiescere ». Ultimis quibus vixit annis, a Domino purificatus, qui electos suos velut aurum in fornace probat (cfr. *Sap* 3, 6), diutinas actionis iudicialis tulit atque adversas vicissitudines, iustitiae unius semper sollicitus; in quo negotio caritatis heroicae erga ini-

micos fuit exemplar et imago. Neque minus illi pati ex aliquali animorum in Societate a se fundata dissensione datum est. Nullis tamen fractus laboribus, spe gaudens, per crucem ceu donum acceptam intimius cum Deo semper coniunctus fuit, in eius voluntate conquiescens. Parato itaque animo, Domino advenienti occurrit, cum, die xxvn mense ianuario, anno MDCCCXCVI, apud Fratres Minores loci *Gilet,* in dicione Valentina, quo intendendae pietatis causa in solitudinem concesserat, subito de hoc mundo ad Patrem vocatus est, praemium fidelibus servis et apostolis paratum percepturus. Sanctitatis fama, qua dum viveret Dei Famulus celebratus est, mire post mortem increvit, praesertim postquam eius exuviae ex conventu loci *Gilet* ad sacellum novitiatus Dertosensis Societatis Sanctae Teresiae translatae sunt. Percrebrescente vero miraculorum fama, annis MCMXXV-MCMXXVII processus Ordinarii Barcinone et Dertosae acti sunt. Cum super scriptis Servi Dei die x mensis Aprilis anno MCMLIX decretum esset, Summus Pontifex Paulus VI die xv mensis Iulii, anno MCMLXV, commissionem introducendae causae subscripsit. Processibus Apostolicis Dertosae annis **MCMLXvi** et **MCMLXvii** ad exitum adductis, ac quaestione de processu iudiciali in Servum Dei per peculiarem inquisitionem historicam in favorem Henrici omnibus ex partibus exacta, die xv mensis Maii, anno **MCMLXXVi,** eundem Dei Famulum ad virtutum christianarum culmen pervenisse Paulus Papa VI edixit. Postquam autem recte disputatum est de mirabilibus sanationibus Sororum Antoniae Barrera Reig et Mariae a Cingulo Monfort Ferrando, e Societate Sanctae Teresiae a Iesu, intercessioni Henrici de Osso adscriptis eisque recognitis et per decretum Nostrum die x mensis Maii, anno MCMLXXIX sancitis, decrevimus sollemnem beatificationem venerabilis Henrici die xiv mensis Octobris huius anni peragi posse. Quem ergo inter ritum in basilica Petriana hodie mane celebratum, haec protulimus verba : « Nos, vota fratris nostri Richardi Caries Gordo, Episcopi Dertosensis, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus, ut Venerabilis Servus Dei Henricus de Ossó y Cervello, fundator societatis Sanctae Teresiae a Iesu, Beati nomine in posterum appelletur, eiusque memoria die ipsius natali vicesimo septimo mensis ianuarii in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Apostolicas autem has Litteras ut nunc sic posthac

ratas esse volumus suamque habere vim, contrariis quibuslibet neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Octobris anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £g Sigilli
In Secret. Status tab., n. 29990.

II

Templum Familiae Sacrae dicatum intra archidioecesis Nairobiensis fines ad titulum honoremque Basilicae Minoris provehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Le Sue ultime parole sulla Croce : « Padre nelle tue mani consegno ! ... consegno il mio spirito ».[2] Ha dato la sua vita per noi. Per tutti gli uomini. ((Noi » siamo soltanto una piccola parte di tutti coloro, per i

[1] *Qv* **15, 13.**

quali Cristo ha dato la vita. Non vi è un uomo, dall'inizio sino alla fine del mondo, per il quale Egli Hon abbia dato la vita.

Egli ha dato la vita per tutti. Ha redento tutti. La Croce è segno della redenzione universale : *ecce enim propter lignum venit gaudium in universo mundo.*

5. *Venit gaudium ...*

La Croce è la porta, attraverso la quale Dio è entrato definitivamente nella storia dell'uomo. E permane in essa.

La Croce è la porta, attraverso la quale Dio incessantemente entra nella nostra vita.

Proprio per questo ci segniamo col segno della Croce, e diciamo contemporaneamente «nel Nome del Padre, e del Figlio, e dello Spirito Santo ».

E mentre tracciamo il segno della Croce sulla fronte, tra le spalle e sul cuore, pronunciamo anche le parole.

Queste parole sono un invito a Dio, affinché venga. E le uniamo al segno della Croce, perché Dio entri nel cuore dell'uomo mediante la Croce.

E così Egli entra in ogni lavoro, pensiero e parola: in tutta la vita dell'uomo e del mondo.

La Croce ci apre a Dio. La Croce apre il mondo a Dio.

6. E nel segno della Croce è data anche la benedizione.

Così fanno vescovi e sacerdoti. Così fanno i genitori sul bambino. Per la Croce di Cristo aspettiamo il bene definitivo da Dio stesso e tutti i beni che a quello ci avvicinano.

Tutto ciò è espresso da ogni benedizione. Anche da quella che tra breve vi impartirò.

Stat crux, dum volvitur orbis.

Tutto passa — permane la Croce tra il mondo e Dio.

Mediante la Croce Dio permane nel mondo.

Crucem Tuam adoramus, Domine.

7. Carissimi Fratelli e Sorelle !

Che questo giorno del Venerdì Santo, dedicato al mistero della Croce, che noi oggi abbiamo meditato, ci avvicini sempre più al Dio Vivente : Padre, Figlio e Spirito Santo.

Il segno della morte di Cristo vivifichi in noi la Sua presenza e la Sua forza. Amen.

[2] **Cfr. *Lc* 23, 46.**

II

Dominica Paschae in Resurrectione Domini datus, ex externo Basilicae Vaticanae podio. *

1. *Victimae paschali laudes / immolent Christiani.*

Cristiani dell'Urbe e dell'Orbe ! In questa ora solenne vi chiamo ed invito — ovunque vi troviate — a rendere omaggio di venerazione a Cristo Risorto : alla Vittima pasquale della Chiesa e del mondo !

Si uniscano in questo culto tutte le comunità del Popolo di Dio dal sorgere del sole fino al tramonto : tutti gli uomini di buona volontà siano con noi ! Questo, infatti, è il giorno fatto dal Signore !

Agnus redemit oves ...

2. Questo è il giorno, in cui si è decisa l'eterna battaglia : *mors et vita duello confliwere mirando!*

Tra la vita e la morte fin dall'inizio si svolge una lotta. Si svolge nel mondo la battaglia tra il bene e il male. Oggi la bilancia sale da una parte : la Vita ha la meglio ; il Bene ha la meglio. Cristo Crocifìsso è risorto dalla tomba ; ha spostato la bilancia in favore della Vita. Ha innestato di nuovo la vita sul terreno delle anime umane. La morte ha i suoi limiti. Cristo ha aperto una grande speranza : la speranza della Vita oltre la sfera della morte.

Duce vitae mortuus régnât vivus!

3. Passano gli anni, passano i secoli. È l'anno 1982. La Vittima pasquale continua ad essere come la vite innestata nel terreno dell'umanità. Nel mondo continuano a lottare il bene e il male. Lottano la vita e la morte; lottano il peccato e la grazia.

È l'anno 1982. Dobbiamo pensare con inquietudine verso che cosa si va dirigendo il mondo contemporaneo. Avendo messo profondamente le radici nell'umanità dei nostri tempi, le strutture del peccato come una larga ramificazione del male, sembrano offuscare l'orizzonte del Bene.

Esse sembrano minacciare con la distruzione l'uomo e la terra.

Quanto dolorosamente soffrono gli uomini : individui, famiglie, società intere! *Mors et vita duello confliœere mirando!*

In questo giorno del Sacrifìcio pasquale non ci è lecito dimenticare nessuno di coloro che soffrono.

*** Die 11 m. Aprilis a. 1982.**

Anche per loro è la Pasqua !

Tutte le vittime dell'ingiustizia, della crudeltà umana e della violenza, dello sfruttamento e dell'egoismo si trovano nel cuore stesso della Vittima pasquale.

Tutti i milioni e milioni di esseri umani minacciati dal flagello della fame, che potrebbe essere allontanato o diminuito se l'umanità sapesse rinunciare anche solo a parte delle risorse che consuma follemente negli armamenti.

Anche per loro è la Pasqua !

4. Vittima pasquale ! Tu conosci tutti i nomi del male meglio di chiunque altro che li possa nominare ed elencare. Tu abbracci con te tutte le vittime !

Vittima pasquale ! Agnello crocifìsso ! Redentore ! *Agnus redemit oves.*

Anche se nella storia dell'uomo, degli individui, delle famiglie, della società e infine dell'umanità intera il male si fosse sviluppato sproporzionatamente, offuscando l'orizzonte del bene, esso tuttavia non ti supererà!

Non ti colpirà più la morte !

Cristo risorto non muore più !

Anche se nella storia dell'uomo — e nei tempi nei quali viviamo — si potenziasse il male; anche se umanamente non si vedesse il ritorno al mondo, in cui l'uomo vive nella pace e nella giustizia — al mondo dell'amore sociale —

— anche se umanamente non si vedesse il passaggio,

— anche se infuriassero le potenze delle tenebre e le forze del male,

Tu, Vittima pasquale ! Agnello senza macchia ! Redentore ! hai già ottenuto la vittoria ! La tua Pasqua è passaggio !

Tu hai già ottenuto la vittoria !

E hai fatto di essa la nostra vittoria ! Il contenuto pasquale della vita del tuo Popolo.

5. *Agnus redemit oves.*

Christus innocens Patri reconciliavit peccatores.

Il male non si riconcilierà mai col bene.

Ma gli uomini, gli uomini peccatori, gli uomini colpiti dal male — ea volte anche profondamente macerati dal male — Cristo li ha riconciliati col Padre.

Festeggiamo oggi la Risurrezione !

Festeggiamo oggi la Riconciliazione !

Permane il mistero della Risurrezione nel cuore stesso di ogni morte umana. Permane il mistero della Risurrezione nel cuore delle folle: nel cuore stesso delle folle innumerevoli : delle Nazioni, lingue, razze, culture e religioni. Il Mistero Pasquale della Riconciliazione permane nella profondità del mondo umano. E di lì non lo strapperà nessuno!

6. La gioia pasquale è turbata da situazioni di tensione o di conflitto in alcune parti del mondo, prima fra tutte la guerra logorante che infuria da tempo tra l'Irak e l'Iran e che ha recato già tante sofferenze ai due rispettivi popoli. Ultimamente si è aggiunta la grave tensione tra due Paesi di tradizione cristiana, l'Argentina e la Gran Bretagna con perdita di vite umane e con la minaccia di un conflitto armato e con temibili ripercussioni nei rapporti internazionali.

Formulo pertanto il voto fervente e un appello particolarmente pressante alle parti in causa, perché vogliano ricercare, con responsabile impegno e con ogni buona volontà, le vie di una pacifica ed onorevole composizione della vertenza, mentre ancora resta tempo per prevenire uno scontro sanguinoso.

Pace ! Pace nella giustizia, nel rispetto dei principi fondamentali universalmente riconosciuti ed affermati dal diritto internazionale, nella mutua comprensione ! La preghiera di tutti muova e sostenga lo sforzo doveroso dei responsabili dell'una e dell'altra Parte e di quanti vorranno interporre la loro opera amichevole per giungere alla auspicata pacificazione !

7. Fratelli e Sorelle!

Da tutte le Nazioni e Popoli, lingue e razze, culture e religioni, Paesi e continenti !

Il nostro mondo umano è permeato dalla Risurrezione ! Il nostro mondo umano è trasformato dalla Riconciliazione : *Agnus redemit oves!*

Mi rivolgo a tutti. Invito tutti ad adorare insieme col Servo dei Servi di Dio la Vittima Pasquale ! A ritrovare la luce nelle tenebre ! La speranza tra le sofferenze.

Surrexit Dominus vere!

Vota sua et omina Summus Pontifex pronuntiavit lingua Italica, Gallica, Anglica, Germanica, Hispanica, Lusitana, Graeca, Albaniensi,

Dacoromana, Hungarica, Cecha, Slovachiensi, Croata, Slovena, Serba, Serba-Lusatia, Bulgarica, Bielorussica, Russica, Ucraina, Lituana, Lettonica, Nederlandica, Suetica, Finnica, Hibernia, Romancia, Melitensi, Georgiana, Armeniaca, Arabica, Aethiopica, Svailica, Hindustanensi, Sinensi, Iaponica, Coreana, Vietnamiensi, Indonesiana, Philippina-tagalog, Polonica, Latina.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETA

I

TAUBATENSIS-SANTOSENSIS

De mutatione finium dioecesium.

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP.DD. Antonius Alfonsus de Miranda, Episcopus Taubatensis, et David Picäo, Episcopus Santosensis, audita Conferentia Episcopali Brasiliensi, unanimi consensu, ab Apostolica Sede postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Carmeli Rocco, Archiepiscopi titularis Iustinianopolitani in Galatia et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia PP. II, sibi tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto distrahit a dioecesi Taubatensi atque in perpetuum dioecesi Santosensi adnectit integrum territorium, prout in praesens lege civili circumscribitur, municipiorum vulgo nuncupatorum: « Caraguatatuba et Ubatuba ».

Quamobrem documenta et acta praefatorum municipiorum clericos, fideles ac bona temporalia forte respicientia a Curia Taubatensi ad Curiam Santosensem, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censentur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carmelum Rocco deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 24 mensis Martii anno 1982.

83 SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

ffi Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditan. maior, *a Secretis*

II

PORTUS VETERIS-GUAIARAMIRENSIS-RONDONIENSIS

De mutatione finium ecclesiasticarum circumscriptionum.

Cum in Brasilia Territorium Foederale vulgo *Rondônia* nuncupatum ad dignitatem Status nuper evectum sit simulque nova municipia in eodem creata sint, quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, visum est ut fines ecclesiasticarum circumscriptionum ibi exstantium cum limitibus civilibus plene et perfecte convenirent.

Ideoque, Exc.mi PP.DD. Ioannes Baptista Costa, Episcopus Portus Veteris, Geraldus Verdier, Episcopus Guaiaramirensis et Iosephus Martins da Silva, Episcopus Praelatus Rondoniensis, audita Conferentia Episcopali Brasiliensi, ab Apostolica Sede postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur, ita ut cum limitibus civilibus concordarent.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Carmeli Rocco, Archiepiscopi titularis Iustinianopolitani in Galatia et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia PP. II, sibi tributarum, oblatas preces accipiendas censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto dioecesi Portus Veteris adnectit integrum territorium, prout in praesens lege civili circumscribitur, municipiorum vulgo nuncupatorum *Porto Velho* et *Ariquemes;* itemque dioecesi Guaiaramirensi adiungit integrum territorium municipiorum a populis cognominatorum *Cuajar á-Mirim', Costa Marques* et *Colorado do Oeste;* praelaturae vero Rondoniensi unit integrum territorium municipiorum vulgo nuncupatorum *Ji-Paraná, Cocoal, Espigäo do Oeste, Jarú, Ouro Prêto do Oeste, Pimenta Bueno, Presidente Medid* et *Vilhena* atque integrum territorium municipii *Arapuamâ,* intra fines regionis civilis seu Status vulgo Mato Grosso do Norte exstantis, necnon partem municipii *Viia Bela* nuncupati in eadem regione patentem, a fluminibus Juruena, Oabixi, Guaporé et Galera circumscriptam.

Quamobrem documenta et acta memoratorum territoriorum clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam circumscriptionis ecclesiasticae cui illa sunt aggregata, ab eis ad quos spectat, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censentur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carmelum Rocco deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 15 mensis Aprilis anno 1982.

SB SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

83 Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Peraditan. maior, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 10 Februarii 1982. — Titulari episcopali Ecclesiae Vazaritanae R. P. D. Stanislaum Andreotti, O. S. B., Abbatem ordinarium Abbatiae *nullius* Sublacensis.

die 3 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae noviter erectae Piscariensi-Pinnensi Exc.mum P. D. Antonium Jannucci, hactenus Episcopum Pinnensem-Piscariensem.

die 4 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Glendalacensi R. D. Donaldum Brendanum Murray, e clero archidioecesis Dublinensis, professorem Theologiae Moralis Collegii vulgo Clonliffe, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Dermot J. Ryan, Archiepiscopi Dublinensis.

die 10 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Funchalensi R. D. Theodorum de Faria, moderatorem Pontificii Collegii Lusitanorum de Urbe.

die 18 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Turritanae Exc.mum P. D. Salvatorem Isgrò, hactenus Episcopum Gravinensem atque Praelatum Altamurensem et Aquavivensem.

die 5 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Albae Regalensi Exc.mum P. D. Iulium Szakos, hactenus Episcopum titularem Rapidensem.

— Coadiutorem c. i. s. Exc.mi P. D. Iosephi Ijjas, Archiepiscopi Colocensis, Exc.mum P. D. Ladislaum Paskai, hactenus Episcopum Veszprimiensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Stephaniacensi R. D. Iosephum Szendi, quem Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis dioecesis Veszprimiensis constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Elidensi R. D. Gerardum Belon, e clero archidioecesis Colocensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Cserhàti, Episcopi Quinque Ecclesiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cubdensi R. D. Georgium Póka, moderatorem Seminarii Maioris Iauriensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Arpad Fabian, Episcopi Sabariensis.

die 8 Aprilis. — Ecclesiae cathedrali suburbicariae Albanensi Exc.mum P. D. Dantem Bernini, hactenus Episcopum Veliternum et Signinum.

die 10 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Tamagristensi R. D. Zdzislaw Fortuniak, e clero archidioecesis Posnaniensis, quem depu-

tavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Georgii Stroba, Archiepiscopi Posnaniensis.

die 13 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Varmiensi Exc.mum P. D. Ioannem Oblak, hactenus Episcopum titularem Abbiritanum.

die 15 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Nannetensi Exc.mum P. D. Aemilium Marcus, hactenus Episcopum titularem Trium Tabernarum.

die 21 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Aurusulianensi R. D. Edmundum Michaelem Piszcz, e clero dioecesis Culmensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Mariani Przykucki, Episcopi Culmensis.

die 23 Aprilis. — Praelaturae Missionis Galliae seu Pontiniacensi Exc.mum P. D. Albertum Decourtray, Archiepiscopum Lugdunensem.

die 30 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Chillanensi R. D. Albertum Jara Franzoy, cancellarium Curiae archiepiscopalis S. Iacobi in Chile ;

— Cathedrali Ecclesiae Novoraniensi R. D. Gerardum Sueldo, vicarium episcopalem pro actione pastorali fovenda et cancellarium Curiae dioecesis Catamarcensis.

die 3 Maii. — Coadiutorem c. i. s. Exc.mi P. D. Iesu Antonii Castro Becerra, Episcopi Palmirani, constituit Exc.mum P. D. Iosephum Marium Escobar Serna, hactenus Episcopum titularem Urbis Salviae et Auxiliarem Vicariatus Castrensis Reipublicae Columbianae.

die 10 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Arassuahyensi, R. D. Crescentium Rinaldini, e clero Brixiensi.

— Cathedrali Ecclesiae Almenarensi, noviter erectae, R. P. Iosephum Geraldum do Valle, Congregationis a Ss. Stigmatibus D.N.S.I.C. sodalem.

die 13 Maii. — Ecclesiae archiepiscopali Lancianensi atque Ecclesiae cathedrali eidem unitae Ortonensi Exc.mum P. D. Entium d'Antonio, hactenus Archiepiscopum titularem Velebusdiensem.

NOMINATIO

Decreto Sacrae Congregationis pro Episcopis :

die 26 Maii 1982. — Exc.mo P. D. Rosalio Iosepho Castillo Lara, Episcopo titulari Praecausensi, Pro-Praesidi Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici Recognoscendo, dignitas archiepiscopalis collata est.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

PARMEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Guidonis Mariae Conforti, Archiepiscopi-Episcopi Parmensis, fundatoris Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro Exteris Missionibus.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Concilium Vaticanum II pronuntiavit Ecclesiam natura sua esse missionariam *[AC,* 2), et Episcopos dixit « non solum pro aliqua dioecesi, sed pro totius mundi salute consecratos esse» *(AG,* 39). Idem de Ecclesia deque Episcopis sentiebat Servus Dei Guido Maria Conforti, Archiepiscopus-Episcopus Parmensis et Fundator Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro Exteris Missionibus. Hoc propositum nisus est per totam vitam ad finem adducere, exemplar factus omnibus filiis suis missionariis, gregi dioecesano atque sacerdotibus et episcopis universae Ecclesiae Dei. Quamvis totis viribus in curam incumberet amplae et difficilis dioecesis, affectus est « sollicitudine omnium Ecclesiarum» *(2 Cor* 11, 28). Bene Cardinalis Iosephus Roncalli, Venetiarum Patriarca, vicesimum quintum annum eius mortis commemorans, eum descripsit ((Episcopum Parmensem, sed totius orbis terrarum missionarium ».

Servus Dei natus est in pago *Ravadese,* intra fines dioecesis Parmensis, die tricesimo Martii, anno 1865, ex Rinaldo et Antonia Adorni, decem filiorum octavus. Eodem die est baptizatus et nomina ei indita sunt Guido, Iosephus, Maria. Ad pietatem et amorem Dei a religiosissima matre educatus, pius crevit et oboediens et frequentandi ecclesiam studiosus, etsi indole alacer. Ab ineunte aetate Parmam missus ut institutionem suam perficeret apud Fratres Scholarum Chri-

stianarum, ex his eximiis educatoribus utilitatem capit eorumque catechesi tribuebat, si iam tum animo concepit vocationem ad sacerdotium. Octennis sacramentum Confirmationis accepit et decennis primum est eucharistica mensa refectus.

Undecim annos natus Seminarium dioecesanum anno 1876 est ingressus, ubi gymnasii, lycei et theologiae studia exercuit laudabiliter, et inter condiscipulos diligentia, pietate, disciplinae observantia et oboedientia eminuit. Sacerdos est ordinatus die vicesimo secundo mensis Septembris anno 1888.

Vicarius Rectoris seminarii nominatus anno 1887, cum adhuc esset clericus, in hoc munere, quod aliquot annos sustinuit, ostendit insignes dotes educatoris proprias, sed ante omnia alumnis profuit morum sanctimonia et verbis fidei ad persuadendum aptis.

Postea linguam Italicam docuit in gymnasio et in lyceo. Anno 1892 factus est canonicus Basilicae cathedralis, et dein moderator Piae Operae pro Fide Propaganda.

Cum non potuisset, infirmae valetudinis causa vocationem missionariam sequi, ad quam iam ab annis in gymnasio actis alliciebatur, consilium cepit ut conderet Institutum pro Exteris Missionibus. Multis Deo precibus adhibitis et prudentibus piisque viris consultis, anno 1893 domum emit pro futuro opere fundando. Hoc autem non est molitus sine adprobatione Sacrae Congregationis de Propaganda Fide et Episcopi dioecesani. Ita, anno 1895, incepit opus suum missionarium, habito a novo Episcopo Parmensi, D. Francisco Magani, decreto erectionis seminarii Aemiliensis pro Exteris Missionibus, Calendis Novembribus.

Die octavo Ianuarii creatus est Delegatus ad instar Vicarii Generalis, inde Pro-Vicarius et, insequenti anno, Vicarius Generalis. Doctor theologiae renuntiatus Romae apud Collegium Protonotariorum Apostolicorum, electus est magister Collegii Theologici Parmensis, Praeses Tribunalis ecclesiastici pro causis pertinentibus ad libros typis impressos, et variis est insignitus honoribus sive ab Ordinario dioecesano sive a Summo Pontifice Leone XIII.

Die tertio Decembris, tribus consumptis annis ad experiendum, Episcopus Parmensis decreto a se dato Institutum Servi Dei erexit in Congregationem religiosam S. Francisci Xaverii pro Exteris Missionibus, eiusque leges et praecepta adprobavit. Eodem die duo primi alumni vota religiosa professi sunt, die festo S. Francisci Xaverii, quem nova Congregatio patronum elegerat et a quo nomen acceperat.

Paucos post menses ambo ii novi missionarii ad Sinam sunt profecti, D. Franciscum Fogolla, futurum martyrem, secuti.

Die nono Iunii a. 1902 Servus Dei praenuntiatus est Archiepiscopus Ravennatensis. In ea dioecesi Dei Servus omnibus viribus laboravit duos annos ; sed post, gravibus valetudinis causis, Summum Pontificem Pium X humiliter postulavit suam abdicationem probaret et opportune Ravennatensi dioecesi per Episcopum sanum et validum consuleret.

Ad suum igitur rediit Institutum, ubi, aliquanta sanitate recuperata, miro cum ardore incubuit in alumnos missionarios instituendos et multa cum diligentia et precibus Constitutiones Instituti apparavit, quas spiritu suo perfudit, filiis suis praescribens viam simplicem et evangelicam ad sanctitatem et apostolatum. Die quarto Martii anno 1906 S. Congregatio de Propaganda Fide edidit *Decretum laudis* et anno 1921 Constitutiones'adprobavit. Ita is, qui tantum optaverat vitam suam profundere in terris missionum, divina Providentia et impulsu Spiritus Sancti factus est pater missionariorum et legis lator sapiens et prudens.

Die vicesimo quarto Septembris, anno 1907, Servus Dei nominatus est Episcopus coadiutor R. D. Magani cum iure successionis; quo improviso vita functo, Servus Dei factus est Episcopus Parmensis eodem anno, pridie Idus Décembres.

Quinque et viginti annos bonus pastor dioecesim illam administravit, semper vigilans ad defendenda iura Ecclesiae, honorem et libertatem sacerdotum ac populi sui fidem.

Cavit praesertim doctrinae christianae integritati, exstirpando nascentem ((modernismum)), qui dicitur, e clero suo et institutionem populi religiosam promovendo, idque duxit muneris sui pastoralis cardinem. Scholas tradendae doctrinae christianae constituit in omnibus paroeciis et viros atque mulieres catechistas informavit praelectionibus disciplinae religiosae et artis docendi, et, primus in Italia, Hebdomadam catecheticam celebravit.

Labores et incommoda plurima obeundo quater visitationem pastoralem fecit, peragrans pagos vel maxime longinquos in montibus et vallibus sitos; quinta visitatio pastoralis morte est interrupta. Duas congregavit synodos dioecesanas, Actionem Catholicam, praesertim iuvenum, instituit et fovit. Peculiari modo curavit formationem cleri in seminariis, disciplinam ecclesiasticam est tuitus, animos divisos reconciliavit, operam dedit ut errantes ad ovile reduceret, et sine intermissione ac vehementer sive clero sive populo christiano inculcavit erga

Petri Cathedram obsequium. Pastorale studium adhibuit in quemlibet personarum ordinem et in quolibet Institutum. Nihil eum effugiebat ad vitam religiosam gregis pertinens : ecclesiarum restauratio et aedificatio, scientia et pietas cleri, sodalitates catholicae, boni libri typis exscripti, missiones ad populum, conventus eucharistici, conventus Mariani, conventus Actionis Catholicae et religiosae.

Quandoquidem sicut Apostoli nova semper negotia suscipiebat, nihil tamen praetermittens muneris sui pastoralis, ab anno 1916 adiuvit Servum Dei P. Paulum Manna in instituenda Unione Missionaria Cleri, cuius primus fuit Praeses, omnia industriae subsidia et instrumenta in ea consumens plus decennium, quantum eum sinebant occupationes dioecesis.

Servus Dei multiplici opera sua pro Unione Missionaria Cleri fuit unus ex praecipuis fautoribus cooperationis missionariae post prius totius orbis terrarum bellum.

Interea Institutum a Servo Dei conditum numero augebatur et ardore apostolico eminebat. Fundator autem in vita religiosa et in regulae disciplinae exemplo erat, paupertate et humilitate praecellens, et ipse vota religiosa professus. Anno 1904 altera missionariorum manus ad Sinam profecta est. Anno 1928 Fundator missiones suas visitavit, ut missionarios hortaretur in multis rebus adversis in quas incider ant ob difficillimam rei publicae et societatis condicionem.

Interim variae domus formationis ortae erant in Italia. Nonis Novembris, laboribus et pastorali navitate defessus, pie accepto Infirmorum Sacramento et Sanctissimo Viatico, facta publica fidei professione et Deo implorato pro clero et populo, Servus Dei virtutum et meritorum plenus in Domino obdormivit.

Tanta virtutum fama floruerat, ut totus populus Parmensis eius mortem defleret eiusque funus inusitato concursu honoraret. Voce communi sanctus renuntiabatur, et fama prodigiorum in vita et post mortem electorum per totam regionem vulgata est et, per eius filios missionarios, ad longinqua terrarum orbis pervenit.

Fulsit eius fides ex verbis et operibus; divinae Providentiae fiducia eum in aerumnis sustinuit; inexhausta eius caritas erga Deum et fratres oculis omnium fuit subiecta.

Fide, spe, caritate motus est ad condendum Institutum missionarium iisdemque suffultus in difficultatibus innumeris quas offendit et in Instituto condendo et in difficili dioecesis regimine.

Servus Dei, qui inter Episcopos Itálicos eminuit horumque in se

animos convertit primis triginta annis huius saeculi, dum non parum res turbabantur et mutabantur, semper heroico modo se gessit et quidem magis in dies a iuventute usque ad aetatem maturam et ad mortem : etenim praeterquam quod de Ecclesia bene meritus est miro studio operis missionarii atque diuturna administratione episcopali, virtutes christianas, sacerdotales et pastorales heroice exercuit, fulgidum praebens exemplum sive vitae apostolicae, coniunctae cum professione consiliorum evangelicorum et cum altissima contemplatione, sive sanctitatis non in factis clamosis consistentis, sed in humili, fideli, constanti adimpletione voluntatis Dei omnibus minimis vitae punctis. Hac nostra aetate, qua fidei insidiantur rationalismus, saecularizatio, materialismus, uti dicuntur, et vitae voluptatum, aviditas, Servus Dei nos commonefacit fidem esse maximum thesaurum, eaque dirigi oportere nostram cogitandi, iudicandi, agendi rationem, et ita nos gerere, quo modo Christus se geret, Exemplar insigne, quem imitari debemus et ante omnia maxima cura et dilectione prosequi. Denique, in hac Ecclesiae missionaria restauratione post Concilium Vaticanum II, Servus Dei omnes monet, et imprimis Episcopos, de gravissimo Populi Dei officio, quo quisque obligatur partes suas assumere in opere missionali apud Gentes obeundo, collaborando pro sua opportunitate, facultate, charismate ac ministerio (cfr. *AG,* 35 et 28).

Is ostendit posse « spatia caritatis » ad terminos terrae dilatari, similemque curam haberi de iis qui longe ac de illis qui propria membra sunt (cfr. *AG,* 37).

Non est mirum si ob tot virtutum famam, in cuncto populo Parmensi, et praesertim inter sacerdotes et civitatis moderatores qui cum Servo Dei egerunt temporibus non minime perturbatis, ac etiam inter humillimos plebis diffusam, Episcopus Parmensis primus Guidonis Conforti successor impulsus est ad Processum Ordinarium Informativum instruendum et ad petendam a Summo Pontifice, per epistulam postulatoriam, introductionem Causae Beatificationis et Canonizationis, ((totius dioecesis mentem interpretando)).

Hinc anno 1941 Parmae constitutus est Processus Ordinarius Informativus super fama sanctitatis, virtutibus et miraculis in genere Servi Dei, itemque super scriptis ei tributis. Anno 1942 Processu ad finem adducto et missis Actis ad Sacram tunc Rituum Congregationem, visum est opportunum constitui Processum Ordinarium Additionalem in eadem Curia Parmensi, ut nonnullis lacunis occurreretur

a Censura notatis ; hic est celebratus ab anno 1947 ad annum 1952. Annis 1960-1961 actus est Processus Apostolicus super virtutibus in specie apud Curiam Par mensem et partim Romae. Edito Decreto de validitate Processuum die 7 mensis Decembris anno 1963, disceptatum est de heroicitate virtutum, primum in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum et Consultorum die 13 Octobris anno 1981, deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium die 15 sequentis mensis Decembris, Ponente seu Relatore Rev.mo D. Cardinali Silvio Oddi, in qua dubio num Servus Dei christianas virtutes heroicum in modum coluisset affirmative est responsum.

Facta deinde de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per infrascriptum Cardinalem Praefectum die 7 Ianuarii huius anni fideli relatione, Sanctitas Sua, ut Decretum super heroicis virtutibus Servi Dei rite appareretur mandavit.

Hoc tandem die, ad se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Silvio Oddi, Causae Ponente seu Relatore, meque Antistite a Secretis Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Quidonis Mariae Conforti, Archiepiscopi-Episcopi Parmensis, fundatoris Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro Exteris Missionibus, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Februarii A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivasten., *a Secretis*

II
CARTHAGINEN, SEU MURCIEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Angelae Astorch, Monialis Capuccinae ex Ordine S. Clarae.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc VIII exeunte saeculo ab ortu S. Francisci Assisiensis, intuitu glorificationis Venerabilis Servae Dei Mariae Angelae Astorch, e praeterito saeculo resumitur mira sanatio, intercessioni tributa eiusdem Venerabilis, monialis Clarissae Capuccinae e secundo Ordine S. Francisci.

Serva Dei Maria Angela Astorch Barcinone die 1 Septembris anno 1592 nata est. Exemplum sequens sororis maioris Elisabeth (quae anno 1616 Barcinone fama sanctitatis mortua est), noviciatum canonicum iniit in Barcinonensi Capuccinarum monasterio die 7 Septembris anno 1608, sollemnemque emisit professionem die 8 Septembris a. 1609.

Pluries munus abbatissae explevit magistraeque noviciarum et iuvenum professarum, ad quarum usum *Directorium Spirituale* concinnavit. Tempore sui moderaminis ab Urbano VIII obtinuit, anno 1627, *Constitutionum* approbationem, quae tria per saecula apud moniales capuccinas Hispanas viguerunt.

Anno 1645 in urbe Murcia monasterium fundavit, ubi reliquum vitae transegit tempus. Religiosa valde humilis atque incredibilis mortificationis, favoribus mysticis admodum exornata fuit.

A Spiritu Sancto praedilecta, dono consilii ditata est, quod et in bonum monialium in monasterio adhibuit et in bonum saecularium, qui frequentissimi Servam Dei solatium atque consilia petituri adibant.

Placide Murciae e vita decessit die 2 Decembris anno 1665, tres et septuaginta annos nata.

Duobus annis post mortem elapsis, initium habuerunt processus informativi super fama sanctitatis et virtutum. Diversas tamen ob causas, nonnisi die 29 Septembris a. 1850 ad decretum de virtutum heroicitate perventum est.

Iamvero Causae actores anno 1867 duas sanationes, quae portentosae ferebantur, Sacrae tunc Rituum Congregationi ad cogiioscen-

dum exhibuerunt intuitu beatificationis ipsius Servae Dei. Eiusmodi tamen sanationes non fuerunt vera miracula agnita.

Felicem exitum inquisitionis canonicae praebebat sanatio puellae Oarmelae Hidalgo Alboleda, anno 1878 divinitus, intercedente Venerabili Maria Angela Astorch, patrata. Ipsa namque, septennis, primos dentes, ut natura fert, amisit ac deinde vidit novos niveos, sanosque dentes emergere. Postea, 12-14 annos agens primis gingivarum dentiumque molestiis laborare incepit. Gingivae tumescebant, sanguinolentum foetidumque pus emittendo ac paulatim prorsus consulebantur, primum rubeum dein nigrum colorem assumendo, dum ulcerationes rubei erant coloris granis albicantibus refertae. Dentes erant mobilissimi carie absumpti, qui quasi arena fiebant atque minutatim concidebant.

Ingravescente morbo, medicus a cura, egregius quidem odontoiatra, consilium dedit primum ad omnium dentium extractionem procedendi. Ipsemet opus aggressus est, unaque sessione sex molares dentes extraxit. Post haec iuvenis omnino renuit ut ceteri dentes sibi asportarentur.

Rebus sic stantibus, iuvenis sibi ipsi reiecta est. Tunc mater filiam ad sepulcrum Ven. Servae Dei Mariae Angelae Astorch conduxit sanationem petitura. Statim post hanc visitationem cessarunt dolores, residuique dentes sponte leniterque exciderunt. Mense elapso, gingivae integrae sanitati sunt restitutae et post alterum fere mensem completa perfectaque exorta est tertia dentitio.

Tribunal ecclesiasticum Murciae annis 1890-1892 processum apostolicum super hoc eventu construxit, cuius validitas a S. Congregatione Rituum decreto diei 11 anni 1924 agnita est.

Die autem 21 Februarii a. 1980 Consilium Medicum Sacrae huius Congregationis coactum est atque, disceptatione peracta, sanationis instantaneitatem, perfectionem et constantiam unanimiter censuit ultra vires naturae legesque contigisse. Secuta est super eadem sanatione discussio in suetis Coetibus apud eandem S. Congregationem, et primum quidem in Peculiari Congressu Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 7 Iulii a. 1981 celebrato; deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium ad Vaticanum habita die 10 Novembris eodem anno 1981, in qua Rev.mus Cardinalis Marius Aloisius Ciappi, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo*

agitur. Et qui interfuerunt Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, suffragio affirmando annuéndoque responderunt.

Summus autem Pontifex Ioannes Paulus II, cui praedicta omnia die 18 Novembris anni 1981 per subscriptum Cardinalem relata sunt, responsum Patrum Cardinalium ratum habens, iussit decretum super hoc miro exarari.

Quod cum factum esset, idem Summus Pontifex hoc die ad Vaticanas Aedes arcessivit Reverendissimus Cardinales infrascriptum Praefectum et Marium Aloisium Ciappi, O. P., Causae Relatorem seu Ponentem, meque insimul subscriptum a Secretis aliosque vocari solitos, atque iisdem adstantibus sollemniter edixit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Maria Angela Astorch, moniali capuccina ex Ordine S. Clarae intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea perfectaque sanatione iuvenis Carmelae Hidalgo Alboleda a paradentiopathia gravi cum periostite chronica fistulosa, et a carie dentaria multiplici una cum tertia orta integra dentitione.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 Februarii A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivasten., *a Secretis*

III

ROMANA SEU CRACOVIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Caelinae Chludziñska Vid. Borzecka, fundatricis et primae antistitae generalis Congregationis Sororum a Resurrectione D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperatantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Polonia, terra feracissima sanctitatis, florem novum orbi catholico praebet in Caelina Chludziñska vid. Borzecka; nostra Ancilla Dei

insigne atque etiam memorabile omnium christifidelium oculis spectaculum exhibuit in quovis suae vitae statu; mulier enim, materfamilias, vidua, religiosa et fundatrix Congregationis religiosarum, semper et ardenter ad christianam perfectionem contendit.

In tali ratione vitae singularissima evadit similitudo inter sanctitatem Caelinae et mandata a Sacrosancto Oecumenico Concilio Vaticano II concredita: « Cunctis proinde perspicuum est, omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari, qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur. Ad quam perfectionem adipiscendam fideles vires secundum mensuram donationis Christi acceptas adhibeant, ut Eius vestigia sequentes Eiusque imagini conformes effecti, voluntatem Patris in omnibus obsequentes, gloriae Dei et servitio proximi toto animo sese devoveant. Ita sanctitas Populi Dei in abundantes fructus excrescet, sicut in Ecclesiae historia per tot Sanctorum vitam luculenter commonstratur » *(Lumen Gentium,* n. 40).

Caelina Chludziñska primam vidit lucem in Poloniae Orientalis urbe *Antowil,* inter fines regionis Vitebsk (Bielorussia), die 29 Octobris anni 1833 ex legitimis coniugibus Ignatio Chludziñski et Rosalia Clementina Kossow, genere censuque praeclaribus, christiana vero virtute praeclarioribus, qui tertio die eam sacris Baptismatis undis lustrandam curarunt nihilque reliquerunt quominus tenellum animum ad germanam pietatem conformarent. Vividam sortita indolem, acrique ingenio praedita, Caelina litteris, historiae, idiomatibus et musicae aliisque rebus, quae electam iuvenem decerent, operam navavit.

Pietate et puritate ab unguiculis insignis, quamvis divino servitio se dedere exoptasset, suadentibus tamen parentibus auditoque conscientiae suae Moderatore, claro et divite nupsit viro Iosepho Borzecki; ipse Episcopus, in cathedrali ecclesia Vilnensi, die 26 Novembris anni 1853 matrimonium celebravit. Honestissimi coniuges quattuor filios genuerunt, ex quibus solummodo Caelina et Hedviges fuerunt superstites; familia vero primum apud Grodno, in avita magione Borzecki, dein Vindobonae, valetudinis viri recuperandae gratia, domicilium elegerunt anno 1869, sed conamen infelix evasit, quia Iosephus pie in Domino anno 1874 obdormivit.

Caelina vero pietatem, quae ad omnia est utilis (cfr. *1 Tim* 4, 8), fovere numquam destitit, non solum religionis causa, sed etiam ma-

ternae caritatis in filias, famulos, pauperes et patriam, quam vehementer diligebat et eius adversas vicissitudines graviter fiebat.

Momentosa quaestio de eius pietate assequenda Caelinam ad iustam viam inquirendam duxit, quapropter, demortuo viro, anno 1975 Romam petiit una cum filiabus Caelina, natu maiore, et Hedvige, minore; quarum prior deinde matrimonium contraxit, minor autem cum matre mansit ut religiosam vitam vividius in diem una simul foveret sub spirituali ductu P. Petri Semenenko, e Congregatione Resurrectionis.

Qui occursus vero uberrimos fructus tulit; nam Serva Dei vocationem religiosam manifeste persensit, ut sitim pietatis et in proximos egenos caritatis expleret ; simulque eius filia Hedviges, quae primum haud plene cum matre consentire ostendebat, anno 1881, superno illustrata lumine, religiosam vocationem perspexit, atque se matri coniungere statuit tamquam prima sodalis condendae Congregationis a Resurrectione. Ita in Urbe, anno 1882, Sororum a Resurrectione D. N. I. C. Institutum originem habuit, cuius primae contubernales fuere ipsa Dei Famula et filia Hedviges. Mox aliae quinque accessere sodales.

In novo Instituto condendo Servae Dei propositum erat iuvenes educare, pauperes, infantes et paroecialia opera custodire, migrantes in propriis difficultatibus adiuvare ; nam Caelina magna sollicitudine affecta semper fuit ex mìsera conditione eorum qui a Polonia discedebant ut pristinam oeconomicam conditionem meliorem redderent.

Nascentis vero religiosae familiae exordia suis non caruerunt difficultatibus : obvenere enim cito accusationes apud ecclesiasticas auctoritates, discrepantiae ab ipsis Patribus a Resurrectione, atque censurae; neque id ab extraneis tantum, sed et a domesticis et ab ipsis consanguineis propinquisque. Tot nihilominus inter anxietates atque angustias, perseverans stabat Famula Dei, a Divino cordium Consolatore roborata, qui tandem aliquando hominum quoque mentes et corda in Famulam suam, ut benevolenter sentirent, convertit; adeo quidem, ut caritatis operibus actuosis, fidentiusque in dies se suaque dicare studuerit. Die tandem 6 Ianuarii a. 1891, Urbis Cardinalis Vicarius ad vestitionem ac perpetuam professionem Servam Dei admisit unaque simul Hedvigem, eiusdem filiam.

Eodem anno 1891 primam domum suae Congregationis fundavit in urbe *Kçty,* inter Cracoviensis dioecesis fines ; ibique Caelina primos fructus laboris et amoris vidit, praesertim cum vocationum in-

cremento. Deinde in Bulgariam Serva Dei transiit, ubi difficultates omne genus eluctata, conversiones, speciatim mulierum, ad catholicam ecclesiam, haud paucas assecuta est. Fidenter quoque in Poloniam, ab exteris invasam, suam introducere veluti apostolicam missionem ausa est, neque sine fructu, etiam furente dein persecutione. Mox vero Dei Famula in septemtrionalem Americam animum vertit suamque ibi studuit religiosam propagare familiam. Cor autem Serva Dei fixum Romae tenebat, ubi tandem principem domum cum suis habitare potuit scholasque instituere valuit. Iterim, die 10 Maii anni 1905 Congregatio Sororum a Resurrectione *decretum laudis* ab Apostolica Sede obtinuit, quodque die 17 Iulii anni 1923 definitivam nactam est approbationem.

Postquam spirituales filias ad consensionem, ad oboedientiam, ad asperitates quasvis Dei gratia libenter tolerandas, sub signo illo sibi constituto ((per crucem et mortem ad resurrectionis gloriam » admonuit, morbi vi oppressa, Cracovia in urbe, Ecclesiae recreata Sacramentis, obdormivit in Domino die 26 Octobris anni 1913. Eiusque exuviae primum in publico Cracoviensi coemeterio repositae, deinde anno 1937 sollemni pompa translatae fuerunt in cryptam sacelli Sororum a Resurrectione apud *Kety,* ibique adhuc quiescunt.

PerCrebrescente vivida fama sanctitatis vitae, virtutum ac miraculorum Servae Dei, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem tribuendis agi coepta est. Hac de re instructi sunt Processus ordinarii in Curia Vicariatus Urbis, impetrata ad hoc ab Apostolica Sede facultate, atque per rogatorias litteras in Curiis ecclesiasticis Cracoviensi, Czestochoviensi et Chicagiensi annis 1944-1949.

Edito die 22 Maii a. 1953 Decreto super scriptis Servae Dei tributis, Paulus VI die 10 Aprilis a. 1964 decrevit Causam esse introducendam.

Annis 1964-1967 Processus Apostolici, in Curiis Vicariatus Urbis, Cracoviensi et Chicagiensi adornati sunt super virtutibus in specie. De omnium autem harum inquisitionum iuridica validitate decretum prodiit die 21 Iunii a. 1969.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, quaestio agitata est apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servae Dei, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 7 Iulii a. 1981 habito ; deinde die 10 Decembris a. 1981, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, in quo, Rev.mo Cardinali Ladislao Rubin,

ponente seu relatore, dubio num Serva Dei christianas virtutes heroicum in modum coluisset affirmative est responsum.

Facta deinde de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem die 15 Decembris a. 1981 relatione, Sanctitas Sua, ut Decretum super heroicis virtutibus Servae Dei rite appararetur mandavit.

Hoc tandem die, ad se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Ladislao Rubin, Causae ponente seu relatore, meque Secretario Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Caelinae Chludziñska vid. Borzecka, Fundatricis Congregationis Sororum a Resurrectione D. N. I .C, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 Februarii A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivasten., *a Secretis*

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO
DE SPIRITUALI MIGRATORUM ATQUE ITINERANTIUM CURA

DECRETUM

De specialibus concedendis tum facultatibus pro Cappellanis, tum privilegiis pro Christifidelibus variis in provinciis quod ad homines sedem mutantes attinet.

Pro materna, quam gerit, cura Salutis Nuntium ad omnes homines afferendi,[1] Ecclesia sollicite cogitat de peculiaribus vitae condicionibus, quae cum humana sedium mutatione conectuntur. Id enim stabili cuidam normae Sanctae Sedis respondet, ut vias ac rationes subsidiaque pastoralia ad roborandam spiritualem vitam fidelium accommodata inveniat ac provehat. Praecipuae autem facultates atque privilegia, quae praeteritis annis in bonum migrantium, maritimorum et navigantium largiter concessa sunt, multum se habere efficacitatis ostenderunt. Quapropter, spiritualibus confirmata fructibus, qui uberes hisce in campis percepti sunt, eadem Sancta Sedes, quandoquidem pastoralis opera in bonum ceterarum classium hominum, qui sedium mutationi obnoxii sunt, nova incrementa consecuta est, peropportunum esse ducit ad Cappellanos atque Christifideles harum classium facultates atque privilegia respective extendere, quae ad sacrum apostolatum amplificandum conferre possint.

Porro haec Pontificia Commissio, experimentis innixa hos per annos perfectis itemque ob oculos habens facultates, quibus hactenus Cappellani et Sacerdotes missionales migrationis et Apostolatus Maris fruebantur, necnon obsecundans praeceptis tum Oecumenici Concilii Vaticani II tum Sodalium plenarii Conventus eiusdem Pontificiae Commissionis,[2] postquam sententiam rogavit competentium Sacrorum Romanae Curiae Dicasteriorum peculiariumque Coetuum seu Commissionum Conferentiarum Episcopalium, in unam veluti tabulam sive

[1] **Cf. *Mt* 28, 16-20; *Me* 16, 45.**

[2] **Qui Conventus diebus 27-29 mensis Octobris anno 1981 habitus est.**

facultates sive privilegia collegit, eademque ad Cappellanos atque Christifideles omnium provinciarum de humana sedium mutatione respective extendit.

I

FACULTATES PRO CAPPELLANIS

Sacerdotes, qui legitime deputantur ad exercendam curam spiritualem :

— emigrantium,

— maritimorum atque navigantium (sive in portubus, sive in navigatione ab ipso navigationis initio),

— nomadum, circensium et nundinariorum,

— opus facientium in aëroportubus et in aëronavibus, necnon aëronavigantium,

— itinerantium et peregrinorum,

durante munere, gaudent facultatibus, quae infra recensentur, in commodum tantummodo fidelium ipsis concreditorum, servatis de iure servandis :

1. Celebrandi Eucharistiam, iusta de causa, bis diebus ferialibus atque, si necessitas pastoralis id postulet, ter in diebus dominicis et festis de praecepto.

2. Celebrandi, feria V in Cena Domini horis vespertinis, ubi ratio pastoralis id postulet, alteram Missam in ecclesiis et oratoriis atque, in casu necessitatis et tantummodo pro fidelibus, qui nullo modo vespertinam Missam participare valent, horis etiam matutinis.

3. Utendi, loco candelarum, luminibus electricis, cum Sacrum sub dio, vel in navibus et in aëronavibus celebratur, si candelae praesto non sint vel adhiberi nequeant.

4. Asservandi Sanctissimam Eucharistiam, dummodo adsit qui eius curam habeat, in navibus et in « roulottes », in loco tamen tutiore et decoro, debitis cautelis adhibitis et servato praescripto de lampade.

5. Excipiendi ubique terrarum confessiones fidelium ipsis concreditorum.

6. Absolvendi, in foro sacramentali, fideles ipsis concreditos a censuris latae sententiae non declaratis, Apostolicae Sedi non reservatis, servatis de iure servandis.

7. Administrandi Sacramentum Confirmationis fidelibus ipsis concreditis, rite institutis ac dispositis, et peregrinis in periculo mortis versantibus.

8. Iisdem gaudet facultatibus Sacerdos qui, Cappellano absente aut impedito, legitime nominatur ad eius vices gerendas.

II

PRIVILEGIA PRO FIDELIBUS

Christifideles ad coetum personarum quem supra memoravimus pertinentes, iis fruentur privilegiis, quae infra recensentur.

1. Maritimi et aëroportuales dispensantur a lege abstinentiae et ieiunii, de qua in Const. Apostolica *Paenitemini* (cf. III, II §§ 2, 3); iis tamen suadetur, cum dispensatione fruuntur, ut congruo pietatis opere legem compensent, atque, pro posse, legem saltem servent feria VI in passione et morte Iesu Christi.

2. Qui in navibus vel in aëronavibus, quavis ratione versantur, aut iisdem quoquo modo addicuntur, a lege abstinentiae et ieiunii, de qua in Const. Apostolica *Paenitemini* (cf. III, II, §§ 2, 3), itinere maritimo vel aereo perdurante, dispensantur, servata tamen clausula superioris n. 1.

3. Circenses, nundinarii et nomades a lege abstinentiae et ieiunii de qua Const. Apostolica *Paenitemini* (cf. III, II, §§ 2, 3), dispensantur, servata tamen clausula superioris n. 1.

4. In navibus versantes, dummodo rite confessi ac sacra Communione refecti, indulgentiam plenariam in festo Titularis oratorii et die secunda mensis augusti semel consequi valent, si oratorium, in navi legitime exstans, pie visitaverint, ibique *Pater noster* et *Credo* ad Summi Pontificis mentem recitaverint (cf. *Enchiridion indulgentiarum,* n. 65).

5. Iidem fideles, iisdem servatis condicionibus, indulgentiam plenariam, in suffragium defunctorum applicabilem, die secunda mensis novembris semel consequi valent, si praedictum oratorium pie visitaverint, ibique *Pater noster* et *Credo* ad Summi Pontificis mentem recitaverint (cf. *Enchiridion indulgentiarum,* n. 67).

6. Indulgentias, de quibus in nn. 4 et 5, consequi valent, iisdem servatis condicionibus, maritimi eorumque familiares: atque adiutores

«Apostolatus Maris», sive in sacellis et oratoriis circulorum «Stella Maris», sive in oratoriis aliarum «Apostolatus Maris» sedium.

7. Indulgentias, de quibus in nn. 4 et 5, consequi valent, iisdem servatis condicionibus, qui in aèroportubus vel in aëronavibus officia exercent vel opus faciunt, eorum familiares, vectores in aereo et itinere, atque adiutores in « Apostolatus Aëris », die decima mensis decembris et in festo Titularis oratorii aëroportus, necnon die secunda mensis novembris, si praedictum oratorium pie visitaverint, ibique *Pater noster* et *Credo* ad Summi Pontificis mentem recitaverint.

8. In navi, in qua SS. Eucharistia legitime asservatur, deficiente ministro ordinario Sacrae Communionis, minister extraordinarius a suo Ordinario loci rite deputatus, vel ad actum deputatus ab ipso Cappellano navis, Sacram Communionem distribuere potest, servatis de iure servandis (cf. *Immensae Caritatis,* 1, I-II).

9. Si in « roulotte » SS. Eucharistia legitime asservatur, deficiente ministro ordinario Sacrae Communionis, minister extraordinarius a suo Ordinario loci rite deputatus, vel ad actum deputatus ab ipso Cappellano, Sacram Communionem distribuere potest, servatis de iure servandis (cf. *Immensae Caritatis,* 1, I-II).

Tali igitur ratione ad effectum deducitur id quod Litteris Apostolicis Motu Proprio datis *Apostolicae Caritatis* cautum est, quibus quidem Pontificia Commissio de spirituali migratorum atque itinerantium cura constituta est, quaeque haec inter alia verba continent : «... Nostrum erit eas novae huic Commissioni tribuere facultates, quae necessariae et opportunae videantur ».[3]

Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, de Consilio infrascripti Cardinalis Pontificiae Commissionis de spirituali migratorum atque itinerantium cura Praesidis, in Audientia die XIX mensis Decembris anno MCMLXXXI concessa, easdem facultates eademque privilegia probare sua auctoritate dignatus est atque rite evulgarentur edixit, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud eiusdem Pontificiae Commissionis Sedem, die XIX mensis Martii, anno MCMLXXXII.

83 SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praeses*

L. 83 **S.**

83 E. Clarizio, Archiepiscopus tit. Antiatensis, *Pro-Praeses*

[3] ***AAS* 62 (1970), p. 196.**

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis Matrimonii (Ribaudi - Monni)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Vincentii Monni, in causa de qua supra partis conventae, eandem citamus ad comparendum coram huic Tribunali regionali primae instantiae (Piazza S. Giovanni in Laterano 6 - Roma) aut per se aut per procuratorem legitime constitutum in diem 28 Iunii 1982, hora 9,30, pro concordatione sequentis dubii :

«AN CONSTET DE MATRIMONII NULLITATE, IN CASU))

Ordinarii locorum, parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedicti domini Vincentii Monni, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur et eius domicilium huic Tribunali communicetur.

Aldus Settepani, *Iudex Instructor*

Romae, ex aedibus Tribunalis, die 7 Maii 1982.

E. Martorano, *Cancellarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Venerdì, 30 Aprile 1982, S. E. il Signor HABIB CHATTY, **Segretario Generale della Organizzazione della Conferenza Islamica.**

Sabato 22 Maggio 1982, S. E. il Signor ROBERTO GABRIEL MUGABE, **Primo Ministro dello Zimbabwe.**

Martedì 25 Maggio 1982, S. E. il Signor MOCHTAR KUSUMAATMADJA, **Ministro degli Affari Esteri d'Indonesia.**

Martedì, 11 Maggio 1982, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Da Mercoledì, 12 Maggio a Sabato 15 Maggio 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Portogallo, sostando a Lisbona, Fatima, Viia Viçosa, Coimbra, Braga, Porto.

Giovedì, 20 Maggio 1982, il Santo Padre ha affidato all'Em.mo Signor Cardinale Agostino Casaroli, Suo Segretario di Stato, la presidenza del Pontificio Consiglio per la Cultura.

Da Venerdì, 28 Maggio a Mercoledì 2 Giugno 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Gran Bretagna, sostando a Londra, Canterbury, Coventry, Liverpool, Manchester, York, Edinburgo, Glasgow, Cardiff.

SEGRETERIA DI STATO

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

2 aprile 1982. Mons. Lauro Governatori, *Protonotarii) Apostolico « de numero participantium)).*

17 maggio » S. E. Mons. Aurelio Sabattani, Arcivescovo titolare di Giustiniana prima, *Pro-Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

29 marzo 1982. Mons. Giovanni Usai, *Promotore di Giustizia del Tribunale della Sacra Romana Rota.*

19 aprile » L'Em.mo Signor Cardinale William Wakefield Baum, *Membro del Consiglio Cardinalizio dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

6 maggio » Gli Em.mi Signori Cardinali John Joseph Krol; Juan Carlos Aramburu; Jaime L. Sin, *Membri della Commissione Cardinalizia della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede.*

7 » » P. Pierre Blet, S. I., *Membro del Pontificio Comitato di Scienze Storiche.*

17 » » S. E. Mons. Rosalio José Castillo Lara, Vescovo titolare di Precausa, *Pro-Presidente della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico.*

19 » » S. E. Mons. Francisco José Cox Huneeus, Vescovo già di Chillan, Segretario del Pontificio Consiglio per la Famiglia, *Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per i Laici,*

» » » S. E. Mons. Paul J. Cordes, Vescovo titolare di Naisso, Vice Presidente del Pontificio Consiglio per i Laici, *Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

20 » » L'Em.mo Sig. Card. Gabriel-M. Garrone, Presidente; l'Em.mo Sig. Card. Eugenio de Araujo Sales; S. E. Mons. Paul Poupard, Arcivescovo tit. di Usula, *Membri del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Cultura.*

» » » S. E. Mons. Paul Poupard, *Presidente del Comitato Esecutivo del Pontificio Consiglio per la Cultura;* P. Hervé Carrier, S. I., *Segretario;* S. E. Mons. Antonio M. Javierre Ortas, Arcivescovo tit. di Meta, *Consigliere.*

Protonotari Apostolici soprannumerari :

3 dicembre 1981. Mons. Giovanni Zalambani (Ravenna).
13 gennaio 1982. Mons. Pasquale Oddo (Ventimiglia-San Remo).
28 » » Mons. Angelo Plenteda (Otranto).
3 marzo » Mons. Alf eo Guidi (Cesena).
» » » Mons. Paul Sommer (Hildesheim).

Prelati d'Onore di Sua Santità.

21 novembre 1981. Möns. Michea Elia Maloa (Lichinga).
1 dicembre » Mons. Francesco Cardinali (Anagni).

3	dicembre	1981.	Mons. Oesare Zanelli (Ravenna).
12	»	»	Mons. Joseph M. Whalen (Allentown).
»			Mons. Stanislaus Thomas Gorak (Allentown).
	»		Mons. Francis Clemens Glunz (Allentown).
»	»		Mons. Paul Beniamin Della Picca (Allentown)
»	»		Mons. Joseph Patricius T. Smith (Allentown)
	»		Mons. James Andrew Treston (Allentown).
	»	»	Mons. John Patricius Murphy (Allentown).
	»	»	Mons. William Edward Handges (Allentown)
»	»	»	Mons. Andrew Aloysius Ulincy (Allentown).
16	»		Mons. Ante Brajko (Mostar-Duvno).
»	»		Mons. Mattia Nuíé (Mostar-Duvno).
4	febbraio	1982.	Mons. James Nestor (Perth).
»	»	-.»	Mons. Peter Francis McCrann (Perth).
			Mons. Barry James Hickey (Perth).
	»		Mons. Michael John Keating (Perth).
»			Mons. Patrick Gerard lude O'Reilly (Perth).
12			Mons. Youssef Tourna (Sydney dei Maroniti).
24	»	»	Mons. Bruno Bazzoli (Forlì).
»	»		Mons. Secondo Fanti (Forlì).
»	»		Mons. Serafino Melandri (Forlì).
»	»		Mons. Rodolfo Escalona Villanueva (Cebu).
»	»		Mons. Virgilio Yap (Cebu).
27	»	»	Mons. Lajos Eröss (Alba Iulia).
	»		Mons. József Pàli (Alba Iulia).
»	»	»	Mons. László Orbân (Alba Iulia).
	»	»	Mons. Imre Mihály (Alba Iulia).
	»		Mons. Béla Gere (Alba Iulia),
8	marzo		Mons. Giuseppe Orrigo (Caltagirone).
13			Mons. Antonio Lemmi (Apuania).

Cappellani di Sua Santità:

30	novembre	1981.	Il sac. Edmund Mazurek (Paderborn).
1	dicembre	»	Il sac. Rino Biondi (Volterra).
»	»	»	Il sac. Giuseppe Capone (Alatri).
»	»	»	Il sac. Pietro Di Fabio (Alatri).
»	»	»	Il sac. Rino Rossi (Marsi).
»	»	»	Il sac. Gerasimo Ciaccia (Marsi).
3	»	»	Il sàc. Giansandro Ravagna (Ravenna).
»	»	»	Il sac. Guido Marchetti (Ravenna).
»	»	»	Il sac. Matteo Solaroli (Ravenna).
12	»	»	Il sac. Aloysius Raymond Callaghan (Allentown).
»	»	»	Il sac. John Joseph Andrew Martin (Allentown).
9	gennaio	1982.	Il sac. Vicente Ahumada Prieto (Santiago de Chile).
»	»	»	Il sac. Romelio Carreño Atenas (Santiago de Chile).
»	»	»	Il sac. José Hermógenes De La Cerda Plaza (Santiago de Chile).
»	»	»	Il sac. Alfonso Puelma Claro (Santiago de Chile).

9 gennaio 1982. II sac. Bernardo Herrera Salas (Santiago de Chile).
» II sac. Fidel Araneda Bravo (Santiago de Chile).
» » » II sac. Fernando Alliendo Donoso (Santiago de Chile).
» » II sac. Ivan Larrain Eyzaguirre (Santiago de Chile).
» II sac. Daniel Iglesias Beaumont (Santiago de Chile).
» » » II sac. Joaquín Aguiar González (Santiago de Chile).
» » II sac. Joaquín José Matte Varas (Santiago de Chile).
» » II sac. Santiago Tapia Carvajal (Santiago de Chile).
» » II sac. Eduardo Canessa Ibarra (Santiago de Chile).
» » » II sac. Jorge Arturo Augusto Medina Estévez (Santiago de Chile).
» » II sac. Luis Ernesto Dalbadie Valdés (Santiago de Chile).
» II sac. Pedro Muñoz Valderrama (Santiago de Chile).
18 » » II sac. Franz Xaver Hirsch (Regensburg).
» » » II sac. Willibald Kammermeir (Regensburg).
5 febbraio II sac. Hans Brügger (Coirà).
» » II sac. Günter Emig (Mainz).
» II sac. Günter Duffrer (Mainz).
27 » » II sac. Sándor László (Alba Iulia).
» » » II sac. László Csutak (Alba Iulia).
8 marzo » II sac. Mario Marini (Ravenna).
13 » » II sac. Dario Alunno (Cortona).
» » II sac. Vasco Sottani (Arezzo).
» » » II sac. Pasquale Grassi (Arezzo).
» » II sac. Pietro Debolini (Arezzo).
» II sac. Giacomo Zaccaria (Forlì).
» II sac. Ildebrando Leonardi (Forlì).
» » II sac. Pedro Alvarez Soler (Madrid).
II sac. Bernardo Alonso Rodríguez (Salamanca).
8 aprile » II sac. Angelo Batani (Forlì).
» » II sac. Giuliano Gallorini (Montalcino).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda dell'Ordine Piano:

26 gennaio 1982. Al sig. Gabriele Molteni Mastai Ferretti (Milano).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 maggio 1982. Al sig. Lucas Guillermo Castillo Lara (Caracas).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

17 novembre 1981. Al sig. François X. Tarteaut (Thies).
21 gennaio 1982. Al sig. Charles Tempia (Tarbes et Lourdes).

21 gennaio 1982. Al sig. Jean-Marie Knoll (Bayonne).
» » » Al sig. Jacques de Saint Rapt (Bordeaux).
» » » Al sig. René Dupuy (Nice).
26 » » Al sig. Mose Pietro Oolajanni (Milano).
» » » Al sig. Luigi Molteni (Milano).
» » » Al sig. Eugenio Tognon (Milano).
28 » » Al sig. Antonio Filograna (Nardo).
30 » » Al sig. Theodor Mathiu (Bamberg).
5 febbraio » Al sig. Robert Hafner-Wüest (Coirà).
17 » » Al sig. Letterio Munafò (Bari).
9 marzo » Al sig. Bernard Cazelles (Paris).
3 aprile » Al sig. Peter Bander Van Duren (Northampton).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12 dicembre 1981. Al sig. James Curran (Allentown).
8 gennaio 1982. Al sig. Thomas Mulroy (Rockville Centre).
21 » » Al sig. Pierre Berger (Tarbes et Lourdes).
» » » Al sig. Francis Casterot (Tarbes et Lourdes).
28 » » Al sig. Giuseppe Vonghia (Nardo).
9 marzo » Al sig. Etienne Della Sudda (Paris).
18 » » Al sig. Ugo Buzzelli (Marsi).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5 febbraio 1982. Al sig. Josef Berz (Coirà).
13 » » Al sig. Mario Imparato (Venezia).
» » » Al sig. Carlo Frizziero (Venezia).
8 marzo » Al sig. Adel Samaan (Aleppo-Siria).
9 » » Al sig. Giovanni Volpe (Roma).
13 » » Al sig. Francesco Besi (Sansepolcro).
» » » Al sig. Marcello Donati (Arezzo).
16 » » Al sig. Carlo Dedoni Di Masullas (Ales).
25 » » Al sig. Michele Anaclerio *(Italia).*
3 aprile » Al sig. Giorgio Pace (Roma).
22 » » Al sig. Luciano Curzi (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 novembre 1981. Al sig. Gilberto Resca (Ravenna).
» » » Al sig. Carlo Bernardi (Ravenna).
» » » Al sig. Aurelio Vancini (Ravenna).
30 ottobre » Al sig. Giancarlo Bronzoni (Parma).
5 dicembre » Al sig. Albert Libion (Mechelen-Brussel).
26 gennaio 1982. Al sig. Sergio Formenti (Milano).
28 » » Al sig. Agostino Ghersa (Trieste).

30 gennaio 1982. Al sig. Karl Siebeneicher (Bamberg).
4 febbraio » Al sig. Maurice Icard (Perpignan).
» » » Al sig. Jean Bugat (Perpignan).
» » » Al sig. Louis Casais (Perpignan).
13 marzo » Al sig. Francesco Gabelli (Arezzo).
29 » » Al sig. Rinaldo Cia vaglia (Roma).

NECROLOGIO

7 maggio 1982. Mons. Wilson Laus Schmidt, Vescovo già di Chapecó *(Brasile).*
9 » » P. Luis Dalle, SS.CC, Amministratore Apostolico « ad nutum Sanctae Sedis » di Ayaviri *(Perù).*
12 » » Mons. Carmine Rocco, Arcivescovo tit. di Giustinianopoli di Galazia.
» » » Mons. Gregorio Alonso Aparicio, O.A.R., Vescovo tit. di Pogla.
22 » » Mons. Henri Désiré Delrue, Vescovo tit. di Bomarzo.
21 » » Mons. Raffaele Calabria, Arcivescovo di Benevento *(Italia).*
28 » » Mons. Leo Nanayakkara, O.S.B. Silv., Vescovo di Badulla *(Sri Lanka).*
3 giugno » Mons. Charles Eugène Parent, Arcivescovo già di Rimouski *(Canada).*

Recens nuntiatum est Ioachim Amman, O.S.B., Episcopum titulo Petnelissen., die 19 m. Augusti a. 1981 e vita decessisse.

An. el vol. LXXIV 1 Iulii 1982 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xxiv mensis Maii, anno MCMLXXXII, mane, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur :

I - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Precatione « Adsumus » recitata, ad S. R. E. Patres Cardinales SS.mus Ioannes Paulus PP. II allocutionem habuit :

Pergratus est mihi conspectus vester, dilectissimi Patres Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, qui estis egregii cooperatores et adiutores mei in regimine Ecclesiae universalis, vosque ex animo iubeo salvere in hoc Consistorio, quod est tempus peculiare Ecclesiae, quae inter temporalium rerum vicissitudines ducitur. Est enim « tempus grave atque sollemne », ut verbis utar Pauli VI, Decessoris mei venerandae memoriae (cfr. *AAS* 68, 1976, p. 371), quo Pastor universalis Ecclesiae cum iis qui sunt eius praecipui consiliari, versatur. Novi quidem animorum vestrorum sensus in unum Ecclesiae bonum esse intentos, de qua re vobis gratias plurimas ago.

Estis autem, Fratres dilectissimi, convocati ad tria negotia pertractanda: quorum primum pertinet ad nominationem Camerarii Sacri Cardinalium Collegii; alterum vero spectat ad quattuor canonizationes, nempe Beatorum Maximiliani Kolbe, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium; Crispini a Viterbio, Laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum; Margaritae Bourgeoys, fundatricis Sororum a Domina Nostra, Virginis; Ioannae Delanoue, fundatricis Congregationis S. Annae a Providentia, Virginis. Tertium denique negotium ad palliorum spectat petitiones.

Dum ergo nos omnes componimus ad praeparanda sollemnia Pentecostes, quo die Spiritus Sanctus donatus est Ecclesiae, hunc enixe rogamus, ut nobis propitius adsit et opus nostrum in Ecclesiae utilitatem et religionis catholicae incrementum bene vertere concedat.

II - CAMERARII SACRI COLLEGII RENUNTIATIO

Summus Pontifex Camerarium Sacri Collegii Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, in locum Aegidii Vagnozzi, vita functi, Reverendissimum Cardinalem Maximilianum de Furstenberg renuntiavit, qui iuxta morem, eodem munere usque ad proximum Consistorium fungetur.

III - NUNTIUS ECCLESIARUM QUAE IAM CONCREDITAE SUNT

Postea Summus Pontifex certiores fecit S.R.E. Cardinales post proxime celebratum sacrum Consistorium seseen tos quattuor Ecclesiarum sacros Pastores a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras nominatos fuisse, videlicet :

Metropolitanarum sexaginta quattuor, quos inter :

Parisiensem, Ioannem Mariam Lustiger ;

Monroviensem, Michaelem Kpakala Francis.

Archiepiscopalium residentialium octo, quos inter :

Belogradensem, Aloisium Türk;

Vinnipegensem, Adamum Exner.

Archiepiscopalium titularium sedecim, quos inter :

Italicensem, Caietanum Bonicelli ;

Turrensem in Mauritania, Vincentium Moreni.

Episcopalium residentialium trecentos sex, quos inter :

Patavinum, Philippum Franceschi;

Septemlacunensem, Iosephum de Lima.

Episcopalium titularium centum nonaginta sex, quos inter :

Equiliensem, Petrum Hemperek ;

Tulanensem, Emmanuelem Sobreviñas.

Praelaturarum undecim, quos inter :

Calamensem in Chilia, Ioannem Baptistam Herrada Armijo ;

Tarmensem, Laurentium Unfried.

Abbatiarum *nullius* tres, id est :

Montisvirginis, Thomam Augustinum Gubitosa;

Ss.mae Trinitatis Cavensis, Michaelem Marra;

Sancti Pauli de Urbe, Iosephum Nardin.

Praeterea Summus Pontifex certiores fecit S.R.E. Cardinales Suum assensum dedisse electionibus canonice factis :

in Synodo Episcoporum *Graecorum Melkitarum Catholicorum :*

— Michaelis Yatim, ad metropolitanam Ecclesiam Laodicenam Graecorum Melkitarum Catholicorum ;

— Ignatii Raad, ad archiepiscopalem Ecclesiam Sidoniensem Graecorum Melkitarum Catholicorum ;

— Loutfi Laham, ad archiepiscopalem titularem Ecclesiam Tarsensem Graecorum Melkitarum Catholicorum ;

— Ioannis Mansour, ad episcopalem titularem Ecclesiam Apamensem.

in Synodo Episcoporum *Syrorum:*

— Georgii Hafouri, ad archiepiscopalem Ecclesiam Hassakensem et Nisibenam :

— Matti Shaba Matoka, ad episcopalem titularem Ecclesiam Darensem Syrorum.

in Synodo Episcoporum *Chaldaeorum:*

— Georgii Garmo, ad archiepiscopalem Ecclesiam Mausiliensem Chaldaeorum;

— Stephani Katcho, ad archiepiscopalem titularem Ecclesiam Anbarensem Chaldaeorum ;

— Abdul-Ahad Rabban, ad episcopalem Ecclesiam Akrensem;

— Ephrem Bedé, ad episcopalem Ecclesiam Cahirensem Chaldaeorum.

IV - RELATIO CAUSARUM

Rev.mus Cardinalis Petrus Palazzini, Praefectus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, sermonem habuit de vita et miraculis Beatorum Maximiliani Kolbe, Sacerdotis professi O.F.M. Conv., et Crispinì a Viterbio, Laici professi O.F.M. Cap. ; nec non Beatarum Virginum Margaritae Bourgeoys, fundatricis Sororum a Domina Nostra et Ioannae Delanoue, fundatricis Congregationis S. Annae a Providentia, ac recensuit acta quae in causis canonizationis eorundem Beatorum et Beatarum Sacra Congregatio admittenda et approbanda putavit.

Relatione expleta, Beatissimus Pater Rev.morum Cardinalium sententiam de propositis canonizationibus exquisivit.

CONSISTORIUM UNICUM

Consistorio secreto absoluto, in eandem Aulam introierunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates *nullius,* per peculiare decretum Sacrae Congregationis pro Episcopis vocati, atque Romanae Curiae Praelati qui, iuxta Apostolicas Constitutiones, intimari solent statimque initium habuit *Consistorium unicum,* cuius acta hic referuntur :

I - POSTULATIO PALLÏORUM

Sacrum Pallium « personaliter », instante uno ex Consistorialibus Advocatis, postulaverunt : Patricius Flores, pro metropolitana Ecclesia *8. Antonii;* Petrus Santoro, pro metropolitana Ecclesia *Campobassensi-Boianensi;* Godefridus Danneels, pro metropolitana Ecclesia *Mechliniensi-Bruœellensi ;* Ioannes May, pro metropolitana Ecclesia *8. Ludovici;* Iacobus Hickey, pro metropolitana Ecclesia *Vashingtonensi;* Ansgarius Lipscomb, pro metropolitana Ecclesia *Mobilensi;* Michael

Mincuzzi, pro metropolitana Ecclesia *Lyciensi;* Albertus Aloisius Vachon, pro metropolitana Ecclesia *Quebecensi;* Salvator De Giorgi, pro metropolitana Ecclesia *Fodiana;* Maurilius Georgius Quintal de Gouveia, pro metropolitana Ecclesia *Eborensi;* Iacobus Lucas Ortega y Alamino, pro metropolitana Ecclesia *8. Christophori de Habana;* Caesar Pagani, pro metropolitana Ecclesia *Perusina;* Antonius Jannucci, pro metropolitana Ecclesia *Piscariensi-Pennensi ;* Salvator Isgrò, pro metropolitana Ecclesia *Turritana;* Paulus Verdzekov, pro metropolitana Ecclesia *Bamendana.*

Postulatio vero Pallii « per procuratorem », ad instantiam unius ex sacri Consistorii Advocatis, facta est pro his quae sequuntur metropolitanis Sedibus : *8. Iosephi in Costarica, Konakriensi, Emeritensi in Venezuela; Mendozensi, Vellingtonensi, Ayacuquensi, Indianapolitana, Cascavellensi, Maringaënsi, Labacensi, Babaulensi, Tharensi et Nonsengensi, Cameracensi, Cotabatensi, Caracensi, Ndiamenana, Liberae Urbis et Boënsi, Arequipensi, 8. Ioannis de Cuyo, Bisuntina, Philadelphiensi Ucrainorum, Parisiensi, Adamantina, Amazonensi, Conchensi in Aequatore, Detroitensi, Lipensi, Rothomagensi, Coamceuvensi, Numeana, G-nesnensi et Varsaviensi, Castriensi, Turonensi, Cuiabensi, Portalegrensi in Brasilia, Piurensi, Portus Moresbiensis, Khartumensi, Lugdunensi, 8. Dominici, Cochabambensi, Ludovicopolitana, Monroviensi, Novae 8egobiae, Birminghamiensi, Campinensi, Montis Hagensi, Dualaënsi, Garuensi* et *Kingstonensi.*

Quibus peractis Summus Pontifex mandavit Cardinali Humberto Mozzoni, Protodiacono, ut crastina die postulatum Pallium vel sacris ipsis praesulibus, qui petiverant, vel eorum procuratoribus sueta caeremonia traderet.

II - PERORATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Postea Ill.mus Decanus sacrae Consistorialis Aulae Advocatorum, pro canonizatione Beatorum Maximiliani Kolbe et Crispini a Viterbio atque Beatarum Margaritae Bourgeoys et Ioannae Delanoue, de more institit.

Cui viro Beatissimus Pater per praelatum in Secretaria Papali cancellariae Litterarum Apostolicarum praepositum, sic respondit :

Ad postulationes exhibitas iubeor Summi Pontificis nomine paucis respondere. Gaudet sane Beatissimus Pater quod ei datur nova sancti-

tatis lumina mundo proponere, hac praesertim aetate, qua tot inter contentiones ac discrimina, in tanta rerum materialium appetitione mentes oportet ad superna et mansura revocentur.

Quattuor Caelites communi quidem perfectionis studio commendantur, sed peculiaribus etiam virtutibus Ecclesiam quasi gemmis variae pulchritudinis exornant : Beatus Maximilianus Kolbe, ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium, gloria Poloniae catholicae ideoque Summo Pontifici singulari titulo carus, marialis pietatis exercitatione et propagatione necnon missionali navitate inclaruit et, caritatis victima, in campo captivis custodiendis occubuit. Beatus Crispinus a Viterbio, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum laicus professus, humilitate, paupertate, oboedientia sanctaque hilaritate imaginem Seraphici Patris sui imitatione studuit referre. Beata Margarita Bourgeoys, Sororum a Domina Nostra legifera mater, potissimum puellarum institutioni institit eamque per Congregationem in Canadensi Dicione a se conditam amplificavit. Beata Ioanna Delanoue, Congregationis S. Annae a Providentia Fundatrix, in vita sua iuvenili a vitiis quibusdam ac defectibus non vacua, ostendit perfectionis viam, Dei opitulante gratia et humana cooperante voluntate, semper posse iniri, atque cura et levamine egenorum enituit. Hos ergo Beatos, per quos Ecclesiae, Sponsae Christi, spiritualis fecunditas demonstratur, merito admiramur.

Verumtamen Beatissimus Pater, quamvis eos dignos existimet qui in Sanctorum album referantur, cupit ut in tanti momenti re Apostolicae Sedis consuetudo rite servetur. Quapropter decretorium iudicium non ante est prolaturus quam omnes, ad quos pertinet, sententiam rogaverit.

Ad Cardinales et Praesules SS.mus allocutionem ad vota pro canonizationibus exquirenda sic habuit :

Quemadmodum res postulat, intento animo perpendi ea, quae ad illustrandas et comprobandas causas sunt allata.

Verumtamen, ut meo nomine modo significatum est, rei gravitas suadet, ut mentem vestram cognoscam, antequam decretoriam sententiam meam edicam.

Quapropter vos oro, ut, ad gloriam Dei et utilitatem animarum spectantes, circa singulas causas suffragia vestra feratis.

Tunc singuli, servato suo cuiusque ordine, sententiam aperuerunt.

Exceptis congregatorum Patrum suffragiis, Summus Pontifex haec addidit verba :

Laetor sane, quod omnium sententiis postulatur, ut his Beatis honores Sanctorum Caelitum decernantur. Quam ob rem non discedendum esse arbitror a iudiciis peritorum membrorumque Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, quippe quae gravibus argumentis confirmentur.

Itaque hos Beatos dignos censeo, qui in Sanctorum album referantur. Quod quidem, adiuvante Deo, sollemni ritu in Vaticana Basilica vel in area ante eam patente faciam hoc anno : nominatim id praestabo Beato Crispino a Viterbio die vicesima mensis Iunii; Beato Maximiliano Kolbe die decima mensis Octobris; Beatis Margaritae Bourgeoys et Ioannae Delanoue die tricésima prima eiusdem mensis.

Denique omnes vos rogo, ut Deo impensas preces adhibeatis, ut, quod modo decretum est, in Ecclesiae bonum vitaeque christianae auctum feliciter vertat.

Statim ac SS.mus eloquio suo finem imposuit, caeremoniarum Magistro rogante, adstantibus Protonotariis Apostolicis ut acta iuridica de omnibus supra recensitis conficerent, de more mandatum est.

Deinde, precatione « Regina coeli » dicta et benedictione a Summo Pontifice impertita, Consistorium absolutum est.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SINOPENSIS

In Brasilia quibusdam detractis a dioecesi Adamanteae locis, nova conditur dioecesis Sinopensis nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius spirituali saluti atque regimini Christifidelium sibi commissorum consuleretur, Venerabilis Frater Henricus Froehlich, Episcopus Ecclesiae Adamanteae, Conferentia Episcoporum Brasiliensi audita, huic Apostolicae Sedi proposuit ut quibusdam a sua dioecesi detractis locis, nova constitueretur Ecclesia. Nos igitur cum rei faveat Venerabilis Frater Carmelus Rocco, Archiepiscopus titulo Iustinianopolitanus in Galatia et in Brasilia Apostolicus Nuntius, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi pro Episcopis sunt praepositi, suppleto, quatenus opus sit, consensu eorum quorum intersit vel id sua interesse arbitrentur, Nostra summa potestate sequentia decernimus. A dioecesi Adamanteae totum distrahimus territorium paroeciarum vulgo nuncupatarum : Sinop, Alta Floresta, Colider, Paranatinga, Porto dos Gauchos et Vera atque ex ita detractis locis novam dioecesim condimus *Sinopensem* appellandam iisdemque circumscriptam finibus quibus paroeciae, quas diximus, simul sumptae, definiuntur. Eius autem episcopalem Sedem in urbe « Sinop)) collocari censemus atque templum ibi aedificandum in honorem Sacratissimi Cordis Iesu ad cathedralis Ecclesiae dignitatem evehimus cum omnibus iuribus et privilegiis quae huiusmodi cathedralium aedium propria sunt. Donec autem aedificatio templi perficiatur, indulgemus ut Pro-Cathedra Episcopus Ordinarius paroeciali templo in honorem Sancti Antonii in urbe « Sinop » exstante utatur. Insuper novam dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Cuiabensi eiusque Praesulem metropolitico iuri Archiepiscopi Cuiabensis subicimus. Praeterea Episcopo Sinopensi iura, insignia, privilegia et honores tribuimus quibus Praesules eiusdem ordinis iuxta ius commune fruuntur eundemque iisdem oneribus obligationibusque adstringimus quibus ceteri in orbe catholico sacrorum An-

tistites ligantur. Cathedrale etiam capitulum condatur secundum morem in regione vigentem et normas per alias Apostolicas Litteras edendas; quamdiu vero dioecesis canonicorum capitulo carebit, eorum loco, consultores dioecesani deligantur. Mensa episcopalis efficiatur Curiae emolumentis, fideliumque pecuniis sponte oblatis atque parte bonorum quae ei obvenient ex praescripto canonis 1500 C.I.C. quaeque ad mensam episcopalem dioecesis Adamanteae hactenus pertinuerunt. Quod attinet ad seminarii dioecesani constitutionem sacrorumque alumnorum educationem leges canonicae serventur, ratione habita tum decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », tum regularum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica latarum. Selecti vero seminarii alumni philosophicis theologicisque imbuendi disciplinis necnon presbyteri sua studia expleturi Romam mittantur ad Pontificium Collegium Pium Brasiliensi Dioecesi Sinopensi condita, presbyteri illi Ecclesiae censeantur adscripti, cuius in finibus officium vel beneficium habent, ceteri autem clerici seminariique tirones ei addicantur Ecclesiae, cuius in finibus legitimum domicilium habent. De huius dioecesis regimine et administratione, item de Vicarii Capitularis, sede vacante, electione ac similibus, quae sacri canones praescribunt ad amussim serventur. Insuper acta et documenta quae aut ad novam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles aut ad temporalia bona pertinent, ea omnia a Curia Adamanteae ad Curiam Sinopensem transferantur, in condendo tabulario religiose custodienda. Haec vero quae praescripsimus perficienda curabit Venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, cui necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito mittendi ad Sacram Congregationem pro Episcopis sincerum perfecti negotii exemplar. Has denique Apostolicas sub plumbo Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi
In Secret. Status tab., n. 85591.

II

MONTIS HAGENSIS

In Papua Nova Guinea Provincia ecclesiastica nova conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui Divino Consilio beatissimo Petro, Apostolorum praecipuo, in regimen totius Ecclesiae successimus, eodem etiam amore atque sollicitudine, si neri potest, creditum gregem administramus. Qua re, ubi aliquid ubivis agendum viderimus, quod in christiani populi commodum cedere possit, id vigili studio ant gerimus, aut gerendum curamus. Cum ergo in Papua Nova Guinea iam catholica fides haud minima ceperit incrementa atque etiam maiora captura provideatur, labore nempe Missionariorum assiduo, bene fieri visum est, si ibi loci novam Provinciam conderemus; id enim et laudi simul Missionariorum et stimulo cedet. Qua re, consilio petito a Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus, qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praesunt, haec statuimus, iis ante auditis quorum interest. Per divisionem Provinciarum ecclesiasticarum Madanganae et Portus Moresbiensis novam Provinciam condimus, haec est *Montis Hagensis,* quae complectetur ipsam Sedem Montis Hagensis, hodie ad dignitatem Ecclesiae metropolitanae evectae, atque suffraganeas Sedes Mendiensem, Gorokanam, et Uabaganam, hac ipsa die constitutam per divisionem ipsius dioecesis Montis Hagensis. Nimirum hae Sedes episcopales omnes pergent esse Sacrae Congregationi Fidei Propagandae obnoxiae. Ceterum, Seminarium maius, quod in loco Romana, Spiritui Sancto dicatum, in finibus archidioecesis Portus Moresbiensis, etiam clericis provinciae Montis Hagensis patebit. Huic vero Venerabilem Fratrem Georgium Bernarding praeponimus, qui hucusque, tamquam Archiepiscopum Metropolitam, cum iustis iuribus atque oneribus. Ad ea autem perficienda quae per has Litteras iussimus Venerabilem Fratrem Franciscum De Mitis, Archiepiscopum titulo Tunetensem atque in Papua Nova Guinea Pro-Nuntium Apostolicum, legamus, vel quem ipse statuerit, modo Virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero acta, documenta

scribantur atque sinceris exemplis ad Sacram Fidei Propagandae Congregationem cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesima mensis Martii, anno Domini MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
8. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco ₤B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 85296.

III
UABAGANA

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Montis Hagensis, in Papua Nova Guinea dioecesis nova conditur nomine Uabagana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universae ecclesiae administrationi praepositi, ubi spes nova affulgeat posse christianam religionem meliore uti fortuna, eo sane non dubitamus sollicitam intendere mentem. Hic enim unus articulus regnat in corde : quomodo fidem Christi, patrimonium scilicet omnium pretiosissimum, et tueamur, et propagemus, et quasi in animos insculpamus. Quapropter, cum in Papua Nova Guinea christiana religio Dei gratia atque labore Missionariorum felicia ceperit incrementa atque praevideatur maiora esse captura, visum est Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositis bene fieri si, divisa dioecesi Montis Hagensis, nova conderetur in fidelium christianorum utilitatem. Quae probantes, apostolica Nostra auctoritate haec statuimus. Territorium civilis provinciae vulgo Enga a dioecesi Montis Hagensis dividimus, quo novam dioecesim constituimus, ab urbe principe eius dicionis, *Uabaganam* appellandam, metropolitanae Sedi Montis Hagensis, ad quam dignitatem hodie hanc dioecesim eveximus, suffraganeam; ita ut ipsa archidioecesis Montis Hagensis deinceps tantum territorium provinciae civilis vulgo Western

Highlands comprehendat. Huius autem Ecclesiae Sedem in urbe Wabag collocari statuimus, cathedram, in templo Boni Pastoris, in eadem urbe ; item pro Canonicis Consultores dioecesani deligantur ad normam Iuris. Cetera iure Canonico temperentur. Ceterum ea quae praecepimus Venerabilis Frater Franciscus De Nittis ad exitum deducet, Archiepiscopus titulo Tunetensis atque in Papua Nova Guinea apostolicus Pro-Nuntius, vel quem ipse legaverit, factis nempe necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de vicesima mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 85297.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Archiepiscopo Cracoviensi conceditur ut possit imaginem B. M. V. coronare pretioso diademate, in loco Ploki, in finibus propriae archidioecesis honoratam.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatam ac semper Virginem Mariam, Christi Matrem sanctissimam eandemque hominum decorem ac praesidium, ab omnibus honorari et coli laudeque praedicari tum Romani Pontifices maiores Nostri semper studuerunt tum Nos pro perenni Nostra erga Caelorum Reginam veneratione et amore voluimus. Manifesto enim liquet cultum Matri adsignatum in unicum hominum Redemptorem adorandum ipsius recidere Filium Christum Iesum. Quare, cum Venerabilis Frater Noster Franciscus S. R. E. Cardinalis Macharski Archiepiscopus Cracoviensis per Litteras pientissime datas suo

suorumque tum cleri tum fidelium nomine hac a Sede Apostolica rogaverit ut sacram imaginem Beatae Virginis Mariae, quam in loco Ploki venerantur, intra suae archidioecesis fines pretioso quidem diademate redimire posset, Nos volentes eidem Venerabili Fratri Nostro gratum facere pietatique Mariali ibidem plurimum consulere immo et Polono populo novam augendae fidei causam adferre libentissimo nimirum animo concedimus ei ut nomine Nostro inter Missae sollemnia stato ritu illam coronet effigiem, ita profecto uti petiit, hora ac die quae aptiora visa erunt ad multiplicandam caerimoniae sollemnitatem. Contrariis nihil omnino obstantibus. Ceterum Deo eiusque beatissimae Matri preces ardentes admovemus ut quam benignissimi ad pastorem eum gregemque omnem Cracoviensem Nobis videlicet etiam nunc carissimum respiciant in fideque et actione catholica confirment.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VII** mensis Aprilis, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 85561.

II

Templum sacelli Christo Regi Domino sub titulo « Amoris Misericordis » in oppido Collevalenza dioecesis Tudertinae dicati honestatur dignitate Basilicae Minoris.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Priora inter apostolica itinera Nostra, quae redditi vixdum sanitati gratissimo quidem in Deum clementem animo suscepimus, illud nimirum peculiari Nos consolatione etiam nunc adficit iucundaque recordatione quod Tudertum confecimus immo nominatim ad sanctuarium Christo Regi Domino sub nomine praeclaro suavique « Amoris Misericordis » dedicatum in vico eiusdem dioecesis Collevalenza quem nuncupant. Ibi mirantes rursus aedem offendimus excelsam ac nobili usquequaque pulchritudine magnificanti, quam propterea dignam ipsi praesentes existimavimus ut Basilicae Minoris exornaretur decore ; talem insuper dignitatem sive aedis illius ars sacra postulare videtur sive praesertim industria pastoralis quae ad fidem Christifidelium pietatemque erga Dominum Misericordem corro-

borandam inibi expletur. Qua de causa votis et precibus perlibenter concedere volumus Venerabilis Fratris Decii Lucii Grandoni Episcopi Tudertini, qui suo iam pridem atque civitatis cleri ac populi nomine a Nobis petivit ut templi ita sacellique provideremus honori, nova hac et amplissima tributa appellatione; maxime enim is — ac Nos simul cum eo — scilicet confidit uberrimo illud cum hominum servandorum proventu esse eventurum. De sententia igitur Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi ac perpetuum in modum aedem sacram quam memoravimus in oppido Collevalenza Christo Regi Domino « Amoris Misericordis » dicatam ad titulum evehimus et ornamentum Basilicae Minoris, cunctis simul adiectis iuribus liturgicisque privilegiis quae templis hoc nomine insignibus rite conveniunt; servatis tamen singulis quae secundum decretum «De titulo Basilicae Minoris» emissum die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII serventur oportet. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Ceterum praecipimus ut hae Litterae Nostrae religiose impleantur suosque effectus sortiantur tam nunc quam deinceps.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Aprilis, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 85189.

III

Beata Virgo Maria, sub titulo « Our Lady of the Candies » confirmatur Patrona Provinciarum ecclesiasticarum Capicensis et Iarensis, in Insulis Philippinis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod urbes, ecclesiasticae Provinciae sanctos caelites sui Patronos deligant, quibus protegentibus terrestre hoc iter tutius ad aeterna limina faciant, gratum Nobis, qui pernovimus quantis undique mortales cingantur periculis; quod autem Mariam, venerandam Christi Matrem, causae suae Patronam adoptent, hoc sane gratissimum, sive ob honorem, quo illa beata Mater afficitur, sive ob dona atque beneficia quae inde in populos manant. Qua re, cum

Venerabiles Fratres Antonius F. Frondosa, Archiepiscopus Oapicensis, et Artemius G. Casas Archiepiscopus Iarensis, una cum suarum Provinciarum Episcopis electionem B.M.V, sub titulo populari « Our Lady of the Candies » tamquam caelestis Patronae apud Deum regionis v. d. « Western Visayas » probaverint ; atque vota cleri populorumque suorum referentes petierint electionem ac probationem a se factam a Nobis confirmari ; Nos, fore confisi ut concessa res pietatem Deum eiusque almam parentem accendat in pectoribus, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, cui potestatem fecimus, statuit, quam aequo animo postulatis concedimus. Qua re, placet Beatam Mariam Virginem, sub titulo «Our Lady of the Candies» esse et haberi Patronam regionis vulgo «Western Visayas » in Provinciis ecclesiasticis Iarensi atque Capicensi, cum omnibus iuribus et privilegiis liturgicis iuxta rubricas consequentibus, ad normam scilicet « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, Deum precamur, ut quod egimus fons sit omnibus atque origo gratiarum.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Aprilis, anno MDCCCCLXXXIV Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 85990.

ALLOCUTIONES

I

Ad eos qui conventui de sacerdotali institutione Romae habito interfuere coram admissos.*

Venerati Fratelli nell'episcopato,
Figli diletti,

1. Siete convenuti a Roma, dietro invito della Commissione Episcopale per l'Educazione Cattolica della C.E.I., per una più attenta ed approfondita riflessione — alla luce soprattutto della « Ratio institutionis » nazionale su : « La formazione dei presbiteri nella Chiesa italiana » —

*** Die 5 m. Ianuarii a. 1982.**

dedicata ad un tema che da sempre è stato oggetto della sollecitudine della Santa Sede, ma che in questi ultimi tempi è diventato anche motivo di preoccupazione. Si tratta del problema, antico e sempre attuale, di assicurare alla Chiesa i ministri, di cui essa ha bisogno.

L'organizzazione stessa di questo Convegno, reso possibile dalla vostra qualificata presenza, è significativa testimonianza della volontà della Chiesa italiana di operare in tale delicatissimo settore. Di fatto, la vostra presenza è segno consolante della fiducia che riponete in Colui che è la sorgente prima della vocazione sacerdotale.

La comune consapevolezza della diffìcile situazione — chiaramente indicata dalle statistiche — in cui oggi si trovano molti Centri di formazione ecclesiastica in Italia, seppure non manchino consolanti indizi di ripresa, suggerisce alcune riflessioni che toccano direttamente la vita e l'andamento dei Seminari nel vostro Paese. A voi è ben noto che la Chiesa non intende né nascondersi i problemi che oggi si pongono ai Seminari, né rimanere estranea al modo in cui gli stessi vengono affrontati e risolti. È lo stesso Concilio Vaticano II che ci impegna alla riflessione ed alla ricerca in questo settore. Ma è pure il Concilio che ci offre i criteri e gli orientamenti riguardanti, in particolare, la preparazione spirituale, disciplinare, intellettuale dei candidati al Sacerdozio.

2. La preparazione spirituale, innanzitutto. Lo sforzo educativo del Seminario deve tendere a portare il giovane alla conoscenza ed alla esperienza personale del Signore, per plasmare in lui un pastore di anime, che nella sua persona e nella sua attività si presenti e sia effettivamente ((come ministro del Cristo e dispensatore dei misteri di Dio ».[1]

Tra gli aspetti che sembrano meritare particolare considerazione nella preparazione spirituale dei futuri sacerdoti, vorrei sottoporre alla vostra attenzione quelli tanto opportunamente indicati nella Lettera circolare della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica su «Alcuni aspetti più urgenti della formazione spirituale nei Seminari» (6 gennaio 1980). Essi possono sintetizzarsi nei seguenti punti :

a) formare sacerdoti che accolgano e amino profondamente il Cristo, Parola di Dio, nostro Fratello, Amico, Salvatore;

o) formare sacerdoti che sappiano vedere nel mistero pasquale

[1] *1 Cor 4,* 1.

l'espressione suprema dell'amore che il Verbo ha avuto per noi, immolandosi per la Chiesa — in finem dilexit eos;

c) formare sacerdoti che non abbiano paura di riconoscere che la comunione reale e l'amicizia concreta col Cristo comportano un'ascesi, e quindi un impegno di rinuncia e di sacrifìcio ;

d) fare del Seminario una scuola d'amore filiale verso Colei che è la Madre di Gesù e la Madre nostra.

In questo campo risulta tuttora determinante e insostituibile l'opera del Direttore spirituale, a cui spetta il compito di contribuire alla formazione di autentiche personalità sacerdotali. La sua azione è da considerarsi fondamentale nell'opera educativa, poiché costituisce un momento decisivo per creare nell'animo dell'alunno quella immagine del Cristo, a cui egli dovrà riferirsi come a supremo ideale durante tutta la vita. Per essere tale, la direzione spirituale deve configurarsi in un rapporto serio, chiaro, aperto, assiduo e continuo. Essa quindi non può ridursi ad un semplice ascolto, ad uno scambio di idee o di opinioni, né confondersi col dialogo di gruppo, e neppure concepirsi come un dialogo personale, seppure spontaneo, che nasca nell'intimità dell'amicizia. La direzione spirituale deve essere un fatto di fede viva e profonda, vissuto sotto la responsabilità di un sacerdote ben preparato, esplicitamente incaricato dal Vescovo.

Per il conseguimento delle sue finalità, la direzione spirituale dovrà essere condotta alla luce dei contenuti biblici e teologici, con specifico riferimento a quelli ecclesiologici, e dovrà essere ripensata anche con una attenzione particolare alla condizione giovanile, alle sue reazioni psico-sociologiche e al cambiamento culturale della società del nostro tempo.

Essa non temerà, per altro, di orientare i giovani verso l'assimilazione di quelle sane abitudini di preghiera e di vita spirituale che l'esperienza secolare di innumerevoli anime, profondamente permeate da un autentico spirito sacerdotale, e l'insegnamento collaudato delle classiche scuole di spiritualità, hanno indicato come particolarmente adatte a sostenere la volontà di generosa dedizione alla causa del Regno.

3. Vi è poi la preparazione disciplinare. Nella vita del Seminario, la disciplina non solo è richiesta dalla necessità di quadrare la personalità dei giovani, e di subordinare la spontaneità al dovere, ma è anche indispensabile perché siano rispettate le esigenze della vita

comunitaria. La stessa deve inoltre considerarsi come elemento integrativo di tutta la formazione, per far acquistare il dominio di sé, per assicurare un armonico sviluppo della personalità, favorendo la capacità di controllo e di collaborazione, e per formare tutte quelle altre disposizioni d'animo, che giovano moltissimo a rendere ordinata e fruttuosa l'attività della Chiesa.[2]

Non v'è dubbio che in questo quadro la parte essenziale è costituita dall'azione del Rettore, rappresentante del Vescovo, in quanto ((responsabile primo della vita del Seminario ».[3] Poiché il Rettore svolge il suo compito in comunione e collaborazione con gli altri educatori, è opportuno che periodicamente si incontri con essi per meditare, pregare insieme, celebrare comunitariamente l'Eucaristia, e per discutere i problemi riguardanti i singoli alunni e l'intera comunità. Con i giovani egli sarà sempre un padre che sa ascoltare, dialogare, consigliare, favorendo così quel clima di confidenza e di mutua fiducia, che è condizione indispensabile per un proficuo e sereno lavoro.

Da essi, tuttavia, egli non mancherà di esigere, dopo averne debitamente spiegato le motivazioni, una generosa disponibilità al sacrifìcio ed alla rinuncia, giacché solo su tali presupposti è possibile costruire quella austerità di vita e di comportamento, che si rivela indispensabile perché il futuro ministero sia veramente incisivo e fruttuoso.

5. But there is more. Through prayer you come *to expérience the truth that Jesus taught:* "The words that I have spoken to you are spirit and life".[7] In Jesus, whom you get to know in prayer, your dreams for justice and your dreams for peace become more definite and look for practical application. When you are in contact with the Prince of Peace, you understand how totally opposed to his message are violence and terrorism, hatred and war. In him you expérience the full meaning of an interpersonal relationship that is based on generous love. Christ offers you a friendship that does not disappoint, a fidelity beyond compare.

6. Through contact with Jesus in prayer, you gain *a sensé of mission* that nothing can dull. Your Christian identity is reaffirmed, and the meaning of your lives is for ever linked to Christ's saving mission. Through prayer, the commitments of your Baptism and Confirmation take on an urgency for you. You realize that you are called to spread Christ's message of salvatione

In union with Jesus, in prayer, you will discover more fully the *needs o f your brothers and sisters.* You will appreciate more keenly the pain and suffering that bürden the hearts of countless people. Through prayer, especially to Jesus at Communion, you will understand so many things about the world and its relationship to him, and

[5] ***Mt*** **5:7-9.**
[6] ***Gaudium et Spes,*** **22.**
[7] ***Jn*** **6 :63.**
[8] **Cf. *Apostolicam Actuositatem,* 3.**

you will be in a position to read accurately what are referred to as the "signs of the times". Above all you will have something to offer those who come to you in need. Through prayer you will possess Christ and be able to communicate him to others. And this is the greatest contribution you can make in your lives : *to communicate Christ to the world.*

7. Through prayer you will receive the strength to resist the spirit of the world. You will receive the power to show compassion to every human being—just as Jesus did. Through prayer you will have *a part in salvation history* as it unfolds in your generation. In prayer you will be able to enter into the heart of Jesus and understand his feelings towards his Church. By using the Psalms, the prayerbook that Jesus used, you will be able to repeat, under the action of the Holy Spirit, the praise and thanksgiving that have been offered to God for centuries by his people. In ali the circumstances of your lives, you will find that Jesus is with you—he is close to you in prayer. It is prayer that will bring joy into your lives and help you to overeóme the obstacles to Christian living. Remember the words of Saint James: "Is any one among you suffering? Let him pray".[9]

8. My dear young people, it is easy to see why Christ told us to pray ali the time, and why Saint Paul insisted on this so much.[10] It is in prayer that God finally *bring s us into union with himself,* through our Lord Jesus Christ, his Son, who lives and reigns with him and the Holy Spirit for ever and ever.

When you go to Jesus in prayer—and through him to the Father—you will always find inspiration in Mary his Mother. With every generation of disciples you will learn to pray with her, and with her to await the action of the Holy Spirit in your lives.[11]

9. It is my hope today, as I return to Rome, that you will remember why I carne among you. And as long as the memory of this visit lasts, may it be recorded that *I, John Paul II, came to Britain to cali you to Christ, to invite you to pray!*

[9] *James* 5:13.
[10] Cf. *Lk* 21:36; *Rom,* 12:12; *1 Thess* 5:7.
[11] Cf. *Acts* 1:14.

Dear young people, this explains why, in the Church of today, you are the hope of tomorrow. And so I urge you, in the words of Saint Paul: "Pray at all times in the Spirit... and also for me, that utterance may be given me in opening my mouth boldly to proclaim the mystery of the Gospel... that I may declare it boldly, as I ought to speak... Grace be with all who love our Lord Jesus Christ with unfailing love".[12] Amen.

[12] *EpJi* 6:18-20, 24.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 11 Maii 1982. — Titulari episcopali Ecclesiae Oëensi R. D. Michaelem Coloni, Vicarium Generalem archidioecesis Parisiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Mariae Lustiger, Archiepiscopi Parisiensis.

die 26 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Montereyensi in California, Exc.mum P. D. Thaddaeum Shubsda, hactenus Episcopum Traguriensem.

— Cathedrali Ecclesiae Bumburiensi, Exc.mum P. D. Petrum Quinn, hactenus Episcopum tit. Faleronensem.

die 28 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Bismarckiensi, Exc.mum P. D. Ioannem Kinney, hactenus Episcopum tit. Caprulanum.

die 5 Iunii. — Suburbicariae Ecclesiae Veliternae atque Cathedrali Ecclesiae Signinae eidem aeque principaliter unitae R. D. Martinum Gomiero, paroeciae Montis Silicis in dioecesi Patavina Archipresbyterum.

die 15 Iunii. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Iosephi Alves Trindade, Episcopi Montisclarensis, R. P. Geraldum Majela de Castro, Superiorem Regionalem O. Praem. in Brasilia, quem episcopali dignitate ornavit.

— Cathedrali Ecclesiae Gallipolitanae Exc.mum P. D. Aldum Garzia, hactenus Episcopum Melphictensem, Iuvenacensem et Terlitiensem.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Antonii Rosarii Mennonna, Episcopi Neritonensis, constituit Exc.mum P. D. Aldum Garzia, hactenus Episcopum Melphictensem, Iuvenacensem et Terlitiensem.

die 16 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Ratisbonensi Exc.mum P. D. Manfredum Müller, hactenus Episcopum titularem Iubaltianensem.

die 18 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Leonensi in Nicaragua Exc.mum P. D. Iulianum Aloisium Barai, O. F. M., hactenus Episcopum Matagalpensem.

— Cathedrali Ecclesiae Matagalpensi R. P. Carolum Santi, ex Ordine Fratrum Minorum, curionem paroeciae vulgo Ciudad Dario in dioecesi Matagalpensi et superiorem Vices-Provinciae Fratrum Minorum Americae Centralis.

die 19 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Faleronensi R. D. Adalbertum Ziemba, vicesmoderatorem et magistrum Sacrae Scripturae in Seminario Maiore Varmiensis dioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Ladislai Oblak, Episcopi Varmiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Polymartiensi R. D. Rosarium Mazzola, Vicarium Generalem archidioecesis Panormitanae, quem constituit Auxiliarem Em.mi P. D. Salvatoris S. E. R. Cardinalis Pappalardo, Archiepiscopi Panormitani.

die 21 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Lesinensi, R. D. Ioannem d'Avila Moreira Lima, Pro Vicarium Generalem Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, quem deputavit Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P. D. Eugenii S. R. E. Cardinalis de Araújo Sales, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sitensi, R. D. Iosephum Palmeira Lessa, vicarium episcopalem Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, quem deputavit Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P. D. Eugenii S. R. E. Cardinalis de Araújo Sales, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

die 25 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tunnunensi R. D. Osvaldum Giuntini, Vicarium Generalem Iundiaiensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Danielis Tomasella, Episcopi Mariliensis.

die 28 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Gravinensi R. P. Tharsicium Pisani, Ordinis Minimorum Ministrum Provincialem.

— praelaturis Altamurensi et Aquavivensi R. P. Tharsicium Pisani, Ordinis Minimorum Ministrum Provincialem.

die 2 Iulii. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Caietani Pollio, Archiepiscopi Salernitani atque Episcopi Campaniensis, constituit Exc.mum P. D. Guerinum Grimaldi, hactenus Episcopum Nolanum.

die S Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Vegeselitanae in Byzacena R. D. Georgium Urosa Savino, Vicarium Generalem archidioecesis Caracensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P.D. Iosephi Ali Lebrún Moratinos, archiepiscopi Caracensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Trium Tabernarum, R. D. Iosephum 0'Keefe, Vicarium Generalem archidioecesis Neo-Eboracensis, quem deputa vit Auxiliarem Em.mi P. D. Terentii S. R. Ë. Cardinalis Cooke, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cnrubitanae, R. D. Emerson Moore, e clero archidioecesis Neo-Eboracensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Terentii S. R. E. Cooke, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

die 8 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Chicagiensi, Exc.mum P. D. Iosephum Bernardin, hactenus Archiepiscopum Cincinnatensem.

*die **14** Iulii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Ausuccurensi, R. D. Iacobum Mota de Farias, e clero Garanhunensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Emmanuelis Lisboa de Oliveira, Episcopi Nazarensis in Brasilia.

die 15 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Civitatis Obregonensis Exc.mum P. D. Aloisium Reynoso Cervantes, hactenus Episcopum titularem Casensem Calanensem et Auxiliarem archidioecesis Monterreyensis.

die 16 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mibiarcensi R. D. Iosephum Ansgarium Barahona Castillo,'curionem paroeciae vulgo Santo Domingo in dioecesi S. Vincentii, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Petri Arnoldi Aparicio y Quintanilla, Episcopi S. Vincentii.

die 17 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Egugensi, R. D. Marcum Ledere, e clero archidioecesis Quebecensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aloisii Alberti Vach on, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Talaptulensi, R. P. Mauritium Couture, olim Superiorem Generalem Congregationis Religiosorum S. Vincentii a Paulo, Patrum et Fratrum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aloisii Alberti Vachon, Archiepiscopi Quebecensis.

die 6 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Nolanae Exc.mum P. D. Iosephum Costanzo, hactenus Episcopum titularem Mazacensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Beneventanae Exc.mum P. D. Carolum Minchiatti, hactenus Episcopum Aquinatensem, Soranum et Pontiscurvi.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

SALISBURIEN. ET ALIARUM IN ZIMBABUA

DECRETUM

De nominum dioecesium mutatione.

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Franciscus Colasuonno, Archiepiscopus tit. Truentinus et Apostolicus in Re publica vulgo Zimbabwe Pro-Nuntius, proposuit huic Sacro Dicasterio ut praesentes denominationes Archidioecesis Salisburiensis, dioecesium Guelensis et Umtaliensis necnon Praefecturae Apostolicae Sinoiaensis ita permutarentur ut deinceps, iuxta novas denominationes ab auctoritatibus civilibus in « Zimbabwe)) nuper determinatas, nuncuparentur :

Archidioecesis Salisburiensis - Archidioecesis Hararensis

Dioecesis Guelensis - Dioecesis Gueruensis

Dioecesis Umtaliensis - Dioecesis Mutarensis

Praefectura Apostolica Sinoiaensis - Praefectura Apostolica Chinhoyiensis.

Itaque Sacra haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia Papa II concessarum, supermemoratas propositiones adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 25 mensis Iunii a.D. 1982.

D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

L. .© S.

T. Scalzotto, *Subsecretarius*

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus Divina Providentia Pp. II, latis decretis a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare.

Nimirum praefecit :

die 2Jf Aprilis 1982. — Titulari episcopali Ecclesiae Abbiritanae R.D. Bernardum Henricum Renatum Jacqueline, presbyterum dioecesis Constantiensis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, hactenus subsecretarium pro non credentibus Secretariatus, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Apostolicum Pro-Nuntium in Burundiensi Re publica nominavit.

die 29 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Turrensi in Mauritania R.D. Ioannem Vincentium Moreni, e dioecesi Brixiensi, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae apudque Consilium pro Publicis Ecclesiae Negotiis Consiliarium, quem archiepiscopali insignivit dignitate eique munus Pro-Nuntii Apostolici in Tanzania assignavit.

die 8 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Rusubisiritanae R.D. Ivanum Dias, presbyterum Bombayensis archidioecesis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, hucusque Consiliarium apud Consilium pro Publicis Ecclesiae Negotiis, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Apostolicum in Rebus publicis Ganensi, Togana et Beninensi Pro-Nuntium constituit.

die 8 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae noviter erectae in Litore Eburneo Bassam maioris R. D. Iosephum Akichi, sacerdotem Abidianensem, parochum in oppido vulgo Adzopé cognominato necnon vicarium episcopalem.

— Cathedrali Ecclesiae noviter erectae in Litore Eburneo Yopugonensi R. D. Laurentium Mandjo, e clero saeculari Abidianensis archidioeceseos.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thuccensi in Mauretania R. D. Osmundum Petrum Martin, curionem Cathedralis Belizensis Curiaeque episcopalis Cancellarium, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi D. P. Roberti Aloisii Hodapp, Belizensis Episcopi.

— Cathedrali Ecclesiae Ieoniuensi Exc.mum P. D. Michaelem Pak Jeong-Il, hucusque Episcopum Cheiuensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Oescensi E. D. Antonium Theodorum Lobo, e clero locali, quem deputavit Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Cordeiro, Karachiensis Archiepiscopi.

— Cathedrali Ecclesiae in Papua Nova Guinea noviter erectae Kundiavanae, R. P. Villelmum Kurtz, Verbi Divini Societatis sodalem, Vicarium dioeceseos Gorokanae Generalem.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit:

die SI Maii 1982. — R. P. Raimundum Lourido Diaz, Ordinis Fratrum Minorum sodalem, *Administratorem Apostolicum* « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » archidioecesis Tingitanae.

die 8 Iunii. — Exc.mum P. D. Hieronymum Herculanum Bumbun, Archiepiscopum Pontianakensem, *Administratorem Apostolicum* «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioeceseos, nuper erectae in Indonesia, Sanggauensis nomine.

die 17 Iulii. — Exc.mum P. D. Augustinum Baroni, Archiepiscopum olim Khartumensem, *Administratorem Apostolicum* « sede vacante)) dioeceseos Rumbekensis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

VICTORIEN.-FLAVIOBEIGEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Francisci Gárate, coadiutoris temporalis professi e Societate Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Dum... illorum conspicimus vitam qui Christum fideliter sunt secuti, nova ratione ad futuram Civitatem inquirendam (cfr. *Hebr* 13, 14 et 11, 10) incitamur simulque tutissimam edocemur viam qua inter mundanas varietates, secundum statum ac condicionem unicuique propriam ad perfectam cum Christo unionem seu sanctitatem pervenire poterimus» (Conc. Vat. II, Const. Dogm. *Lumen Gentium,* n. 50).

Iis autem sanctitatis exemplis eo vehementius nos allici videmur cum ante oculos nostros versatur imago alicuius Dei Famuli qui aliunde « non sane — ut Paulus VI aiebat — prodigiis inclaruit, non caelestium visis, non sanationibus, non gravitate dicendi, non facinoribus pulcherrimis atque praeclaris. E contrario, eius vitae institutum eiusmodi ut... potius semper habuerit humilem cum humilibus amicissimam vitam degere ... Eius etiam fides, spes, caritas ceteraeque virtutes, quas morales dicimus, in obscura hac operis cotidiani absolutione perfectioneque refulsit, ad quam admirabili constantia semper adnisus est, numquam genio suo indulgens, aut parcens operare. Magnum sane negotium ! » *{Litt. Decret, in Canonis. Fr. Benildis, F. S. C: AAS* 60 [1968], 512-513).

Talis vita fuit Venerabilis Servi Dei Francisci Gárate, Societatis Iesu coadiutoris professi, a coaevis propterea « sanctus vitae ordinariae» vocati.

In praedio *Recarte,* prope Loiolam (Guipúzcoa, in Hispania), dioe-

ceseos Victoriensis, die 3 Februarii anno 1857 natus, secundus filius piissimorum coniugum Francisci Gárate et Mariae Baptista de Aranguren, qui tres filias quattuorque filios genuerunt, quorum tres Societatem Iesu sunt ingressi.

Postridie nativitatis Servus Dei baptizatus est eique nomen Francisci impositum. A genitoribus sollicite est educatus in vita christiana, quam solida pietas et familiaris austeritas iugiter aiebant. Cum per aetatem licuit, primis litterarum rudimentis, et domi et in schola vicini pagi *Azpeitia,* Franciscus est initiatus.

Anno 1871, Orduniam (Vizcaya) profectus est ut famulatum ageret in Collegio ((Nuestra Señora de la Antigua », quod Societas Iesu a reliqua Hispania tunc exsul retinere potuerat.

Vocem Domini se ad Societatem invitantis pernoscens Franciscus, post annos tres, die 2 Februarii inter Fratres Coadiutores adnumerari obtinuit, in vico *Poyanne* (Landes, in Gallia), ubi Domus Novitiatus Provinciae Castellanae eiusdem Societatis sita erat.

Religiosis votis ibidem nuncupatis, in ipsa Novitiatus domo primum, deinde in Collegio S. Iacobi Apostoli apud *La Guardia* (Pontevedra) per decem integros annos infirmorum curam diligentissime exercuit simulque egregiae virtutis experimenta edidit. In tuenda valetudine, et Confratrum et alumnorum, adeo indefesse laboravit, ut Superiores merito timerent ne paulatim ingens assiduusque conatus ipsius infirmarii vires detrimento alliceret. Quapropter anno 1887 Franciscum ad studiorum Universitatem Deustensem *(Deusto,* Bilbao) miserunt eique ibidem ianitoris officium demandarunt.

Haec demum fuit laborum simul omniumque virtutum palaestra, in qua Frater Gárate, per annos 41, perfecti Societatis Iesu Coadiutoris mirabile refulsit exemplar. Admirati sunt semper in eo omnes eximiam caritatem, in pauperes et afflictos praesertim, modestiam et humilitatem, patientiam numquam perturbatam, prudentiam et perspicacitatem summam in munere adimplendo. De Servi Dei rigidissima paupertate exstat adhuc in ipsius cubiculo manifestum sane ac eloquens testimonium.

Quod vero mirum in modum sollertem ianitorem omnibus gratissimum reddidit ea fuit in agendo et loquendo exquisita caritas, ob quam ((Frater Urbanitas » festive ab alumnis appellabatur.

At illa tandem promptissima et amicabilis benevolentia qua omnes Universitatis ianuam adeuntes excipiebat non erat nisi expressa quaedam et vivida imago ipsius hilaris diligentiae in audiendo atque

excipiendo Christo Domino ad ianuam sui cordis pulsanti, sive in ipsa vocatione ad Societatem, sive in mandatis Superiorum, sive denique in pauperibus et indigentibus.

Dominus autem qui omnia rependit « superabundanter quam petimus aut intelligimus » (cfr. *Eph* 3, 20), etiam huic fideli servo promissionem implevit : « Si quis audierit vocem meam et aperuerit ianuam, introibo ad illum et cenabo cum illo, et ipse mecum» *(Ap* 3, 20). Introivit quidem in cor Francisci eique intimae amicitiae, vitae eucharisticae, familiaritatis cum B. Maria V., iucundum saporem gustare concessit.

Nil proinde mirum quod ad extremum Dominus pulsans, servum suum non modo vigilantem invenerit, sed etiam in manu tenentem lucernam ardentissimae caritatis (cfr. *Lc* 12, 35).

Siquidem vir Dei in suo munere perseveravit usque dum per vires licuit ; tum in valetudinarium secessit vespere diei 8 Septembris a. 1929, et, morientium munitus Sacramentis, primis diei sequentis horis placidissime de hac vita migravit.

Inde etiam benignissimus Dominus copiosos gratiarum thesauros in eos qui humillimi Fratris intercessionem expetebant constanter aperire coepit.

Eius praeterea sanctitatis fama mirabiliter propagata peractisque in Curia Victoriensi informativis inquisitionibus, Causae Introductio apud Apostolicam Sedem signata est die 26 Februarii anno 1950.

Processu Apostolico deinde in urbe Bilbao rite peracto, quaestio instituta est de virtutibus heroicis praedicti Servi Dei, et quidem apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum primum, die 16 mensis Iunii a. 1981, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum ; deinde, in Vaticanis Aedibus, die 10 mensis Novembris eodem anno, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Domino Pericle Cardinali Felici.

Facta deinde de his omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II fideli relatione, Sanctitas Sua vota Sacrae eiusdem Congregationis rata habens, Decretum super heroicitate virtutum Servi Dei apparari iussit.

Hodierno tandem die idem Summus Pontifex ad Se accitis Rev.mis Cardinalibus Petro Palazzini, S. Congregationis pro Causis Sanctorum Praefecto, et Pericle Felici, Causae Ponente, meque a Secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus, sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Forti-*

tudine earumque adnexis Servi Dei Francisci Gárate, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 Februarii A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

. ROMANA SEU K AUNEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Georgii Matulaitis seu Matulewicz, Archiepiscopi tit. Adulitani, Reformatoris Congregationis Clericorum Regularium Marianorum, Fundatoris Congr. Sororum ab Immaculata Conceptione B.V.M. et Ancillarum Iesu in Eucharistia (1871-1927).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Apostolus Gentium, Tito *(.(.germano filio secundum communem fidem* » scribens, huiusmodi aptis verbis verissimum pastoris exemplar delineat : « *Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit et exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere* » *(Tit* 1, 7-9).

Nunc vero, nemo dubitet quin exemplar, tam claris verbis ab Apostolo Paulo nuper depictum, Servo Dei Matulaitis-Matulewicz adamussim conveniat, cum eius in dies augescens sanctitas, uti ex eius processus actis optime comprobatur, eo magis emicare videatur, quod is in ministerio apostolico obeundo maximam partem Episcopi et Visitatoris Apostolici munere est functus.

Famulus Dei Georgius Matulaitis seu Matulewicz in pago v. ***Lucine*** intra fines olim dioecesis Seinen, (nunc Vilkavisken.) a piis honestisque parentibus Andrea Matulaitis et Ursula Matulis die 13 Aprilis a. 1871 natus, die 20 eiusdem mensis, eodem anno, baptismali aqua ablutus Georgius Boleslaus appellatus est.

Cum vix trium esset annorum, anno 1874 orbatus est patre et anno 1881 matre. Inde, sub fratre germano maiore natu, qua tutore, sat laboriose gymnasialibus studiis peractis, labores agrestes aggredi coactus est, minus prosperae valetudinis causa, studia intermittere. Enituit tamen puerulus tali virtutis nobilitate, ingenii celeritate et maturitate, fervida pietate, ut ab inclinatione ad statum sacerdotalem deterreri non posset, quam potius in imo corde fovit.

Anno 1891 vigesimum aetatis annum agens, patruele adiuvante, in Seminario Kielcensi exceptus est; ibique ob peculiares illius temporis condiciones, cognomen « Matulewicz » assumpsit, humanitatis litteris vacavit et post duos annos in Seminario Varsaviensi ita pietate et sedulitate condiscipulos superavit, ut anno 1895 mitteretur ad Academiam Romanam Catholicam Ecclesiasticam Petropolitanam (Russia). Anno 1899 Sacrae Theologiae Magister « summa cum laude cum nota primus » renuntiatus est, cum iam anno superiore, seu die 20 Novembris a. 1898, sacerdotio auctus, proposuisset suam vitam Deo et Ecclesiae fideliter et constanter dedere.

Postea disciplinas theologicas, episcopo consentiente, in Universitate Friburgensi Helvetiorum prosecutus, in Sacra Theologia Doctoris gradum est adeptus cunctis suffragiis cum laude. Deinde in Seminario Kielcensi ius canonicum et Latinam linguam perite et scienter docuit. Cum autem gravis morbus in peius mutatus esset, seu tabes ossea, qua inde ab infantia afficiebatur, quamque usque ad mortem hilari animo et vultu toleravit, in nosocomio Varsaviensi valetudinem recuperavit ope christianae caritatis Sororum Ancillarum SS. Cordis Iesu, quibus gratum animum ostendit docendo religionem adulescentulas educandas. Perfecte sua munera explevit, pietatem et perfectionem spiritus excoluit, incitamento atque exemplo virtutis omnibus fuit.

Eodem fere tempore, sinceri Ecclesiae magisterii studiosissimus, quaestiones sociales et problemata eisdem connexa penitus exploravit, Litteras Encyclicas « Rerum Novarum » Leonis XIII prosecutus, qui contra pestíferas fabulas marxistas, tunc temporis imperantes, sanam Ecclesiae doctrinam declaravit. Huc spectant eius permulta opera,

uti Hebdomadae Sociales, conferentiae ad opifices, pro quibus specialem ephemeridem cui nomen «Amicus Laboris» edidit ita ut tandem societatem conflaret, 50.000 fere operarios ad causam catholicam lucratus.

Denique uti peritus in quaestionibus sociologicis a. 1907 accitus ad Academiam Ecclesiasticam Catholicam Petropolitanam (Russia), docuit prius Sociologiam ac dein Theologiam dogmaticam. Eodem tempore, iam diu ad altiora vocatus, ut vitam religiosam in sua natione restauraret, etsi in condicionibus quam maxime adversis, ad Ordinem Clericorum Regularium Marianorum, iam ab Imperialibus moderatoribus Russicis suppressum et fere exstinctum respexit, illumque clandestine restaurare et reformare incepit. Debitis facultatibus ab Ordinaria et Apostolica Auctoritate obtentis, anno 1909 vota religiosa nuncupavit, novas Constitutiones conscripsit, recentioribus rerum condicionibus aptatas. Renovatio Congregationis et Constitutiones a Sancto Pio Papa X per Decretum die 28 Novembris anno 1910 datum approbatae sunt. Quare factum est ut confratres in eadem Academia Ecclesiastica formati, qui illius probe cognoverunt virtutes, vita functo superstite Moderatore Generali, anno 1911 Dei Famulum ad munus Superioris Generalis eligerent.

Officiis Academiae prudentissime dimissis, Dei Famulus novitiatus Domum aperuit Friburgi Helvetiorum, ubi plures sacerdotes Lituanos et Polonos ascivit. Pro sacerdotibus Lituanis in America Septentrionali commorantibus novitiatum instituit Chicagiae anno 1913, pro novitiis in Polonia aliam Domum prope Varsaviam anno 1915, anno 1918 in Lituania quoque domum novitiatus instauravit in urbe v. *Marijampolé.*

Bello tandem inter Germaniam et Russiam confecto, sacerdos Georgius Matulaitis-Matulewicz a Sede Apostolica die 23 Octobris anno 1918 episcopus Vilnensis designatus est. Consecratione episcopali Kaunae suscepta, Cathedralem Vilnensem ingressus est die 8 Decembris eiusdem anni.

Quanta heroica virtute ac supernaturali prudentia per septem annos dioecesim rexerit, facile comprehenditur, si prae oculis habeantur politicae vicissitudines in quibus civitas Vilnensis eo tempore versabatur. Aerumnosae difficultates omnis generis, seu ethnicae, civiles, militares, sociales, culturales eo tempore quam maxime ortae sunt. Externae res adversae et simultates, internae quoque repugnantiae numquam tamen Famulum Dei ab incepto et maturo proposito de-

flexerunt. In ministerio apostolico eius caritas immensa omnes amplexata est; eius maxima prudentia congruens insigni eius episcopali ((Vince malum in bono », atque ceterae virtutes tantum salis et aquae habuere, ut tota vita Servi Dei panis sapidus pro fidelibus et hostia Deo munda efficeretur. Pro omnibus fuit indefessus caritatis artifex et pater.

Anno 1925, Concordato inito inter Poloniam et Sedem Apostolicam, sedeque episcopali Vilnensi ad Metropolitanam Sedem evecta, Dei Famulus boni Ecclesiae vere studiosus magis quam suae sortis, prudenter suae sedi renuntiare statuit atque exonerari optavit.

Summus Pontifex Pius Papa XI, qui Nuntius Apostolicus in Polonia episcopum Georgium optime cognoverat et magni faciebat, hac renuntiatione rata habita, statim eum ad dignitatem archiepiscopalem evexit, Sede tit. Adulitana collata, et Visitatorem Apostolicum in Lituaniam misit. Suam missionem brevi tempore, ne duorum quidem annorum spatio, feliciter explevit, multas res magni ponderis ad exitum adduxit : institutionem Provinciae Ecclesiasticae Lituanae, ex quinque dioecesibus et una praelatura constantis, quas Sedes Apostolica anno 1926 creavit per Constitutionem « Lituanorum Gente », necnon reformationem Facultatis Theologicae in Studiorum Universitate publica, atque monasteriorum sororum, ac praesertim delineamenta Concordati inter Lituaniam et Sedem Apostolicam, ab eo conscripta quo meliores fierent necessitudinis rationes Lituaniae cum Sancta Sede.

Aestate anni 1926 petiit Americam Septentrionalem occasione Congressus Internationalis Eucharistici, in quo orationem de unione christianorum habuit, circa 90 paroecias Lituanas invisit, ubique Verbum Dei praedicando, Sacramenta ministrando et fideles a sua Patria separatos ad amorem Dei, Ecclesiae et Patriae incitando.

Demum vir Dei, dum Urbem petere cogitabat, gravi morbo correptus, Kaunae, sicut aurum in fornace probatus et purgatus, die 27 Ianuarii a. 1927, Sacramentis Infirmorum pientissime susceptis, animam Deo reddidit. Corpus eius anno 1934 ad ecclesiam Marianorum in *Marijampolé* translatum est.

Cum germana sanctitatis fama in vita et post mortem floruisset, Dei Famulus communi aestimatione dignus habitus est, qui ad altarium honores aliquando eveheretur. Nihil, proinde, mirum si hac fama sanctitatis impellente, nonnullis quoque signis firmata, causa de Beatorum Caelitum honoribus Servo Dei tribuendis peragi coepta est. Eius etenim glorifìcatio a fidelibus utriusque Continentis seu Europae et

Americae, quas in suo itinerante ministerio ipse peragraverat, nunc unanimo voto exoptatur, cum eius animosa et actuosa vita omnibus hominibus praeclarum videatur exemplum praebere.

Quibus omnibus rite perpensis, Processus Informativus apud Vicariatum Urbis institutus est (aa. 1953-1956), eodemque tempore Processus Rogatoriales apud Curias Bruklynien., Mechlinien-Bruxellen., Buffalen., et Scrantonen, habiti sunt.

Annis 1957-1959 vota faventia prodierunt super scriptis Servi Dei lingua Latina, Lituana et Polonica compositis. Die 9 mensis Februarii a. 1967 Summus Pontifex Paulus Papa VI introductionem causae decrevit et die 16 mensis Martii anno 1968 decretum de non cultu editum est.

Processus Apostolicus demum instructus est Romae (aa. 1971-1972), Chicagiae (a. 1971) et Varsaviae (aa. 1970-1971). De omnium autem processuum iuridica validitate decretum die 7 Martii anno 1975 rite latum est.

Die 11 mensis Februarii anno 1977 Patronus suam protulit Informationem et Rev.mus Promotor Generalis Fidei suas opposuit Animadversiones (die 16 Octobris a. 1978), quibus ipse Patronus sollerter respondit, nonnulla afferens documenta, quibus quaedam quae prius quodammodo obscura esse videbantur, clariora facta sunt.

Hisce peractis, quaestio super virtutibus Servi Dei disceptata est et quidem primum die 27 Octobris anno 1981 in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, et deinde, die 9 Martii anno 1982, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi, in Coetu Plenario Sacrae ipsius Congregationis pro Causis Sanctorum. Et omnes proposito dubio num Servus Dei Georgius Matulaitis-Matulewicz théologales et cardinales eisque adnexas virtutes heroum in modum exercuisset, adfirmantes responderunt.

De praemissis omnibus certior factus, per infrascriptum Cardinalem Praefectum die 2 mensis Aprilis huius anni 1982, Summus Pontifex Ioannes Paulus II responsum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut Decretum super heroicis virtutibus Servi Dei rite appararetur.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Mario Aloisio Ciappi, Causae relatore, sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servi Dei*

Georgii Matulaitis seu Matulewicz, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Maii A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

& Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivasten., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 1 Luglio 1982, S. E. il Signor PETER IPU PEIPUL, **Ambasciatore di Papua Nuova Guinea presso la Santa Sede.**

Lunedì, 5 Luglio 1982, S. E. il Signor JOHN KAMAU RIMANI, **Ambasciatore del Kenya presso la Santa Sede.**

Lunedì, 12 Luglio 1982, S. E. il Signor ABDULLAH MANADU KALIFA BOYANG, **Ambasciatore del Gambia presso la Santa Sede.**

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Venerdì, 9 Luglio 1982, S. E. la Signora COLETTE FLESCH, **Ministro degli Affari Esteri del Granducato di Lussemburgo.**

Mercoledì, 21 Luglio 1982, S. E. il Signor JÓZEF CZYREK, **Ministro degli Affari Esteri della Repubblica Popolare di Polonia.**

Lunedì, 12 Luglio 1982, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Sabato, 24 Luglio 1982, il Santo Padre ha confermato Presidente della Conferenza Episcopale Italiana « ad triennium » l'Em.mo Signor Cardinale Anastasio Ballestrero, Arcivescovo di Torino, e, accogliendo la proposta presentata dalla Presidenza ai sensi dell'art. 29 dello Statuto, ha nominato Segretario Generale della Conferenza medesima « ad triennium » il Rev.do Mons. Egidio Caporello, elevandolo in pari tempo alla Chiesa titolare vescovile di Caorle.

Domenica, 29 Agosto 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio nella Repubblica di San Marino ed a Rimini, in Italia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

26 luglio 1982. S. E. Mons. Blasco Francisco Collaço, Arcivescovo tit. di Ottava, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Dominicana.*
21 agosto » S. E. Mons. Carlo Fumo, Arcivescovo titolare di Abari, *Nunzio Apostolico in Brasile.*
» » ». S. E. Mons. Luciano Angeloni, Arcivescovo titolare di Vibo Valentia, *Nunzio Apostolico in Libano.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

18 giugno 1982. S. E. Mons. Hyppolite Berlier, Vescovo di Niamey *(Niger);* S. E. Mons. Bienvenido Solón Tudtud; Vescovo tit. di Timida, Prelato di Marawi; P. Roberto Caspar, P. A. ; il sac. Hanna Golta; P. Michel Lagarde, P. A. ; il sac. Michael Milunga; P. Ivan Sokolowski, S. I., *Consultori della Commissione per i rapporti religiosi con l'Islam, presso il Segretariato per i non Cristiani.*
24 » » Mons. Zenon Grocholewski, *Segretario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*
30 luglio » P. Pierre Primeau, P. S. S., *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

15 maggio 1982. Mons. Luigi De Iorio (Teano).
17 » » Mons. Gerhard Fittkau (Essen).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

21 ottobre 1981. Mons. Reginald Alexander Carrol (Thunder Bay, Ont.).
» » » Mons. George H. Bourguignon (Thunder Bay, Ont.).
» » » Mons. Roy Allan Carey (Thunder Bay, Ont.).
» » » Mons. Joseph Benedict Stankiewicz (Thunder Bay, Ont.).
6 gennaio 1982. Mons. Jean Farfield (Ottawa).
» » » Mons. Wilfrid Bray (Ottawa).
» » » Mons. Paul Racine (Ottawa).
» » » Mons. George Larose (Ottawa).
» » » Mons. Gerald Donegan (Ottawa).

6	gennaio	1982.	Mons. Francis Frenen {Ottawa).
3	marzo		Mons. Víctor Soto G. (León in Nicaragua).
25	»		Mons. Cesar V. Garces (Zamboanga).
14	aprile		Mons. Austin Dufìy (Derry).
15	maggio		Mons. Antonio Rossi (Teano).
17	»		Mons. Brunero Gherardini (Prato).
17	giugno		Mons. Wladyslaw Turek (Warmia).
18	»		Mons. Patrick Coveney (Cork and Ross).
»			Mons. François Bacqué (Bordeaux).
»			Mons. Pietro Sambi (Montefeltro).

Cappellani di Sua Santità:

22	gennaio	1982.	Il sac. Francesco Benocci (Chiusi).
7	aprile	»	Il sac. Francesco Gadaleta (Molfetta).
»	»	»	Il sac. Carlo De Gioia (Molfetta).
»	»	»	Il sac. Francesco Sasso (Molfetta).
24	»	»	Il sac. Gerardo Abbruzzese (Aquino-Sora-Pontecorvo).
»	»	»	Il sac. Vincenzo Carbone (Aquino-Sora-Pontecorvo).
»	»	»	Il sac. Giovanni Costantini (Aquino-Sora-Pontecorvo).
»	»	»	Il sac. Leonardo Bevilacqua (Aquino-Sora-Pontecorvo).
7	maggio	»	Il sac. Giorgio Veronese (Padova).
22	»	»	Il sac. Angelo Ponti (Tortona).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno classe civile:

27 aprile 1982. Al sig. Giovanni Frajese (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21	ottobre	1981.	Al sig. Gerard Bernard Weiler (Thunder Bay, Ont.).
22	gennaio	1982.	Al sig. Idro Batignani (Montepulciano)..
12	febbraio	»	Al sig. Alessandro Cremonte Pastorello (Torino).
7	aprile	»	Al sig. Saverio De Gioia (Molfetta).
28		»	Al sig. Pedro Kalim Cury (N. Sra del Libano Säo Paulo, *Brasil).*
1	maggio	»	Al sig. Ulisse Drago (Padova).
25	»	»	Al sig. Ezio Maria Ciqccetti (Roma).
		»	Al sig. Filippo Lucibelli (Roma).
		»	Al sig. Mario Severi (Roma).
		»	Al sig. Arturo Vasta (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21 ottobre **1981.** Al sig. John E. Stokes (Thunder Bay, Ont.).
8 marzo **1982.** Al sig. Gennaro Piscitelli (Sant'Agata dei Goti).
13 » » Al sig. Roman Mabanta (Manila).
» » » Al sig. Leopold Gillon (Bruges).
19 aprile » Al sig. Angelo Cambié (Lodi).
24 » » Al sig. Sergio Picciolini (Siena).
7 maggio » Al sig. Louis Eymard-Duvernay (Paris).
24 » Al sig. Louis Prost (Autun).
25 » » Al sig. Domenico Di Giuseppe (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3 giugno **1982.** Al sig. Domenico Drei (Faenza).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29 marzo **1982.** Al sig. Francesco Scarso (Padova).
7 aprile » Al sig. Michele Balaceo (Molfetta).
7 maggio » Al sig. Luciano Sacco (Casale Monferrato).
17 » » Al sig. Giuseppe Dell'Olio (Bisceglie).
24 » » Al sig. Antun Homen (Kotor).
3 giugno » Al sig. Franco Selva (Roma).
» » » Al sig. Saladino Francesco Saladini (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 marzo **1982.** Al sig. Philémon De Saedeleer (Mechelen-Brussel).
29 » » Al sig. Giuseppe Gomiero (Padova).
» » Al sig. Artemio Marivo (Padova).
» Al sig. Ettore Dalan (Padova).
» Al sig. Edoardo Valeggia (Padova).
1 aprile » Al sig. Sergio Giordani (Concordia-Pordenone).
» » » Al sig. Piero Liverani (Bertinoro).
19 » » Al sig. Nicolò Velia (Mazara del Vallo).
» » » Al sig. Vincenzo La Rosa (Mazara del Vallo).
» » Al sig. Rino Conese (La Spezia).
» » » Al sig. Tonino Frumento (La Spezia).
» » » Al sig. Luigi Rinaldi (Padova).
» » Al sig. Franco Marini (Lodi).
» Al sig. Leonello Mancia (Iesi).
» » » Al sig. Antonio Mancia (Iesi).
» » » Al sig. Alberto Pellegrini (Iesi).
» » Al sig. Rocco Alfonso Padalino (Iesi).
24 » » Al sig. Mauro Pietrantoni (Roma).
5 maggio » Al sig. Giulio Casciani (Roma).

7 maggio 1982. Al sig. Paul Scholz (Köln).
» » » Al sig. Erwin Wronka (Hildesheim).
29 » » Al sig. Giancarlo Gasperini (Bertinoro).
» » » Al sig. Vincenzo Del Cielo *(Italia).*

NECROLOGIO

3 luglio 1982. Mons. Annibale Bugnini, C. M., Arcivescovo tit. di Diocleziana.
7 » » Mons. Blas Victorio Conrero, Arcivescovo di Tucumán *(Argentina).*
27 » » Mons. Clarence G. Issenmann, Vescovo già di Cleveland *(Stati Uniti d'America).*
29 » » Mons. Eliseu M. Coroli, B., Vescovo tit. di Zama maggiore.
30 » » Mons. Mariano J. Valdivia y Ortlz, Arcivescovo già di Huancayo *(Perú).*
31 » » Mons. Joseph J. Abiad, Arcivescovo di Horns dei Siri *(Siria).*
6 agosto » Mons. Antonio Tedde, Vescovo di Ales e Terralba *(Italia).*
7 » » Mons. Guillermo Bolatti, Arcivescovo di Rosario *(Argentina).*
» » » Mons. John Boekenfoehr, O. M. I., Vescovo già di Kimberley *(Sud Africa).*
8 » » Mons. Emilio Biancheri, Vescovo già di Rimini *(Italia).*
10 » » Mons. Antonio Cunial, Vescovo di Vittorio Veneto *(Italia).*
11 » » Mons. Clément I. Mansourati, Arcivescovo tit. di Apamea di Siria dei Siri.
14 » » Mons. Fidel Cortés Pérez, Vescovo di Chilapa *(Messico).*
17 » » Mons. Stephen J. Donahue, Vescovo tit. di Medea.
20 » » Mons. Nicolas Naaman, Arcivescovo di Bosra e Hauran dei Greci Melchiti Cattolici *(Siria).*
» » » Mons. Antonio Del Giudice, Arcivescovo tit. di Gerapoli di Siria.
23 » » Mons. Jacques Delarue, Vescovo di Nanterre *(Francia).*
28 » » Mons. Alden J. Bell, Vescovo già di Sacramento *(Stati U niti d'America).*
» » » Mons. Girolamo M. Casalini, Vescovo già di Manzini *(Swaziland).*
30 » » Mons. Michael J. Green, Vescovo già di Reno *(Stati Uniti d'America).*

An. el vol. LXXIV 1 Octobris 1982 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ALMENAREN.

Quibusdam locis a dioecesi Arassuahyensi aliisque ab Ecclesia Otonipolitana distractis nova conditur dioecesis nomine Almenarensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam omnis Pastorum cura oportet in hoc versetur, ut «bonum dominici gregis semper sit suprema ratio)) (Chr. Dom., 25), hac de causa, « ad dioecesium circumscriptiones quod attinet, decernit Sacrosancta Synodus, ut, quatenus animarum bonum id exigat, quam primum ad congruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo vel dismembrando ...)) *(Ibid.,* 22). De quibus recogitantes et huiusmodi sententia ducti Episcopi Arassuahyensis et Otonipolitanus, consulta Conferentia Episcopali Brasiliensi, nuper non dubitaverunt ab Apostolica hac Sede expetere ut, quadam portione ab utraque dioecesi detracta, ibidem nova conderetur Ecclesia. Nos igitur, cum constet id probatum esse consilium, quod diximus, ipsi Venerabili Fratri Carmelo Rocco, Archiepiscopo titulo Iustinianopolitano in Galatia atque Nuntio Apostolico in Brasilia, cumque eorum suppleatur consensus quorum interest aut illorum qui id sua interesse censent, de consilio

Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Episcopis negotiis praesunt, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae bisce Litteris ea decernimus, quae sequuntur, atque iubemus. A dioecesi Arassuahyensi loca separamus in quibus lege civili circumscripta Municipia consistunt vulgo appellata Almenara, Bandeira, Felisburgo, Jacinto, Jequitinhonha, Joaima, Jordania, Rio do Pardo, Rubim, Salto da Divisa, Santa Maria do Salto et Santo Antonio do Jacinto; a dioecesi autem Otonipolitana distrahimus integra loca, lege civili definita, quibus Municipium constat Fronteira dos Vales vulgo nuncupatum. Quibus locis ita distractis simul sumptis novam condimus dioecesim Almenarensem appellandam eorumque finibus civili lege praestitutis continendam, quae suffraganea erit Ecclesiae Adamantinae. Itaque metropolitico Adamantini Praesulis iuri Almenarensem pro tempore Episcopum subicimus, iisdem tamen iuribus et privilegiis atque honoribus insignitum, quibus ceteri Episcopi dioecesani exornantur, necnon officiis oneribusque adstrictum, quibus et ceteri ligantur sacrorum Antistites eiusmodi munere fungentes. Sedem autem novae dioecesis in urbe vulgo Almenara statuimus; quare templum ibi Deo in honorem Sancti Ioannis Baptistae dicatum, in quo ipso Episcopi cathedram Agimus, ad cathedralis templi dignitatem evehimus, adeo nempe ut privilegiis et insignibus frui posthac possit ceterorum eiusdem ordinis templorum propriis. Simul decernimus ut ibi, ad morem quidem in regione vigentem et secundum normas decreto opportune edendas, Capitulum cathedrale instituatur ; at interea concedimus ut, quamdiu deerit Canonicorum coetus, pro iis Consultores sint dioecesani ad statutas normas electi. Quod ad episcopalem spectat novae dioecesis mensam, iubemus ut emolumentis Curiae constet fideliumque stipibus necnon iusta portione, secundum can. 1500 C.I.C. aestimanda, sibi obventura e divisione bonorum quae hucusque ad episcopales mensas Arassuahyensem et Otonipolitanam pertinebant. Quae autem ad seminarii dioecesani exstructionem aut ad sacerdotalem tironum educationem et institutionem attinent, tum sacri canones serventur tum normae decreto « Optatam totius » Concilii Vaticani II sancitae, ratione tamen habita ipsarum normarum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica emissarum. Statuimus praeterea ut selecti alumni philosophicis et theologicis disciplinis instruendi aut ipsi sacerdotes sua studia completuri ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense mittantur in Urbe situm. Unoque tempore decernimus ut, constitutione huiusmodi novae dioecesis ad effectum deducta, sacerdotes censeantur illi Ecclesiae ad-

scripti in qua ecclesiasticum habent officium vel beneficium; ceteri clerici atque seminarii alumni ei addicantur dioecesi intra cuius fines legitimum habent domicilium. Insuper de regimine Ecclesiae hodie conditae, de administratione, de eligendo Vicario Capitulari sede vacante, deque aliis id genus ea omnino serventur quae in iure canonico sunt statuta. Ceterum mandamus ut actorum documenta, quae aut ad novam Ecclesiam eiusve clerum aut ad fideles vel ad temporalia bona pertinent, a Curia Arassuahyensi et a Curia Otonipolitana ad Curiam Almenarensem transmittantur, ut in instituendo ibi tabulario rite asserventur. Quae hic statuimus exsequatur Venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, debitis facultatibus instructus aut vir in ecclesiastica dignitate constitutus ad id subdelegatus, salvo onere curandi ut certa et vera singulorum de peracta exsecutione documentorum exempla, sueto more obsignata sigilloque impressa, Sacrae Congregationi pro Episcopis cito mittantur. Has denique Apostolicas Litteras volumus et nunc et in posterum ratas esse, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.

SB CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Collegii Decanus

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
8. Congr. pro Episc. Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Renatus Ausiello, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £B **Plumbi**
In Secret. Status tal., n. 89807.

II
BASSAM MAIORIS

Quibusdam locis ab archidioecesi Abidianensi distractis nova conditur dioecesis « Bassam maior » appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De universa Ecclesia curam agentes, consilia quidem capimus inceptisque favemus necnon proposita confirmamus, quibus aliquo modo ad Christianum Nomen ubique terrarum propagandum conferri possit, « ita ut quod semel pro omnibus patratum fuit ad salutem, in universis,

decursu temporum effectum suum consequatur » (AG 3). Hac ipsa de causa, cum Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotiis praepositi, ratione habita consensus eorum omnium quorum interest, prudenter censuerint novam in Litore Eburneo dioecesim constituendam esse, per quam aptius ibi evangelizationis operi consuleretur, eiusmodi eorum sententiam ratam habemus deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae hisce Litteris ea decernimus, quae sequuntur, atque iubemus. Ab archidioecesi metropolitana Abidianensi loca separamus in quibus lege civili circumscriptis regiones consistunt vulgo appellatae Aboisso, Grand-Bassam atque Bonoua, necnon urbes vulgo Port-Bouët et Koumassi; iisque ita distractis simul sumptis novam condimus Ecclesiam *Bassam maiorem* appellandam ac limitibus tam proprie definitam, ut tum archidioecesim Abidianensem huiusmodi diductione nunc restrictam, tum dioecesim Abenguruensem et Rempublicam Ganensem, tum etiam, ad meridiem, maris Atlantici litus attingat. Praecipimus insuper ut nova dioecesis archidioecesi Abidianensi sit suffraganea eiusque cathedra episcopalis in sacra aede urbis Bassam maioris Sacratissimo Cordi Iesu dicata constituatur, quam proinde ad cathedralis templi dignitatem evehimus, simul mandantes ut ibi pro Canonicorum coetu Consultores dioecesani interea adhibeantur ad statutas normas electi. Denique decernimus ut omnia, quae hic statuimus, ad effectum adducantur ab ipso Nuntio Apostolico in Republica Litoris Eburnei aut a viro in ecclesiastica dignitate constituto ad id subdelegato, salvo onere curandi ut certa veraque singulorum de exsecutione documentorum exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide mittantur. Has denique Apostolicas Litteras tam nunc quam in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

ffi CAROLUS Card. CONFALONIBRI
S. Collegii Decanus

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Renatus Ausiello, *Proton. Apost. s.n.*

Loco SB Plumbi
In Secret. Status tab., n. 92168.

III

YOPUGONEN.

Quibusdam detractis territoriis ab archidioecesi Abidianensi nova conditur dioecesis nomine Yopugonensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quam inyisimus non semel Nos Africam continentem terram peculiari videlicet cura respicimus utpote quae tantum prae se ferat spei tamque laetam venturae Ecclesiae prosperitatis exspectationem. Consilia itaque apta libentes capimus inceptaque inimus unde efficaciter consulatur fiori ac progressui communitatum ecclesialium eiusdem interminatae fere terrae. Quam ob rem, quoniam Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotiis praefecti, habita nimirum ratione consensionis illorum quorum intererat, providi existimaverunt novam in Litore Eburneo dioecesim esse excitandam, quo certius ibidem evangelizandi adiuvaretur industria, Nos hanc eorum sententiam confirmamus atque ex potestatis Nostrae apostolicae plenitudine hisce ipsis Litteris sequentia decernimus fierique iubemus. Ab archidioecesis Metropolitanae Abidianensis finibus loca seiungimus occidentalia necnon septentrionalia, in quibus urbs vulgo « Yopougon » iacet tum etiam regiones civili descriptione appellatae : Agboville, Adzopé, Tiassalé, Sikensi, Dabou, Jacqueville quibus novam dioecesim condimus Yopugonensem nomine cuius limes terminetur finibus Archidioecesis Abidianensis prout est post detractionem superius memoratam et dioecesium similiter Gagnoaensis, Bouakensis et Abenguruensis, et in parte australi litore maritimo Atlantico. Mandamus praeterea ut nova haec dioecesis sit archidioecesi Abidianensi suffraganea ipsiusque templum cathedrale habeatur aedes in urbe Yopugonensi sita Sancti Andreae Apostoli sacra ; pro canonicorum autem coetu volumus ad tempus Consultores adsint ad regulas statutas delecti. Denique praecipimus ut singula a Nobis hic praestituta ad effectum perducantur ipso a Nuntio Apostolico in Re publica Litoris Eburnei aut a viro in ecclesiastica dignitate constituto ad id subdelegato, salvo onere curandi ut certa veraque omnium de exsecutione documentorum exempla ad Sacram Con-

gregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide cito transmittantur. Has demum Apostolicas Litteras tam nunc quam in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die octavo mensis Iunii anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo Pontificatus Nostri quarto.

ffî CAROLUS Card. CONFALONIERI
£. Collegii Decanus

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Renatus Ausiello, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £B **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 92.169.

IV

KUNDIAVANA

In Papua Nova Guinea nova dioecesis conditur « Kundiavana » nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo in Papua Nova Guinea sacra Hierarchia constituta est, ex eo sane constans fuit et firmum huius Apostolicae Sedis consilium ut fines dioecesium illius territorii cum finibus provinciarum civilium congruerent ; quam rem magnas utilitates afferre posse, nemo non videt : simul enim, auctis numero Episcopis, vires auget, simul unitati uniuscuiusque dioecesis obtinendae magnopere confert. Audito ergo consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praesunt, apostolica Nostra potestate haec statuimus. A dioecesi Gorokana territorium civilis provinciae vulgari sermone Simbu cognominatae, detrahimus, in novaeque dioecesis formam redigimus « Kundiavanae » appellandae atque metropolitanae Sedi Montis Hagensis subiciendae, ita ut dioecesis Gorokana deinceps tantum territorium civilis provinciae Eastern Highlands comprehendat. Sedem novae dioecesis in urbe Kundiawa collocamus, cathedram in templo S. Ioannis Evangelistae, in eadem urbe, factis nempe

iuribus quae templorum cathedralium sunt propria. Item dum Canonicorum Collegium non constituetur, dioecesani consultores eligantur, Episcopum consilio et opera iuvaturi. Cetera omnia: quae respiciunt mensam, administrationem dioecesis Sede vacante, electionem Vicarii Capitularis suo tempore, distributionem cleri post has Litteras ad effectum deductas, hisque similia iure Canonico temperentur. Ceterum quae iussimus Venerabilis Frater Franciscus De Mttis exsequetur, Archiepiscopus titulo Tunetensis atque in Papua Nova Guinea Pro-Nuntius Apostolicus ; qui poterit etiam alium delegare, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero acta, documenta exarentur quorum exempla sincere conscripta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
8. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Renatus Ausiello, *Proton. Apost. s.n.*

hoco £g Plumbi
In Secret. 8tatus tab., n. 92849.

V

SANGGAUENSIS

Sekadauensi hucusque Praefectura Apostolica « unione exstinctiva » dehinc coniuncta cum Sanggauensi Vicariatu Foraneo i. e. Decanatu ab archidioecesi Pontianakensi distracto nova in Indonesia conditur dioecesis nomine Sanggauensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quam maxime foventes quidquid boni ad Christianum Nomen in terris propagandum efficax videtur, hac ipsa die propositum Nobis consilium ad evangelizationis opus pertinens confirmare non dubitamus. Cum

enim Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales negotiis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositi, iis quorum interest auditis, prudenter censuerint in civili Indonesiae provincia Kalimantan Occidentali nuncupata novam dioecesim constituendam esse ex integra regione vulgo «Kabupaten Sanggau», libenter Nos, eiusmodi sententiam ratam habentes, de plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae hisce Litteris ea decernimus, quae sequuntur, eademque iubemus. Sekadauensis exstinguatur Praefectura Apostolica ut talis, quae per Constitutionem Apostolicam « Quandoquidem condere », die nono mensis Aprilis a. D. MCMLXVIII datam, a Paulo VI Decessore Nostro v. m. constituta erat ; simul atque praecipimus ut omnia et singula loca civilis regionis vulgo Kabupaten Sanggau, in quibus hucusque Vicariatus Foraneus seu Decanatus « Sanggau » constitit, ab archidioecesi Pontianakensi separentur. Quibus omnibus una cum Sekadauensi olim Praefectura Apostolica simul sumptis novam condimus Ecclesiam Sanggauensem appellandam, quae suffraganea erit Metropolitanae Ecclesiae Pontianakensi, eiusque cathedram episcopalem in sacra aede civitatis Sanggauensis principe statuimus, quam idcirco ad cathedralis templi dignitatem evehimus, simul mandantes ut ibi pro Canonicorum coetu Consultores dioecesani interea adhibeantur ad statutas normas electi. Denique decernimus ut omnia, quae hic iubemus, ad effectum adducantur a Venerabili Fratre Paulo Puente, Archiepiscopo titulo Macrensi in Mauretania atque Apostolico in Indonesia Pro-Nuntio, aut a viro in ecclesiastica dignitate constituto, quem ipse delegaverit, salvo onere curandi ut certa veraque singulorum de exsecutione documentorum exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide transmittantur. Has porro Litteras Apostolicas nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco jji Plumbi

In Secret. Status tab., n. 98296.

VI
XINOTEGANA

Civili regione vulgo Jinotega nuncupata a dioecesi Matagalpensi distracta nova Praelatura conditur Xinotegana appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Libenti quidem animo neque ulla interposita mora precibus ad Nos admotis obsecundamus, quoties in certam Christifidelibus curam pastoralem praestandam vel augendam ipsae spectare Nobis videntur. Hac sane de causa, cum Venerabilis Frater Andreas Cordero Lanza di Montezemolo, Archiepiscopus titulo Anglonensis et in Republica Nicaraguensi Nuntius Apostolicus, audita illius Civitatis Conferentia Episcopali plane rei adsentiente, ab Apostolica hac Sede petierit ut per novam Praelaturam apte fidelibus haud paucis provideretur in quadam Matagalpensis dioecesis plaga commorantibus, eiusmodi postulationibus non sine causa concedimus hisque Nos Litteris ea decernimus, quae sequuntur, atque iubemus. Audito et confirmato consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis praepositorum rationeque habita suppleti consensus quorum interest, de potestatis Nostrae Apostolicae plenitudine a dioecesi Matagalpensi totam regionem seiungimus vulgo <(departamento Jinotega » nuncupatam eademque ita distracta nunc novam condimus Praelaturam Xinoteganam appellandam necnon iisdem finibus circumscriptam, quibus lege civili statutis memorata regio in praesentia continetur. Eius autem sedem constituimus in ipsa urbe <(Jinotega », cuius proinde paroeciale templum Deo in honorem Sancto Ioanni Baptistae dicatum ad gradum et dignitatem Ecclesiae Praelatitiae evehimus, adeo videlicet ut et iuribus et privilegiis posthac fruatur ceterorum eiusdem ordinis templorum propriis. Simul novae Praelaturae pro tempore Praesuli Ordinario loci eadem iura facimus officiaque imponimus aut onera, quibus et ceteri ad normam iuris communis ornantur et ligantur Praesules eiusmodi munere fungentes. Praelatura hodie condita suffraganea erit Ecclesiae Managuensi, qua re Managuensis pro tempore Archiepiscopi metropolitico iuri Xinoteganum subicimus Praesulem. Quod spectat ad novae Praelaturae mensam, iubemus ut emolumentis Curiae

constet fideliumque stipibus necnon iusta portione, secundum can. 1500 C.I.C. aestimanda, sibi obventura e divisione bonorum quae hucusque ad dioecesim Matagalpensem iure pertinebant. Praeterea, quae ad Seminarii alumnos attinent sacris disciplinis apte riteque ornandos, tum sacri serventur canones tum normae decreto « Optatam totius » Concilii Vaticani II sancitae, retentis tamen etiam praescriptis a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica suo tempore evulgatis. Simul tamen statuimus ut selecti alumni philosophice et theologice instruendi aut sacerdotes opportuna studia completuri ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum mittantur in Urbe situm. De novae Praelaturae regimine, administratione, de Vicario Capitulari sede vacante eligendo deque aliis id genus, ipsa iuris canonici statuta observentur. Deinde decernimus ut, constitutione novae Praelaturae ad effectum adducta, sacerdotes ei Ecclesiae adscripti censeantur in qua ecclesiasticum officium detinent vel beneficium; ceteri clerici atque Seminarii tirones ei addicantur Ecclesiae intra cuius fines legitimum habent domicilium. Ceterum mandamus ut actorum documenta, quae aut ad novam Praelaturam Xinoteganam eiusve clerum aut ad fideles vel ad temporalia bona pertinent, omnia a Curia Matagalpensi ad Curiam Xinoteganam transmittantur, ut ibi in instituendo tabulario asserventur. Quae hic iubendo stauimus exsequatur memoratus Venerabilis Frater Andreas Cordero Lanza di Montezemolo debitis facultatibus a Nobis instructus aut vir in ecclesiastica dignitate constitutus ad eiusmodi officium subdelegato, salvo utcumque onere curandi ut certa veraque singulorum de peracta exsecutione documentorum exempla, sueto more obsignata sigilloque impressa, Sacrae Congregationi pro Episcopis cito mittantur. Volumus denique has Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse, contrariis haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £$i Plumbi

In Secret. Status tab., n. 9//0//3.

VII

AUSTRALIA, NOVA ZELANDIA ET OCEANIA

Exarchatus Apostolicus pro fidelibus ritus Byzantini Ucrainorum in Australia, Nova Zelandia et Oceania commorantibus ad gradum Eparchiae extollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christum Iesum imitantes diligentissima cura non solummodo iis fidelibus prospicere studemus, qui, quasi congregatae oves, densos efficiunt greges', quorum unusquisque a suo pascitur pastore, sed etiam, et quidem sollicitius, iis qui in variis orbis terrarum regionibus diffusi, disiectae quodammodo gregum partes esse videntur. Hi praecipue sunt, qui varias ob causas patriam reliquerunt, nempe vel ut victum sibi quaererent, vel libertatem, vel vitae tranquillitatem. Huiusmodi secuti normam, cum christifideles ritus Byzantini Ucrainorum in Australia, Nova Zelandia et Oceania degentes, usque ad hunc diem in Exarchatum Apostolicum constituti, religiosa disciplina et numero bene floruerint, opportunum duximus iisdem aptiore modo prospicere, Exarchatum Apostolicum ad Eparchiae gradum tollendo. Quoniam igitur de hac instituenda, Conferentia Episcopalis Australiae et in ea Natione Pro-Nuntius Apostolicus consenserunt, Nos Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus consulta et re bene reputata, Nostra usi suprema Apostolica Auctoritate Exarchatum quem nuper memoravimus ad dignitatem Eparchiae evehimus, iura tribuentes et officia imponentes, quae sunt eiusmodi condicionis propria. Statuimus insuper ut nova Eparchia tamquam suffraganea Ecclesiae Metropolitanae Melburnensi adiciatur, eiusque episcopalis cathedra sit in ecclesia Sanctis Apostolis Petro et Paulo in urbe Melburnensi dicata. Has vero Litteras Nostras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus, ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis, quorum res est, religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quarto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. RUBIN
S. Congr. pro Ecclesiis Orient. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 94485.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum abbatiale Ordinis Cisterciensium quod est in loco Zirc, in finibus dioecesis Veszprimiensis, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur, octavo abeunte saeculo conditae Abbatiae.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctos caelites, ac praesertim beatam Mariam Virginem, venerandam Christi Matrem, honorari a fidelibus non modo congruum, sed etiam salutare est, cum fuerint illi amici fidissimi Dei, quos Pater diligit, atque exempla egregia virtutum ediderint, quae christiani sequantur vestigiis illorum inhaerentes. Ceterum sunt etiam nostri mortalium intercessores, quibus in vitae discriminibus confidamus. Qua re, cum Venerabilis Frater Ladislaus Paskai, Episcopus Veszprimiensis, ab hac apostolica Sede petierit, suo nempe clerique populique nomine, ut templum abbatiale Ordinis Cisterciensium, beatae Mariae Virgini caelo receptae dicatum,\ quod in loco Zirc surgit in illa dioecesi, ad gradum atque dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, Nos, ratione habita tum templi ipsius maiestatis, tum artis, qua structum est, tum maxime pietatis quae ibi alitur, ignis instar, erga Deum eiusque castissimam Matrem, bene fieri censuimus, si admotae expostulationi concederemus : confidimus enim fore ut illic ex occasione Christi religio revirescat, magno cum animorum bono. Quandoquidem autem hoc anno octo saecula complentur a primaevae huius Abbatiae structura, placet hic nonnulla subicere, quibus historia, ac quasi vita eius innotescat, ab ortu ad nostra usque tempora. Nata est autem Abbatia B.M.V, de Zirc, seu Novae Claraevallis, anno MCLXXXII, a Bela III Rege Hungariae condita, qui sex omnino monasteria aedificavit, eo nempe consilio ut monachorum vitae genus fermentum esset in populo pietatis atque bonorum operum. Tametsi autem de gestis monachorum tempore Medii Aevi pauca ad nos tradita sunt, cum documenta Turcarum dominatione omnia perierint, scimus tamen Abbates Zircenses pluries fuisse a Summis Pontificibus ad maxima negotia tractanda legatos ; exemplo sit horum, mandatum ab Innocentio V iis

datum, in causa canonizationis S. Margaritae, Belae IV Regis filiae. Ceterum, monachorum pietas, labor, fama, usquequaque laudabilia fuerunt. Post autem acceptam cladem a Turcis anno MDXXVI in Monees, Abbatia Zircensis duo per saecula deserta est. Revixit autem, ceu flos post hiemem, initio saeculi xvui, cum Abbatiale templum, quod nunc admiramur, structum est opere nobilissimum religione sanctissimum, et anno MDCCLII consecratum. Saeculo autem xix omnes Abbatiae Hungariae Cistercienses in unum coniunctae sunt, easque Decessor Noster Pius XI, anno MDCCCCXXIII in Congregationem sui iuris erexit. Sodalitas vero haec per saecula crescere ac florere per opera caritatis, per iuventutis institutionem, per scholas perque ceteras apostolatus formas. Instabant profecto vehementer et incitant ad haec, tum Christi urgens oratio (cf. *Marc.* 16, 15) ; tum maiorum, id est sanctorum Monachorum exempla virtutis ; tum Ecclesiae atque Nostra Ipsorum vox, per Adhortationem Apostolicam edita ((Catechesi tradendae » atque per singularem Epistulam ad Venerabilem Fratrem Nostrum Ladislaum S.R.E. Cardinalem Lékai, Archiepiscopum Stringoniensem, ad Hungariae Archiepiscopos et Episcopos, Sacerdotes, Religiosos, Christifideles, die vi mensis Aprilis, anno MDCCCCLXXX datam de religione docenda. Quantopere autem religiosa haec Abbatiae Zircensis industria profuerit sive Ecclesiae sive etiam civili Societati, quantaque spes in hac educatione insit, nemo non videt. Quae cum ita sint, ea quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re statuit, factis olim a Nobis potestatibus, probantes, quam aequo animo templum de quo mentionem fecimus in Basilicis Minoribus annumeramus cum iuribus et honoribus debitis, modo servata sint quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris», die VI mensis Iunii factum, anno MDCCCCLXVIII, poscit. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Martii, anno MDCCCCLXXXIV Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £ß Sigilli

In Secret. Status tab., n. 84001.

II

Beata Maria Virgo a Rosario Patrona principalis dioecesis Bacninhensis in Vietnamia confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Beatissima Virgo Maria sub titulo Reginae Sacratissimi Rosarii a clero et Christi fidelibus dioecesis Bacninhensis ad hunc diem culta sit magisque in dies crescat singularis pietas in eam, Venerabilis Frater Paulus Iosephus Pham-Dinh-Tung, Episcopus Bacninhensis, communia excipiens vota, eandem Virginem elegit sub eo titulo principalem apud Deum Patronam dioecesis Bacninhensis. Quoniam autem idem Venerabilis Frater enixe rogavit ut electio illa confirmaretur secundum normas de Patronis constituendis a Sacra Congregatione pro Cultu Divino die xix mensis Martii anno **MCMLXXiii** promulgatas, Nos ex sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide eius precibus libenti animo annuimus et suprema Nostra Apostolica auctoritate Beatissimam Virginem Mariam Reginam Sacratissimi Rosarii principalem Patronam dioecesis Bacninhensis declaramus et confirmamus, decernentes simul ut eius sacrum anniversarium tamquam sollemnitas agatur primo dominico die mensis Octobris, omnibus iuribus et privilegiis liturgicis rite concessis. Nos confidimus hinc gloriam tantae Matris et Reginae auctum iri et catholicam communitatem efiicacissimum pro sua fide suoque spiritali fervore auxilium esse capturam. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Maii, Festo Beatae Mariae Virginis, Auxilii Christianorum, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

& CAROLUS Card. GONFALONIERI, *Sacri Collegii Decanus*

***hoco* iji Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 89649.

III

Beata Maria Virgo Consolatrix principalis Patrona, atque S. Ignatius a Loyola Patronus secundarius Congregationis Sororum a Maria SS.ma Consolatrice confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Congregationis a Maria SS. Consolatrice Sorores inde ab initio suae institutionis amorem fervidum publicumque sunt testatae honorem erga Christi Redemptoris matrem Mariam et sanctum Ignatium de Loyola; hisce tamen praesertim annis summa cum fide ac pietate eos venerantur. Probatum istum religionis studium Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino libenter excepit, atque eo mota consilio, ut istius consortionis sodales ad certiorem prosperitatem adducerentur copiosiusque auxilium et praesidium de caelis consequerentur, electionem Beatissimae Virginis Mariae Consolatricis in principalem apud Deum Patronam, atque Sanctum Ignatium de Loyola presbyterum in secundarium apud Deum Patronum eiusdem Congregationis rite approbavit. Hanc laudabilem electionem, postquam memorata Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino Nos certiores fecit maxime profuturam esse tum fidei confirmationi tum pietatis inflammationi, Nos attentis oculis perspeximus, atque Apostolica Nostra potestate Beatissimam Virginem Mariam Consolatricem principalem apud Deum Patronam atque Sanctum Ignatium de Loyola presbyterum secundarium apud Deum Patronum Congregationis Sororum a Maria Sanctissima Consolatrice perlibenter confirmamus, atque omnia simul concedimus iura et privilegia liturgica illuc spectantia, ad regulas nempe Instructionis eiusdem Sacrae Congregationis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30. Contrariis quibusvis nullo pacto obstantibus. Ceterum praecipimus ut hae Litterae Nostrae accuratissime observentur, suosque effectus plenos habeant in praesens posterumque tempus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XV** mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

83 CAROLUS Card. CONFALONIERI, *Sacri Collegii Decanus*

Loco £B Sigilli
In Secret. Status tao., n. 89606.

IV

B. V. M. a Mercede, atque S. Ioannes Baptista confirmantur illa Patrona principalis, hic secundarius dioecesis Chascomusensis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem clerus atque fideles dioecesis Chascomusensis, ob antiquam sanctamque religionem qua tenentur erga beatissimam Christi Matrem sub titulo a Mercede atque S. Ioannem Baptistam, Praecursorem Domini, hos ambos Patronos suae dioecesis elegerunt, Principalem quidem illam, hunc Secundarium; atque Venerabilis Frater Rodolfus Bufano Episcopus eiusdem Sedis, factam electionem adprobans, cleri populique nomine, praeterquam suo, ab hac beati Petri Sede confirmationem actae electionis petierit, ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Ofliciorum et Missarum Propriis recognoscendis», n. 30; Nos, qui meritum Beatae Mariae Virginis Sanctorumque honorem augeri semper optavimus, aequo sane animo admotae expostulationi concedimus. Qua re, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re statuerit factis olim a Nobis facultatibus, placet Beatissimam Virginem Mariam a Mercede Patronam Principalem esse et haberi dioecesis Chascomusensis, Sanctum vero Ioannem Baptistam Patronum Secundarium, cum omnibus iuribus ac privilegiis liturgicis iuxta rubricas consequentibus ; quod nempe eo consilio gerimus, ut pietas erga caelestem Matrem, virtutum omnium exemplar, et S. Ioannem Baptistam, eximium Christi Praeconem, et gliscat, ut flamma, et moveat ad imitationem. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Iunii, anno MDCCCCLXXXIV Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 **Sigilli**
In Secret. Status tab., n. 88436.

Y

Sanctuarium Beatae Mariae Virgini titulo « Madonna della Corona » invocatae dicatum, quod in loco « Spiazzi di Ferrara di Monte Baldo » in Veronensi dioecesi exstat, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectae Nobis Ecclesiae Veronensis fideles ac plurimi e proximis praesertim regionibus pii peregrinatores solent Sanctuarium frequentare Beatae Mariae Virgini titulo ((Madonna della Corona » invocatae dicatum, quod in loco ((Spiazzi di Ferrara di Monte Baldo)) exstat, intra fines eiusdem dioecesis. Id enim pietate et certa spe petunt ut, pulchrum Virginis Perdolentis venerantes simulacrum atque praeclarissima Dei Matris et hominum exempla meditantes virtutum, optatas validasque haurire possint vires ad vitam suam secundum Christi divina praecepta ducendam aliaque munera caelestia impetranda. Quapropter cum Venerabilis Frater Iosephus Amari, Episcopus Veronensis, litteris die xx mensis Iunii hoc anno datis, etiam cleri populique sui nomine petiverit ut idem templum Basilicae Minoris titulo ac dignitate honestaremus, Nos, qui Mariam « plenam gratiae)) Pontificatus Nostri augustam tutricem degimus, enixis istius Pastoris precibus libenter annuere optamus. De sententia igitur Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino Nobis proposita, quam ratam habemus, summa Nostra Apostolica potestate, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctuarium, de quo mentionem fecimus, ad gradum Basilicae Minoris evehimus cum iuribus atque liturgicis concessionibus, quae huius generis sacrarum aedium sunt propria, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « de titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII datum, servanda sunt. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Iulii, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ©Sigilli

In Secret. Status tab., n. 92885.

VI

Beatae Mariae Virginis sacellum vulgo appellatae « Our Lady of Charity » intra fines dioecesis Ferdinandopolitanae ab Unione ad gradum provehitur dignitatemque Basilicae Minoris.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Signum illud sanctuariumque Beatissimae Dei Genetrici Mariae dicatum sub vernáculo nomine ((Our Lady of Charity », Dominae nostrae scilicet a caritate, quod in finibus communitatis ecclesialis Ferdinandopolitanae ab Unione diu iam celebratur a christifidelium multitudinibus, non tantum aedificii ipsius amplitudine artisque sacrae commendatur decore, verum usu catholicae religionis etiam et perantiqui cultus consuetudine. Cum praeterea eadem vitae paroecialis sedes ac totius regionis quasi quoddam centrum apostolici operis singulariter emineret inter aedes sacras omnis insulae Luzonis, his ideo de causis convenienter quidem Venerabilis Frater Salvator Lazo ipse Antistes Ferdinandopolitanus ab Unione suo tempore poposcit ab Sede Apostolica ut ecclesia sacellum maiore quodam illustraretur liturgicae gratiae ornamento, videlicet Basilicae Minoris titulo. Plane Nos rati confisique fore ut inde in cunctum ibi, degentem clerum ac populum christianum plurima manarent fidei industriaeque catholicae beneficia, eiusdem Episcopi libenter obsecundavimus precibus. Ex sententia proin Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino harum Litterarum virtute constituimus ut templum, quod memoravimus, Deo consecratum cum praeclara effigie Beatae Mariae Virginis, Dominae nostrae a caritate, ad honorem evehatur atque gradum Basilicae Minoris, omnibus simul additis ei iuribus et privilegiis quae aedibus hoc nomine insignitis rite competunt. Mandamus insuper ut illa singula accuratissime observentur quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII foras datum adserventur oportet. Contrariis quibusvis haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv Iulii mensis, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco Sigilli

In Secret. Status tab., n. 92896.

HOMILIA

In basilica Petriana habita, ob decretos Beato Crispino a Viterbio Sanctorum caelitum honores.*

Carissimi fratelli e sorelle,

1. È questo un giorno solenne per noi, invitati a contemplare la gloria celeste e la gioia indefettibile di Crispino da Viterbo, annoverato dalla Chiesa tra il numero dei Santi, tra coloro che hanno raggiunto, dopo.il pellegrinaggio terreno, la visione beatifica del Dio vivente, Padre, Figlio e Spirito Santo, offrendoci incoraggiante conferma dell'affermazione paolina : « Le sofferenze del tempo presente non sono paragonabili alla gloria futura che dovrà essere rivelata in noi ».[1]

Giorno di letizia soprattutto per i Religiosi dell'Ordine Francescano dei Frati Minori Cappuccini, i quali, mentre si rallegrano per l'onore tributato a questo Confratello, che ha avuto fame e sete della giustizia e ne è stato saziato,[2] elevano il loro ringraziamento all'Onnipotente per la misericordiosa bontà, con cui ha voluto loro donare un nuovo confessore della fede, che, in quest'anno celebrativo dell'ottavo centenario della nascita di San Francesco, si aggiunge agli altri Santi della grande Famiglia dei Cappuccini.

Nel dichiarare Santo, Crispino da Viterbo, decretando che egli sia devotamente venerato come tale, ad onore della Santissima Trinità e ad incremento della vita cristiana,[3] la Chiesa ci assicura che l'umile Religioso ha combattuto la buona battaglia, ha conservato la fede, ha perseverato nella carità, conseguendo la corona di giustizia preparatagli dal Signore.[4] Veramente Fra Crispino, durante la vita terrena, stette davanti al Signore, al suo servizio, ed il Signore è ora per sempre la sua eredità felice.[5]

Per seguire Cristo Gesù, egli ha rinnegato se stesso, cioè gli ideali puramente umani, ed ha assunto la propria croce, la tribolazione quotidiana, i limiti personali ed altrui, solo preoccupato di imitare il

*** Die 20 m. Iunii a. 1982.**

[1] ***Rom 8,* 18.**

[2] **Cfr. *Mt* 5, 6.**

[3] **Cfr. Formula della Canonizzazione.**

[4] ***2 Tim* 4, 7-8.**

[5] **Cfr. *Dt* 10, 8-9.**

Maestro divino, salvando così in senso perfetto e definitivo la propria vita.[6] ((Qual vantaggio infatti avrà l'uomo se guadagnerà il mondo intero e poi perderà la propria anima? ».[7] L'interrogativo evangelico, letto or ora, ci interpella e ci invita a fissare lo sguardo su quella mèta felice, che è già possesso del nostro Santo e che anche a noi è riservata con assoluta certezza, nella misura in cui sapremo rinnegare noi stessi e seguire il Signore, portando il peso della nostra giornata di operai laboriosi.

Salga, in questo momento, la nostra gratitudine commossa verso Dio, autore della Grazia, che ha condotto il suo servo fedele Crispino alla più alta perfezione evangelica, implorando al tempo stesso, per sua intercessione, di « praticare incessantemente la vera virtù, alla quale è promessa la pace beata del Cielo)).[8]

2. Ed ora vogliamo riflettere in modo particolare sul messaggio di santità di Fra Crispino da Viterbo.

Era il periodo dell'assolutismo di Stato, di lotte politiche, di nuove ideologie filosofiche, di inquietudini religiose (si pensi al Giansenismo), di progressivo allontanamento dai contenuti essenziali del Cristianesimo. L'umanità nel suo doloroso travaglio storico, alla ricerca incessante di più alti traguardi di progresso e di benessere, è ricorrentemente tentata di falsa autonomia, di rifiuto delle categorie evangeliche, per cui ha bisogno imprescindibile di santi, cioè di modelli che esprimano concretamente, dal vivo, la realtà della Trascendenza, il valore della Rivelazione e della Redenzione operata da Cristo.

Questa appunto, nell'autosufficiente secolo dei lumi, in cui egli visse, fu la missione di San Crispino da Viterbo, umile frate cappuccino, cuoco, infermiere, ortolano, e poi per quasi quarantanni questuante in Orvieto, a servizio del suo convento. Ancora una volta, per misericordia divina, le parole profetiche di Gesù trovarono in quest'umile Santo realizzazione eloquente: « Ti benedico, o Padre, Signore del cielo e della terra, perché hai nascoste queste cose ai sapienti ed agli intelligenti e le hai rivelate ai piccoli. Sì, o Padre, perché così è piaciuto a Te ».[9] Dio compie meraviglie mediante l'opera degli umili,

[6] **Cfr. *Mt* 16, 23-25.**
[7] ***Ivi* 26.**
[8] **Orazione del giorno.**
[9] ***Mt 11,* 25-26.**

degli incolti e dei poveri, perché si riconosca che ogni incremento salvifico, anche terreno, corrisponde ad un disegno del suo amore.

3. Il primo aspetto di santità che desidero rilevare in San Crispino è *quello della letizia.* La sua affabilità era nota a tutti gli Orvietani ed a quanti lo avvicinavano, e la pace di Dio che sorpassa ogni intelligenza custodiva il suo cuore ed i suoi pensieri.[10] Letizia francescana la sua, sostenuta da un carattere ricco di comunicativa ed aperto alla poesia, ma soprattutto derivante da un grande amore verso il Signore e da una fiducia invitta nella sua Provvidenza. « Chi ama Dio con purità di cuore — soleva dire — vive felice e poi contento muore ».

4. Un secondo atteggiamento esemplare è certamente quello della sua *eroica disponibilità verso i Confratelli,* come pure *verso i poveri ed i bisognosi* di ogni categoria. A questo proposito, infatti, si deve dire che l'impegno principale di Fra Crispino, mentre umilmente questuava i mezzi di sussistenza per la sua famiglia conventuale, fu quello di donare a tutti aiuto spirituale e materiale, divenendo espressione vivente di carità. Ha veramente dell'incredibile l'opera da lui svolta in campo religioso ed assistenziale, per la pace, la giustizia e la vera prosperità. Nessuno sfugge alla sua attenzione, alle sue premure, al suo buon cuore, ed egli va incontro a tutti, attingendo alle più perspicaci risorse ed anche ad interventi, che si presentano nella cornice dello straordinario.

5. Altro particolare impegno della sua vita santa fu quella di svolgere una *catechesi itinerante.* Egli era un « laico dotto », che coltivava con i mezzi a sua disposizione la conoscenza della Dottrina Cristiana, non tralasciando, al tempo stesso, di istruire gli altri nella stessa verità. Il tempo della questua era il tempo della evangelizzazione.

Incoraggiava alla fede ed alla pratica religiosa con un linguaggio semplice, popolarmente gustoso, fatto di massime ed aforismi. La sua saggia catechesi divenne ben presto nota ed attirò personaggi dell'ambiente ecclesiastico e civile, ansiosi di avvalersi del suo consiglio. Ecco, ad esempio, una sua illuminante e profonda sintesi della vita cristiana : « La potenza di Dio ci crea, la sapienza ci governa, la misericordia ci salva ». Le massime traboccavano dal suo cuore, sollecito di offrire col

[10] Cfr. *FU* 4, 5-7.

pane, che sostenta il corpo, il cibo che non perisce : la luce della fede, il coraggio della speranza, il fuoco dell'amore.

6. Infine, desidero sottolineare la sua tenera ed insieme vigorosa *devozione a Maria Santissima,* che egli chiamava la « mia Signora Madre)) e sotto la cui protezione condusse la sua vita di cristiano e di religioso. All'intercessione della Madre di Dio Fra Crispino affidò suppliche ed affanni umani incontrati lungo la strada del suo questuare, e quando veniva sollecitato a pregare per gravi casi e situazioni soleva dire : « Lasciami parlare un poco con la mia Signora Madre e poi ritorna ». Risposta semplice, ma totalmente intrisa di sapienza cristiana, che dimostrava totale confidenza nella sollecitudine materna di Maria.

7. La vita nascosta, umile ed ubbidiente di San Crispino, ricca di opere di carità e di saggezza ispiratrice, reca *un messaggio per l'umanità di oggi,* che come quella della prima metà del '700 attende il passaggio confortante dei santi. Egli, autentico figlio di Francesco d'Assisi, offre alla nostra generazione, spesso inebriata dai suoi successi, una lezione di umile e fiduciosa adesione a Dio ed ai suoi disegni di salvezza ; di amore alla povertà ed ai poveri ; di ubbidienza alla Chiesa ; di affidamento a Maria, segno grandioso di misericordia divina anche nell'oscuro cielo del nostro tempo, secondo il messaggio incoraggiante scaturito dal suo Cuore Immacolato per la presente generazione.

Eleviamo la nostra preghiera al nostro Santo che ha raggiunto la gioia definitiva del Cielo dove non esiste «né morte, né lutto, né affanno, perché le cose di prima sono passate

O San Crispino, allontana da noi la tentazione delle cose caduche ed insufficienti, insegnaci a comprendere il vero valore del nostro pellegrinaggio terreno, infondici il necessario coraggio per compiere sempre tra gioie e dolori, tra fatiche e speranze, la volontà dell'Altissimo.

Intercedi per la Chiesa e per l'umanità intera, bisognosa di amore, di giustizia e di pace.

Amen ! Alleluia !

" *Ap* 21. 4.

EPISTULA

Christifidelibus Chiliae missa.

A los queridos hijos e hijas de la Nación chilena:

Mi fraterno encuentro con un grupo de vuestros Obispos, presentes en esta Nación hermana, me lleva idealmente a vosotros y hace más intenso el anhelo que siento desde hace tiempo, de verme en vuestra tierra para pulsar directamente la realidad y la profundidad de los valores con que Dios os ha enriquecido y para estimularos a la prosecución fiel de las tareas humanas y de la misión cristiana que El ha encomendado.

Sé que os habría gustado tenerme ya ahora entre vosotros. Comprendo vuestros deseos, sintiendo de veras no poderlos satisfacer en esta ocasión. Conocéis el motivo específico de mi nueva rapidísima venida al querido continente sudamericano : el viaje pastoral a Oran Bretaña, absolutamente inaplazable por múltiples razones, y el grave conflicto que desde hace unas semanas enfrenta a esta Nación con Argentina, me han impulsado a manifestar, de manera solícita y visible, mi empeño por conseguir la paz y a encontrarme personalmente con los hijos de uno y otro País, elevando fervientes plegarias al Padre común para que cese cuanto antes una situación dramática, que está originando intenso dolor e incontables preocupaciones.

Os confío que desde enero del año 1979, cuando vuestro Gobierno y el Gobierno argentino me pidieron que los ayudara, como Mediador, en el diferendo de la zona austral, estoy anhelando el momento en que me sea concedida la gracia impagable de visitar al mismo tiempo a los hijos de ambas Naciones, para unirme a la alegría de todos en acción de gracias a Dios por la conclusión definitiva de esta controversia y por la consolidación perenne de la paz y de la amistad entre los dos Países por mí tan queridos.

Desde aquí, atravesando con el espíritu la Cordillera Andina que, abrazada por Cristo Redentor, vincula estrechamente vuestra Nación y Argentina, me hinco de rodillas ante Nuestra Señora del Carmen en el Santuario de Maipú —como lo he hecho en el de Nuestra Señora de Lujan con vuestros hermanos argentinos— y juntamente con vosotros pido a Nuestra Madre Santísima que nos obtenga el favor de que pronto

puedan cumplirse estos deseos enmarcados en una visita pastoral a ambos Países.

Ya desde ahora os confirmo el profundo afecto que siento por el pueblo chileno y os aseguro mi recuerdo especial en estas breves horas que paso tan cerca de vosotros. Pido también por vuestro bienestar espiritual y material, enviándoos mi más cordial Bendición Apostólica.

Buenos Aires, 12 de junio de 1982.

IOANNES PAULUS PP. II

ALLOCUTIONES

I

Genavae, ad eos qui LXVIII conventui Conferentiae ab omnibus nationibus de humano labore interfuere habita.*

Monsieur le Président,
Monsieur le Directeur général,
Messieurs les Ministres,
Mesdames et Messieurs les Délégués,
Mesdames et Messieurs,

1. Je désire tout d'abord exprimer ma joie pour l'occasion qui m'est offerte de me trouver ici aujourd'hui et de prendre la parole devant cette illustre assemblée réunie pour la soixante-huitième Session de la Conférence Internationale du Travail. Les faits que vous connaissez m'ont empêché d'honorer l'invitation que m'avait adressée le Directeur général de participer à la session précédente. Je remercie Dieu qui m'a conservé la vie et restauré la santé. L'impossibilité où je me suis trouvé de venir jusqu'ici en 1981 a encore renforcé en moi le désir profond que j'éprouvais de vous rencontrer car je me sens lié au monde du travail par des liens multiples. Le moindre de ceux-ci n'est certes pas la conscience d'une responsabilité particulière par rapport aux nombreux problèmes inhérents à la réalité du travail humain: problèmes importants, souvent difficiles, toujours fondamentaux, problèmes qui constituent la raison d'être de votre Organisation. L'invitation que le Directeur général a réitérée dès ma convalescence m'a donc particulièrement

*** Die 15 m. Iunii a. 1982.**

réjoui. Entre temps, j'ai publié mon encyclique *Laborem exercens* sur le travail humain, dans le but de fournir une contribution au développement de la doctrine sociale de l'Eglise catholique, dont les grands documents, à commencer par *Rerum novarum* du Pape Léon XIII, ont trouvé un écho respectueux et favorable dans les assises de l'Organisation Internationale du Travail, toujours sensible aux divers aspects de la problématique complexe du travail humain au cours des différentes étapes historiques de son existence et dans ses activités.

Qu'il me soit permis d'exprimer ici ma gratitude pour votre invitation et pour l'accueil chaleureux qui m'a été réservé. En même temps, je veux vous dire combien j'apprécie les paroles aimables que le Directeur général vient de m'adresser; grâce à elles, il m'est plus facile de vous adresser la parole à mon tour. Hôte de cette Assemblée, je vous parle au nom de l'Eglise catholique et du Siège Apostolique, en me plaçant sur le terrain de leur mission universelle qui a, avant tout, un caractère religieux et moral. A ce titre, l'Eglise et le Saint-Siège partagent la préoccupation de votre Organisation pour ce qui est de ses objectifs fondamentaux, et de même ils rejoignent la famille des Nations tout entière dans le but qu'elle se propose, à savoir : contribuer au progrès de l'humanité.

2. En m'adressant à vous tous, Mesdames et Messieurs, je désire, à travers vos personnes, rendre hommage tout d'abord au travail de l'homme, quel qu'il soit et où qu'il se fasse sur l'ensemble du globe, à tout travail — comme à chacun des hommes et des femmes qui l'accomplissent — sans distinction entre ses caractéristiques spécifiques, qu'il s'agisse d'un travail « physique » ou d'un travail « intellectuel » ; sans distinction non plus entre ses déterminations particulières, qu'il s'agisse d'un travail de « création » ou de ((reproduction », qu'il s'agisse du travail de recherche théorique qui donne ses bases au travail d'autrui, ou du travail consistant à en organiser les conditions et les structures, ou qu'il s'agisse, enfin, du travail des cadres ou de celui des ouvriers qui exécutent les tâches nécessaires à la réalisation des programmes fixés. Dans chacune de ses formes, ce travail mérite un respect particulier, parce que c'est l'œuvre de l'homme, parce que, derrière tout travail, il y a toujours un sujet vivant : la personne humaine. C'est de cela que le travail tire sa valeur et sa dignité.

Au nom de cette dignité qui est propre à tout travail humain, je désire exprimer également mon estime pour chacun d'entre vous, Mes-

dames et Messieurs, et pour les Institutions concrètes, les Organisations et les Autorités que vous représentez ici. Etant donné le caractère universel de l'Organisation Internationale du Travail, l'occasion m'est donnée de rendre hommage par la présente intervention à tous les groupes ici représentés, et de louer l'effort par lequel chacun d'entre eux tend à développer ses propres potentialités afin de réaliser le bien commun de tous ses membres : hommes et femmes, unis de génération en génération dans les différents postes du travail.

3. Enfin — et je pense être ici le porte-parole non seulement du Siège Apostolique, mais, en un certain sens, de toutes les personnes présentes — je voudrais exprimer une estime et une gratitude particulières pour *VOrganisation Internationale du Travail* elle-même. Votre Organisation tient en effet une place importante dans la vie internationale aussi bien par son ancienneté que par la noblesse de ses objectifs. Créée en 1919 par le Traité de Versailles, elle s'est donné pour mission de contribuer à une paix durable par la promotion de la justice sociale, comme le disent les premières paroles du Préambule de sa Constitution : ((Attendu qu'une paix universelle et durable ne peut être fondée que sur la base de la justice sociale ... ». C'est encore cet engagement fondamental pour la paix qu'a rappelé le Directeur général au Symposium organisé à Rome par la Commission pontificale « Iustitia et Pax » au début du mois d'avril dernier, quand il s'est référé au parchemin contenu dans la première pierre du bâtiment du Bureau International du Travail, et portant la mention : « Si vis pacem, cole iustitiam », « Si tu veux la paix, cultive la justice ».

Les mérites de votre Organisation apparaissent de façon évidente dans l'existence des nombreuses Conventions internationales et Recommandations qui établissent les normes internationales du travail, ((nouvelles règles de comportement social » pour contraindre « les intérêts particuliers à se soumettre à la vision plus large du bien commun *y>}* Ses mérites sont visibles aussi dans de multiples autres activités entreprises pour satisfaire les nouveaux besoins qui se sont manifestés à partir de l'évolution des structures sociales et économiques. Ils sont évidents enfin quand on considère le travail quotidien et persévérant des fonctionnaires du Bureau International du Travail et des instances que celui-ci s'est données pour renforcer son action, telles que l'Institut international d'études sociales, l'Association internationale de la sécurité

[1] **Discours de Paul VI à l'O.I.T., nn. 14 et 19: *AAS* 61 (1969), pp. 497 et 499.**

sociale, et le Centre international de perfectionnement professionnel et technique.

Si je me suis permis de citer l'Organisation Internationale du Travail dans mon encyclique *Laborem exercens,* je l'ai fait aussi bien pour attirer l'attention sur ses multiples réalisations que pour l'encourager à renforcer ses activités en faveur de l'humanisation du travail. J'ai voulu aussi mettre en relief le fait que, dans la démarche visant à fonder le travail humain sur les raisons du véritable bien — ce qui correspond aux principes objectifs de la morale sociale —, les buts de l'Organisation Internationale du Travail sont très proches de ceux que l'Eglise et le Siège Apostolique veulent poursuivre dans leur propre domaine et avec des moyens adaptés à leur mission. Cela a d'ailleurs été souligné à plusieurs reprises par mes prédécesseurs les Papes Pie XII et Jean XXIII, et en particulier par Paul VI, en 1969, à l'occasion de la visite par laquelle il a voulu s'associer à la célébration du cinquantième anniversaire de la fondation de l'Organisation Internationale du Travail. Aujourd'hui, comme auparavant, l'Eglise et le Siège Apostolique se réjouissent de l'excellente collaboration qui existe avec votre Organisation, collaboration vieille déjà d'un demi-siècle, qui a trouvé sa conclusion formelle dans l'accréditation, en 1967, d'un Observateur Permanent auprès du Bureau International du Travail. Par une telle démarche, le Siège Apostolique a voulu assurer une expression stable à sa volonté de collaboration et au vif intérêt que l'Eglise catholique, soucieuse du vrai bien de l'homme, porte aux problèmes du travail.

é. La parole que vous attendez de moi, Mesdames et Messieurs, ne peut être différente de celle que j'ai prononcée en d'autres assises où se retrouvaient les représentants des peuples de toutes les nations du monde : l'Assemblée générale de l'Organisation des Nations Unies, l'Organisation des Nations Unies pour l'alimentation et l'agriculture, et l'Organisation des Nations Unies pour l'éducation, la science et la culture. Mes réflexions s'inspirent, d'une façon qui se veut cohérente, de la même idée fondamentale et de la même préoccupation : la cause de l'homme, sa dignité et les droits inaliénables qui en découlent. Déjà dans ma première encyclique, *Redemptor hominis,* j'ai insisté sur le fait que « l'homme est la première route que l'Eglise doit parcourir en accomplissant sa mission : il est la première route et la route fondamentale de l'Eglise, route tracée par le Christ lui-même ... ».[2] C'est pour la

[2] N. 14.

même raison que, à l'occasion du quatre-vingt-dixième anniversaire de *Rerum novarum,* j'ai voulu consacrer un document majeur de mon pontificat au travail humain, à l'homme au travail : <(Homo laborem exercens». Car non seulement le travail porte la marque de l'homme, mais c'est dans le travail que l'homme découvre le sens de son existence : dans tout travail conçu comme une activité humaine, quelles que soient les caractéristiques concrètes qu'elle revêt, quelles que soient les circonstances dans lesquelles cette activité s'exerce. Le travail comporte «cette dimension fondamentale de l'existence humaine par laquelle la vie de l'homme est construite chaque jour, où elle puise sa propre dignité spécifique, mais dans laquelle est en même temps contenue la constante mesure de la peine humaine, de la souffrance et aussi du préjudice et de l'injustice qui pénètrent profondément la vie sociale de chacune des nations et des nations entre elles ».[3]

Non tamen bona valetudine usus est. Ab anno 1885, cum ter sectus est — indeque quinque ulcera ei manserunt per totam vitam, quae vocabat ((misericordias Domini » — saepe acerbis est morbis correptus, quos christiana patientia perpessus est et spiritu supernaturali. Die octavo mensis Decembris anno 1901 arteriarum pulmonumque infiammationem contraxit et singulari fervore aequoque animo sanctis acceptis sacramentis, liturgicas preces secutus est, atque invocatione dicta « Iesu, Ioseph, Maria)), quam millies dictitaverat, pie mortuus est die 17 mensis Decembris anno 1901.

Servus Dei supernaturali et heroica ratione permansit in eo, ad quod eum Deus vocaverat, proposito cultum Sacrae Familiae Nazarethanae divulgandi huiusque vitae et domesticae sanctitatis exemplum omnibus afferendi familiis, praesertim per iuventutis educationem. Ea autem ratio, secundum quam Servus Dei vixit, potissimum effecta est tribus virtutibus theologalibus, oboedientia et humilitate. Per plus quadraginta annos sacerdotalis navitatis Servus Dei se ostendit virum eximiae fidei, magnae pietatis non communi interiore vita, singulari studio Eucharistiae, SS. Trinitatis et Mariae Virginis alitae, necnon tenerrima et filiali impulsu erga Sacram Nazarethanam Familiam, ((hanc terrae Trinitatem » — uti eam definiverat — ; inconcussae denique spei

et firmae Providentiae fiduciae; in precatione et in meditatione assiduum, fide sacerdotali incensum, proximorum amantissimum, prudentem, fortem, austerum, patientem, humilem, obedientem, mitem. Servus Dei cum iam esset sacerdos, neglectis honoribus elegit viam evangelicorum consiliorum, quae fideliter servavit una cum suis constitutionibus, per omnia commodis suis contemptis, adeo ut esset filiis suis suisque Superioribus quasi speculum et exemplar. Ingenium suum vehemens atque aere domuit religiosa disciplina, castigatione, paenitentia interiore et exteriore. Domum Nazarethanam cotidie visitabat spiritu, ut Sacrae Familiae proprias virtutes imitaretur.

Fama exercitarum virtutum, quae insignis fuit dum is vivebat, post eius mortem est aucta et adhuc diffunditur. Multae gratiae et peculiaria beneficia eius precibus tribuuntur. Hinc anno 1931 initium habuit Processus Ordinarius Informativus apud Curiam Barcinonensem, in qua dioecesi Servus Dei e vita decessit. Edito Decreto super scriptis Servi Dei die 7 mensis Ianuarii anno 1951, et ratione habita multarum epistularum, quibus a Summo Pontifice postulabatur ut Causa instruentur apud Sanctam Sedem, atque id rogante etiam P. Magino Morera, S. F., legitimo Causae Postulatore, disceptatio facta est in Coetu Ordinario Sacrae id temporis Rituum Congregationis, die 23 mensis Octobris anno 1956, cumque exitus favisset, Sanctitas Sua Pius XII die 25 mensis Novembris anno 1956 decrevit per Decretum Sacrae Congregationis ut causa Servi Dei introduceretur. Agnita oboedientia Decretis Urbanianis super indebito cultu, apud Curiam Barcinonensem initium factum est Processus Apostolici super virtutibus in specie. Die 20 mensis Maii a. 1967 signatum est Decretum super validitate Processuum.

Actio est demum instituta apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum super virtutibus in specie Servi Dei Iosephi Mañanet Vives, et quidem primum, die 10 Februarii a. 1982 in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, die 22 Iunii huius a. 1982 habita, in qua Rev.mus Cardinalis Aloisius Ciappi, Causae Ponens seu Relator, sequens proposuit dubium discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate, cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et omnes Patres Cardinales affirmative responderunt, nempe Servum Dei christianas virtutes heroum in modum excoluisse.

Certior de praemissis omnibus factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 5 Iulii eiusdem anni sententiam Sacrae Congregationis ratam habens, decretum super Famuli Dei virtutibus apparari mandavit.

Quod cum factum esset, hodierna die idem Summus Pontifex, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Aloisio Ciappi, Causae Ponente, meque Antistite a Secretis aliisque vocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, Servi Dei Iosephi Mañanet Vives, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 mensis Iulii A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

DIVIONEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Elisabeth a SS. Trinitate (in saeculo: Elisabeth Catez), Monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus » (Io 14, 23). Haec Christi Domini verba, ineffabilis sanctissimae Trinitatis per gratiam cum hominibus et in hominibus vitae annuntiationem, devotissimo animi ardore iugiter contemplata est Dei Famula Elisabeth a

SS. Trinitate, in fidei et caritatis cum Trinitate communione sanctitatis secretum et fundamentum constituens, per quam et *in laudem gloriae gratiae* Dei viveret (cfr. *Eph* 1, 6) et *conformis facta imaginis Filii primogeniti* (cfr. *Rom* 8, 29), Patrem in Spiritu Christi quaereret, adoraret, diligeret eique summa fidelitate deserviret, et Ecclesiam, Agni sponsam, precibus, operibus, sui immolatione adiuvaret, fratres universos materna caritate in corde gerens. ((Caelum in terra adinveni — scripsit ipsa —. Quia caelum Deus est, et Deus praesens in anima mea vivit. Ea qua hoc comprehendi die, omnia mihi luce collustrata sunt».

Serva Dei die 18 mensis Iulii a. 1880, apud *Camp d'Avor,* in dioecesi Bituricensi, in Gallia, parentibus Iosepho Francisco Catez et Maria Aemilia Rolland, nata est, et die 22 eiusdem mensis sacris baptismatis undis Christo in Ecclesia regenerata, Maria, Iosepha, Elisabeth nominibus sumptis. Pueritiam et adolescentianl in pietate traduxit, indomitum ingenium ex Christi amore mansuetum et suave reddens. Die 19 mensis Aprilis a. 1890, sacra Eucharistica dape primum refecta est, vocem mire persentiens Sponsi illam ad se unum trahentis et devincientis. Eodem die, cum ad Carmelitarum Discalceatarum monasterium a matre delata fuisset, ab asceterii moderatrice de praesentia Dei in sua anima est edocta, indeque puellae vita spiritu ad Trinitatem in intimo corde inquirendam et contemplandam miro pietatis studio attrae ta est. Vel primariis studiis modice attendere valuit, cum mater eam musicae artis expertam efficere vellet. At, in cymbalum incumbens et mundanas congressiones genetrice iubente participans, ad Deum oculos laetitia spirituali plenos convertebat, cui in corde cantabat. Quattuordecim annos nata, ex Dei instinctu virginitatem Altissimo vovit, vocationem ad Carmelum simul mystice experta. Attamen, matre fortiter renitente, maiorem aetatem exspectare debuit ut Deo vocanti re vera responderet, cui tamen statim adhaesit, eum unum amatorem et sponsum secuta. Humilis et suavis, tenuioribus Christi membris curas impendit, quae et in sacra doctrina instituebat et ad sacramenta digne participanda praeparabat, suis opibus illa solari sollicita.

Die 2 Augusti a. 1901 monasterium teresianum Divionense ingredi potuit, summa fidelitate inde a primis gressibus ad finem perfectionis carmeliticae contendens. Colloquium amoris cum Christo, vocationis suae caput et centrum, perdilectum habuit, silentio, solitudinis studio, sui ipsius in caritate donatione, actuosam corporis afflictationem cum iugi oratione coniungens. Grandia non patravit; munera honoris concredita non habuit ; haud cognitam prorsus vitam paucis quibus in mo-

nasterio vixit annis exegit. At, dire etsi spiritu et corpore cruciata, Deum in sua anima praesentem adspiciens, eius vultum in fide et caritate quaerens, mira iucunditate praedita videbatur, perinde ac si cum Deo perenni amoris studio ambularet, eumque quodammodo videret. Inde perenni humilitatis studio, caritatis erga omnes sorores exercitatione, sui perfectiore in dies oblivione excellebat, quibus quidem virtutibus carissima omnibus erat. Novissimis vero vitae annis, quasi Christi cruci confìxa (cfr. *Gal* 2, 19), ipsius Iesu patientis vultum et imaginem praeseferre videbatur. Gravissima aegritudine cruciata, qua bestiarum morsus in visceribus quodammodo — ut ipsa fatebatur — experiri videbatur, *nocte spiritus* etiam probata, Dei dilectionem cantabat, gaudens quod sibi daretur Christi passionibus communicare (cfr. *1 Pet* 4, 13) ut adimpleret in carne sua ea quae desunt pro corpore eius quod est Ecclesia (cfr. *Col* 1, 24). Deo dilecta, verbis prorsus cantatis : ((Ad amorem, ad lucem, ad vitam pergo », pie de hoc mundo transivit ad Patrem, die 9 Novembris a. 1906.

Mulier magnae fidei, sacras Scripturas, prae primis Christi Evangelium et Sancti Pauli Epistulas intime perscrutata est, easdem miro Spiritus sapientiae dono intellexit, eas vitae normam in omnibus secuta. Cum Maria Virgine, quam summe dilexit, unum, ut veram carmelitidem decet, inquisivit, nempe Dei verba intimo corde colligere, meditari et contemplari. Iis verbis attenta, Deum ipsum et audiebat et fideliter sequebatur, spe gaudens in omnibus, ipsam crucem velut donum habens per quam in Christum dilectum transforman perfectius poterat. Dilectionem impensissimam in Christum et in Ecclesiam operibus potius quam verbis probavit, Dei voluntatem vel in exiguis semper ut sanctitatis semitam tenens. Theologalis hic virtutum habitus Elisabeth velut in Deo iugiter mersam commonstrabat, suavitatem divini vultus quem contemplabatur suis in oculis quodammodo referens. Quaedam, obedientia duce, conscripsit, quae ad vivum eius vitam spiritualem proponunt, Deo inquirendo et amando unice intentam. Humilia haec vero scripta, ut Dei Famula promiserat, eiusdem nuntium mundo attulerunt, innumeros Christifideles ad intimitatem cum Trinitate in anima per gratiam praesenti trahendo. Eam quasi sororem plurimi potissimum sacri altaris ministri experti sunt, quos vehementer vivens dilexit, quosque post obitum fraternis curis e caelo — ut ipsi testantur — prosequitur, ut de Deo vivant, eius verba dociles audiant, sibi concreditos fideles ad Deum vivum et verum iugiter adorandum et contemplandum trahant, in quo sanctitatis est fundamentum, efficacita-

tis apostolicae fons, verae laetitiae vel inter dolores et moerores secretum.

Sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum fama Servae Dei percrebrescente, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Hac de re Processus Ordinaria auctoritate annis 1931-1941 constructi sunt in Curia Divionensi, aliique rogatoriales, qui dicuntur, et suppletivi, inter annos 1933-1950, Sacraeque tunc Rituum Congregationi exhibiti. Interim plures Em.mi Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates et Moderatores religiosorum et religiosarum innumerique fideles, ex longinquis etiam Africae, Americae et Extremi Orientis regionibus, instantes preces, beatificationem eiusdem Dei ancillae postulantes, Summis Pontificibus obtulerunt. Decreto super scriptis Dei Famulae die 28 Ianuarii a. 1944 edito, Ioannes Pp. XXIII, praemissa rituali disceptatione, die 25 Octobris a. 1961 sua ipsius manu Commissionem introductionis Causae signavit. Deinde, annis 1963-1965 Processus Apostolica auctoritate in Curiis Divionensi, Parisiensi et Tolosana adornati sunt. De omnium vero harum inquisitionum iuridica validitate decreta die 5 Iulii a. 1969 et die 13 Martii a. 1970 exierunt.

Instante Rev.do P. Simeone a S. Familia, Postulatore Generali Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, instituta postea est disceptatio super virtutibus in specie Servae Dei, et quidem die 24 Novembris a. 1981 in Congressu Peculiari, qui vocatur, qui uno Officiali Praelato et sex Consultoribus constabat; deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium die 6 Aprilis a. 1982 habita, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo D. Mario Aloisio Cardinali Ciappi. Qui omnes proposito dubio, cum Serva Dei Elisabeth a SS. Trinitate théologales necnon et cardinales virtutes eisque adnexas heroicum in modum exercitavisset, unanimiter affirmantes responderunt.

De praemissis omnibus certior factus per infrascriptum Cardinalem Praefectum die 11 mensis Maii a. 1982, Summus Pontifex Ioannes Paulus II responsum Patrum Cardinalium ratum habens, mandavit ut Decretum super heroicis virtutibus Servae Dei appararetur.

Quod cum rite factum esset, Sanctitas Sua, hodierna die, ad se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis ceterisque de more convocandis, iisdemque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et For-*

titudine, earumque adnexis, in gradu heroico Servae Dei Elisabeth a SS. Trinitate, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 Iulii A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. $ S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETUM

Facultas Theologica in Universitate Catholica Sancti Spiritus in loco Kaslik, prope Berytum, in Libano, canonice erigitur.

Libanensis Maronitarum Ordo, inde ab ipsis primordiis suis, xvi saeculo exeunte, singulari cura ac studio propriis sodalibus instituendis continuo incubuit : illo enim iam vertente tempore, in eiusdem coenobiis tum philosophia humanioresque litterae tum Sacra Theologia assidue docebantur, non solummodo ut iuvenes ad sacerdotium adspirantes rite efformarentur, verum etiam ut selecti Christifideles laici ad ecclesialia munera idonee pararentur.

Quo melius suum assequeretur finem, idem Ordo a.D. MDCCCVIII omnes studentes suos in unum studiorum domicilium congregavit, in quo exinde validiores eiusdem religiosi Ordinis docentes scientiis, in primis sacris, tradendis fovendis ac promovendis diligenter se dicarunt. Iuvat equidem hic, inter alia, Monasteria a S. Cypriano in pago Kfifane et a Domina Nostra de Auxilio in pago Jbeil sita libenter memorare laudibusque efferre.

Elabentibus iam recentioribus decenniis, cum plures studiorum Universitates coeptae sunt in Libano vigere, propriae Universitatis idem Maronitarum Ordo constitutionem promovere laudabili nisu non dubitavit. Quapropter a.D. MCMXLIX, novis aedibus in loco Kaslik e solo liberaliter excitatis, omnes omniaque ad superiora studia sua attinentia eo transtulit. Non minori cura interea operam dedit ut iuniores sui

bonae spei sacerdotes ad academicos gradus assequendos scientiarum, imprimis ecclesiasticarum, in maioribus exteris studiorum Universitatibus contenderent, qui dein iure inter probatos docentes adnumerari possent necnon novum interim inchoatum Centrum, sub nomine et patrocinio Sancti Spiritus positum, opportune foverent atque regerent. Nec defuerunt saeculares sacerdotes aliarumve familiarum religiosarum sodales, imo ne laici quidem, qui generose cooperati sunt ad studiorum programmata athenaei ultro ditanda ac provehenda. Ad studentes quod spectat, augescente studiorum qualitate, ipsi quoque crebriores facti sunt, ex variis quidem regionibus allecti.

Quibus prae oculis habitis incrementis, Suprema Libanensis Auctoritas Civilis anno MCMLXII hanc studiorum Universitatem publice agnovit. Recens vero, a.D. MCMLXX, « Licentiae » Sacrae Theologiae gradus, a Superiore Instituto Theologico in Universitate vigente collatus, civili agnitione feliciter donatus est.

At, Deo favente, quod in ipso nomine Universitatis tamquam in semine tegebatur, cito in lucem erumpere fauste contigit : quaevis enim voluntas ad mutuum consensum arctioremque unitatem appetens profecto a Sancto Spiritu oriri dicenda est. Nil igitur mirum quod dignissimus Patriarcharum Episcoporumque Catholicorum Libanensium Coetus concordi caritate et prudentia pluries exoptaverit ut laudatum Institutum magis magisque ab omnibus tanquam unicum pro toto Libano Centrum altioris institutionis theologicae canonice haberetur ac sustentantur. Quod providum consilium eo urgentius factum est quod Societas Iesu ipso eodem tempore propriam Sacrae Theologiae Facultatem in Berytensi studiorum Universitate Sancti Ioseph vigentem non ultra producendam censuit suosque immo studentes aliquotque docentes in Maronitarum Centrum transferre curavit.

Quae omnia ad optatam maturationem pervenerunt, quando inter eundem venerabilem Coetum et probatum Maronitarum Ordinem die xiv m. Ianuarii a.D. MCMLXXIV idonea conventio definita est, ab omnibus quorum intererat sollemniter subscripta, postea iterum iterumque confirmata.

Octo tandem interim transactis experimenti annis, superatis adversantibus aerumnis acerborumque temporum periculis, laudatus Coetus Libanensium Antistitum, ipso praeeunte Antiocheno Maronitarum Patriarcha, ab Apostolica Sede petivit ut Institutum idem Theologicum canonice denique erigeretur.

Quorum Praesulum petitionem cum considerate perpenderit omniaque adesse perspexerit quae ad tantum negotium perficiendum requiruntur, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, auctoritate a Summo Pontifice Ioanne Paulo div. Prov. Pp. II sibi concredita, in

Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque Sanctae, in primis Libanensis, decus ac incrementum, Sacrae Theologiae Facultatem in Studiorum Universitate a Sancto Spiritu, Kaslik in loco sita, hoc Decreto erigit erectamque declarat, *ad decennium* quidem et *esperimenti gratia,* ita statuens ut eiusdem studiorum curriculum ad normam vigentis academicae Ecclesiae legis in tres continuos cyclos dispertiatur ; facta eidem Facultati potestate academicos Theologiae gradus respective Baccalaureatus, Licentiae specializatae ac Doctoratus rite conferendi, omnibus eidem agnitis tributisque iuribus honoribus et privilegiis, quae, iuxta Apostolicam Constitutionem «Sapientia Christiana» adnexasque «Ordinationes», ecclesiasticis Facultatibus in catholico orbe constitutis competunt.

Sacra eadem deinde Congregatio Praesidem « pro tempore » Coetus Patriarcharum Episcoporumque Catholicorum Libanensium eiusdem Facultatis Magnum Cancellarium nominat atque renuntiat, qui pro iuribus officiisque huiusmodi muneri iuxta academicam Ecclesiae legem inhaerentibus, Facultati invigilet, theologicas scientias instanter docendas promovendasque curet, orthodoxiam bonos mores ecclesiasticamque disciplinam in Facultate tutetur, atque missionem canonicam vel docendi veniam omnibus singulisque docentibus ad normam memoratae Constitutionis conferat et pro necessitate auferat.

Quo dein uberiores ex dilecta Facultate laeti in annos fructus fluant, Sacra Congregatio omnibus quorum interest enixe mandat ut omnes et singulae particulares Ecclesiae seu Ritus Religiosaeque Familiae in Libano adlaborantes continuam fraternamque mutuam praestent operam, omnibus seclusis indebitis praelationibus, imo « omnes unus chorus (facti), tamquam chordae in cithara collig(entur) » (Cf. Ignatius Antioch. « Ad Eph. », **IV,** 1-2. Ed. Funk), ad succrescens novae communis Facultatis bonum, itemque strenuas impendant vires ut Pontificia eadem Facultas Christifideles efformet, potissimum sacerdotes, doctrina vitaeque sanctitate vere praestantes, fidei in mundo testes atque apostolos (cf. « Graviss. Educat. » n. 10).

Ceteris servatis de iure servandis, in primis peculiaribus Statutis ab hac eadem Sacra Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die XXX m. Maii, in Sollemnitate Pentecostes, anno rep. sal. MCMLXXXII.

VILLELMUS Card. BAUM, *Praefectus*

L. © S.

£g Antonius M. Javierre Ortas, Archiep. tit. Meten., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Martedì, 14 Settembre 1982, S. E. il Signor FIDEL CHAVEZ MENA, **Ministro degli Affari Esteri di El Salvador.**

Sabato, 25 Settembre 1982, S. E. il Colonnello TEODORO OBIANG NGUEMA MBASOGO, **Presidente della Guinea Equatoriale.**

Domenica, 5 Settembre .1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio all'Eremo Camaldolese di Fonte Avellana, in Italia.

Domenica, 12 Settembre 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Padova, in Italia.

Domenica, 26 Settembre 1982, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Brescia, in Italia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

14 settembre 1982. S. E. Mons. Miroslav Stefan Marusyn, Arcivescovo titolare di Cadi, *Segretario della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

31 agosto 1982. Il Prof. Rocco Buttiglione; il Prof. René Coste; Suor Ramona Mendiola; la Sig.na Marina Bandeira, *Consultori della Pontificia Commissione « Iustitia et Pax ».*

» » » Il sac. Michel Schooyans; P. Carlos Soria, O. P.; il Dott. John Finnis, *Consultori della Pontificia Commissione «Iustitia et Paxy> in aliud quinquennium.*

15 settembre » P. Albert Patfoort, O. P.; P. François von Gunten, O. P.; P. Jean-Pierre Rézette, O. F. M., *Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».*

21 » » Mons. Mario Rizzi, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

28 » » Mons. Vicente Cárcel Orti, *Capo della Cancelleria del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

28 aprile 1982. Mons. Mario Alberti (Sabina e Poggio Mirteto).
2 agosto » Mons. László Hosszn (Oradea).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

15 ottobre 1981. Mons. Daniel Ramírez Villa (Jericó).
» » » Mons. Hernán Correa Mejía (Jericó).
24 novembre Mons. Javier Muñoz Mora (Sonsón-Rionegro)
9 gennaio 1982. Mons. Héctor Coletti (Jujuy).
1 aprile » Mons. Wladyslaw Szafranski (Wlociawek).
20 » -, » Mons. Josef Liebhaber (Passau).
4 maggio » Mons. Charles H. Henkey (Eger).
7 » Mons. Joseph Kocsis (Eger).
15 » Mons. Georges Travers (Edmundston).
24 » » Mons. James Carey (Ossory).
» » » Mons. Thomas Mäher (Ossory).
25 » » Mons. Peter Karimancherry (Allepey).
» Mons. Reynolds Purakal (Alleppey).
Mons. Andrew Thekeveed (Alleppey).
» Mons. Peter Chenaparmpil (Alleppey).
» Mons. Varghese Puthenpurakal (Alleppey).
» » » Mons. Marcel Paliath (Allepey).
29 Mons. Werner Köster (Würzburg).
11 giugno » Mons. John Newstead (Hamilton).
12 » Mons. Ernst Niermann (Aachen).
16 Mons. Paul Kirchhoff er (Strasbourg).
24 » Mons. Gianni Capra (Brescia).
» » » Mons. Vigilio Olmi (Brescia).
» » Mons. Silvio Perini (Brescia).
» » Mons. Luciano Baronio (Brescia).
19 luglio » Mons. René Séjourné (Angers).
» » » Mons. Marius Silveira Ribeiro (Leiria).
» » » Mons. Leonardo Erriquenz (Conversano).
» » » Mons. Walter San vito (Vigevano).
» » » Mons. Pier Luigi Celata (Sovana-Pitigliano).
» » » Mons. Carmelo Nicolosi (Catania).
» » » Mons. Jaroslav Skarvada (Praha).

Cappellani di Sua Santità:

8 gennaio 1982. Il sac. Simon Fossi (Gurk).
» » Il sac. Joseph Dollinger (Gurk).
» » » Il sac. Joannes Sabitzer (Gurk).
9 » » Il sac. Sixto Villoldo (Jujuy).
18 » Il sac. Antonius R. Rebanal (Legazpi).
28 » Il sac. Umberto Fiacco (Veroli-Frosinone).

13	marzo	1982.	II sac. Isidore Ohikore (Salisbury).
1	aprile		II sac. Jerzy Bagrowicz (Wloclawek).
»	»	»	II sac. Boleslaw Cieálak (Wioclawek).
20		»	II sac. Helmut Stdlthanner (Passau).
»	»	»	II sac. Konrad Seidt (Passau).
»		»	II sac. Johannes Lempertseder (Passau).
»			II sac. Joseph Breitenfellner (Passau).
5	maggio		II sac. Mauro Piscopo (Napoli).
»		»	II sac. Salvatore Alf arano (Napoli).
7	»	»	II sac. Valentino Di Cerbo (Roma).
»	»		II sac. Pier Paolo Baratti (Roma).
»	»		II sac. Natalino Zagotto (Roma).
22	»		II sac. Angelo Ponti (Tortona).
»	»		II sac. William A. Mullins (Adelaide).
24	»	»	II sac. Rudolf Kurnoth (Münster).
25	»	»	II sac. Boniface Kalathil (Alleppey).
29	»	»	II sac. Josef Schupp (Rottenburg-Stuttgart).
16	giugno		II sac. Antonius Pozär (Köper).
»		»	II sac. Antonio De Feiice (Nola).
»	»	»	II sac. Antonio Andolfi (Nola).
7	luglio		II sac. Gerge Kocherry (Changanacherry).
13			II sac. Ksawery Sokolowski (Ozestochowa).
19	»		II sac. Joseph Antonius Almandoz Garmendia (San Sebastia n).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

II Cavalierato dell'Ordine Piano

25 maggio 1982. Al sig. Raphael Thomas Kurishinkal (Alleppey).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

27 aprile 1982. Al sig. Juan José Caldera Pietri (San Felipe).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

15	ottobre	1981.	Al sig. Osvaldo Bri vio (Milano).
29	marzo	1982.	Al sig. Joachim von Jena *(Germania).*
20	aprile	»	Al sig. German Spaett (Passau).
22	»	»	Al sig. Efrain Saavedra Barrera ***(Perii).***
28	»	»	Al sig. Leo Charles McCarthy (Palmerston North).
3	maggio	»	Al sig. Louis Rombouts (Anvers).
»	»	»	Al sig. Fernand Painblam (Anvers).

3 maggio 1982. Al sig. Modeste Van Den Bogaert (Anvers).
4 » » Al sig. Marcel Jean Messager (Paris).
5 » Al sig. Henri J. Sarramon (Toulouse).
19 » Al sig. Marcel Degroof (Mechelen-Brussel).
» » » Al sig. Adrien Maertens De Noordhout (Liège).
1 giugno » Al sig. Mario Bitossi (Fiesole).
7 » Al sig. Giuseppe Vozzo (Castellammare di Stabia).

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

7 gennaio 1981. Al sig. Daniel Hampson (Dublin).
1 aprile 1982. Al sig. Jacques Antoine H. Delsing (Haarlem).
20 » Al sig. Leopold Fischer (Passau).
» » » Al sig. Erwin Janik (Passau).
» » Al sig. Franz Mader (Passau).
» » Al sig. Bernahard Wildenauer (Passau).
» » Al sig. Rudolf Paleczek (Passau).
27 » » Al sig. Felipe Antonius Valecilos Román (San Felipe)
8 maggio » Al sig. Jean Henckes (Anvers).
» » Al sig. Jacques van den Bogaert (Anvers).
» » » Al sig. Jean Stuye de Swielande (Anvers).
22 » Al sig. Claude Gontan (Blois).
1 giugno Al sig. Renato Ermini (Fiesole).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24 febbraio 1982. Al sig. Yosoji Kobayaski (Tokyo)'.
25 maggio » Al sig. Varghese Eresseril (Alleppey).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24 febbraio 1982. Al sig. Hirowo Mizushima (Tokyo).
» » Al sig. Hideharu Tamaru (Tokyo).
» » Al sig. Michitaka Kondo (Tokyo).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

7 giugno 1982. Al sig. Luigi Alfredo Bilotta (Porto e S. Rufina).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

1 aprile 1982. Al sig. Silvano Fazi (Nocera e Gualdo).
20 » » Al sig. Franz Josef Ferstl (Passau).
» » » Al sig. Joannes Heger (Passau).
22 » » Al sig. Pierre Symons (Mechelen-Brussel).
5 maggio » Al sig. Mario Russo Cirillo (Napoli).
15 » » Al sig. Mario Martegiani (Pescara-Penne).

19	maggio	1982.	Al sig. Takuro Kihara (Takamatsu).
27	»	»	Al sig. Ormisele Artoni (Parma).
1	giugno	»	Al sig. Angelo Zappa (Roma).
16	»	»	Al sig. Filippo Renato De Luca (Nola).
17	»	»	Al sig. Mario Langella (Biella).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

10	novembre	1981.	Al sig. Franz Larcher (Innsbruck).
7	gennaio	1982.	Al sig. Berthold Naarmann (Paderborn).
9	marzo		Al sig. Michael Bönisch (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Richard Lorenzi (Innsbruck).
13			Al sig. Joannes C. Verkade (Haarlem).
25	»	»	Al sig. Adolf Wilhem Gijsbert (Rotterdam).
29	»	»	Al sig. Luis B. Lanata (Avellaneda).
14	aprile	»	Al sig. John Mege (Bougainville).
20	»	»	Al sig. Tilo Kotschenreuter (Passau).
»			Al sig. Franz Ranftl (Passau).
			Al sig. Alfred Zangenfeind (Passau).
	»		Al sig. Alois Kapsner (Passau).
»	»	»	Al sig. Hans Hosl (Passau).
27	»	»	Al sig. Ramón Rivas Padilla (San Felipe).
1	maggio	»	Al sig. Joseph Götz (Rottenburg-Stuttgart).
»	»	»	Al sig. Theodorus Joseph Petrus Wouters (Bois-le-Duc).
19			Al sig. Firnin Ahoune (Abidjan).
»	»	»	Al sig. Ambroise Adiabouah (Abidjan).
25	»	»	Al sig. Sebastian Kunjukunju Pollayl (Alleppey).
1	giugno	»	Al sig. Antonio Mondino (Roma).
»			Al sig. Marco Palmizio Rosadini (Fiesole).
16	»	»	Al sig. Pietro Durello (Nola).
13	luglio		Al sig. Bernard Celi Ingram Clarke (Volksrust).

NECROLOGIO

3	settembre	1982.	Mons. Salvatore Baldassarre Arcivescovo già di Ravenna e Cervia *(Italia).*
4	»	»	Mons. Joseph V. Sullivan, Vescovo di Baton Rouge *(Stati Uniti d'America).*
6	»	»	Mons. Mikolaj Sasinowski, Vescovo di Lomza *(Polonia).*
18	»	»	Card. Carlos Carmelo de Vasconcellos Motta, del Titolo di San Pancrazio, Arcivescovo di Aparecida *(Brasile).*
19		»	Mons. Zenone A. Testa, O. F. M. Cap., Vescovo tit. di Tinista.
23	»	»	Mons. János Bárd, Vescovo tit. di Ulpiana.
24	»		Mons. Cornelius Lucey, Vescovo già di Cork *(Irlanda).*
26	»	»	Mons. Roger Heckel, S.I., Coadiutore con successione del Vescovo di Strasbourg *(Francia).*

An. et vol. LXXIV 5 Novembris 1982 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CRUCIENSIS

Detractis nonnullis territoriis ab archidioecesi S. Fidei in America Septemtrionali et a dioecesi Elpasensi, mutatisque finibus, nova constituitur dioecesis Cruciensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Postulat munus quo fungimur ut, veluti bonus pater familias prosperitati filiorum inserviens, quae ad maiorem catholicorum utilitatem aptiora videantur, ad effectum adducamus. Qua re, cum Yenerabiles Fratres Eobertus Sánchez, Archiepiscopus S. Fidei in America Septemtrionali et Raimundus Peña, Episcopus Elpasensis, Conferentia Episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis assentiente, ab Apostolica Sede petivissent ut a suis circumscriptionibus certis distractis partibus finibusque mutatis nova constitueretur dioecesis, Nos re bene considerata, auditis Venerabili Fratre Pio Laghi, in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis Delegato Apostolico, atque Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis, aeque fieri censuimus, si admotae postulationi concederemus, confisi hoc in animarum bonum esse cessurum. Hinc suprema Nostra Apostolica auctoritate consensum supplentes eorum, quo-

rum interest, vel sua interesse putantium, quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi S. Fidei in America Septentrionali territorium separamus « Comitatuum » vulgo Chavez, Lincoln et Sierra appellatorum, et a dioecesi Elpasensi territorium « Comitatuum » vulgo dictorum Doña Ana, Eddy, Grant, Hildago, Lea, Luna et Otero, atque his distractis territoriis novam condimus dioecesim Cruciensem appellandam, quae iisdem limitabitur finibus, quibus decem nuper memorati « Comitatus », et sedem habebit in urbe Las Cruces vocata, quam proinde ad dignitatem urbis episcopalis tollimus. Ibidem, nempe in eadem urbe Las Cruces Episcopi cathedram ponimus, et quidem in ecclesia Deo in honorem Immaculati Cordis Mariae dicata, eidem insignia et privilegia tribuentes, quibus ceterae cathedrales Ecclesiae fruuntur. Dioecesim Cruciensem suffraganeam facimus archidioecesis S. Fidei eiusque pro tempore Episcopum metropolitano iuri Archiepiscopi S. Fidei subicimus. Novae dioecesis mensam episcopalem efficient Curiae emolumenta, fidelium oblationes et portio ei obveniens ex divisione, ad normam can. 1500 CIC facienda, bonorum quae hucusque ad mensas episcopales archidioecesis S. Fidei et dioecesis Elpasensis pertinuerunt. Episcopum autem Cruciensem iuribus, privilegiis et honoribus insignimus, ac.oneribus et obligationibus adstringimus, quibus ceteri dioecesani Episcopi et decorantur et adstringuntur. Indulgemus insuper ut, dum Capitulum cathedrale constituatur, consultores dioecesani pro iure eliganur. Quod attinet ad sacrorum candidatorum formationem, serventur iuris communis praescripta, ratione habita normarum Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », et regularum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutarum. Ubi novae dioecesis Cruciensis constitutio peracta erit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium, vel ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri vero sacerdotes, clerici et seminarii tirones ei Ecclesiae incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio legitimum habent domicilium. Constituta dioecesi, omnia documenta et acta ad eandem pertinentia et ad eius clerum, fideles et bona temporalia, a Curiis episcopalibus archidioecesis S. Fidei et dioecesis Elpasensis ad Curiam episcopalem Cruciensem primo quoque tempore mittantur, ut in condendo tabulario diligenter serventur. Ad haec omnia perficienda deputamus Venerabilem Fratrem Pium Laghi, factis ei necessariis et opportunis facultatibus etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero acta, documenta sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis

mittantur, rite signata atque sigillo impressa. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £B **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 94765.

II

CANADA

In Canada constituitur Eparchia pro Maronitis ibi commorantibus.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Fidelium illorum ritus Antiocheni Maronitarum, qui ex omni Medio Oriente, praesertim e Libano, in Canadensem regionem immigravissent, haec beata Petri Sedes, sic ut Pariarchatus Antiochenus Maronitarum, semper quidem causam gesserunt; idque summa diligentia ac sollicitudine, cum sint illi gregis Christi pars egregia. Nunc autem, quandoquidem sive Conferentia Episcopalis Canadensis, sive idem Venerabilis Frater Patriarcha Maronitarum, sive Apostolicus Pro-Nuntius bene fieri iudicaverunt, si ibi loci Eparchia propria in commodum eorundem fidelium conderetur; Nos tum iis consideratis, quae Decretum Concilii Vaticani II « De Ecclesiis Orientalibus catholicis », n. **4,** praecipit, tum iis, quae Sacra Congregatio de re proposuit, apostolica Nostra potestate haec statuimus. Eparchiam pro fidelibus ritus Antiocheni Maronitarum in Canada commorantibus constituimus, cuius erit titulus seu appellatio : *Eparchia S. Maronis Marianopolitana Maronitarum,* eritque huic Apostolicae Sedi immediate subiecta. Eius sedes in urbe Marianopoli collocabitur; mensam efficient tum pecunia a fidelibus sponte oblata, tum tributa paroeciarum, tum reditus bonorum ad Eparchiam perti-

nentium. Ceterum, Consultores eparchiales ad normam iuris deligantur, qui Praesuli adsint ope consilio. Huius autem iura, sic ut Eparchiae, describuntur in Litteris Apostolicis « Cleri sanctitati », a can. 392 ad can. 466. Haec autem voluntatis Nostrae documenta Venerabilis Frater Angelus Palmas exsequi curabit sive ipse sive per alium, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Negotio vero confecto, acta scribantur, et sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo et vicesimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. RUBIN
S. Congr. pro Eccl. Orient. Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 94863.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Mariae Repetto, sodali Congregationis Sororum Dominae Nostrae a Refugio in Monte Calvario, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt » *(Rm* 8, 14). Ita Apostolus vitam christianam definiens, opus nostrae sanctificationis Spiritui Dei tribuit, qui nos in agendo docet et movet. Hic enim coercens quae carnis sunt, ad libertatem, ad amorem, ad gaudium nos aptat actusque nostros ex humanis facit divinos; hic spiritui nostro testatur Deum esse Patrem et nos eius filios. Hinc ad omnes homines, quos Deus creavit et in se fratres reddidit, cor nostrum dilatatur et amor Dei fit, magna cum christiana laetitia, amor erga proximos. Haec nobis significant ii quinque, quos hoc anno, ante diem quartum nonas Octobres, Beatos renuntiavimus ; haec potissimum Beata Maria Repetto, quae effecit ut tota vita sua esset quodammodo Domino cantus amoris et fratribus benedictio. Beata Ma-

ria Repetto orta in pago Voltaggio (intra fines Alexandrinos) die proximo ante festum omnium Sanctorum e Ioanne Baptista tabellione et Teresia Gazzale, est eodem die baptizata. Octo annos nata sacramentum confirmationis recepit, decem vero primam Eucharistiae Communionem : mox viam sanctitatis ingressa est, quam totam sine intermissione, semper ad caelum contendens, erat confectura. Puella et adulescens matrem adiuvit in rebus familiaribus et diu noctuque egenorum habuit curam. Vicesimum tertium annum agens iniit Ianuae Congregationem Sororum Dominae Nostrae a Refugio in Monte Calvario, in quam, duobus annis probata, est admissa anno MDCCCXXXI die XV mensis Augusti. Primis Religionis annis in officina acu pinxit et sarsit ; sed, cum in civitatem annis MDCCCXXXV et MDCCCLIV morbus ingruit, tum impavida aegrotis adsedit. Eius fama crevit in dies et, ostiariae munere fungens, suae pietatis thesauros perrexit iis omnibus distr buere, qui veniebant auxilium et consilium petituri. Maria autem Repetto a iuventute didicit et vita docuit hanc apertam veritatem deque ea nos monuit : Iesum esse in pauperibus videndum, amandum, adiuvandum omni tempore vitae nostrae. Ea namque dedit omnia quae habebat : seposita peculia, res suas, tempus, suavitatem. Propositum sui Instituti, nempe «pauperibus Iesu ministrandi », per quadraginta vitae religiosae annos tanto studio implevit, ut posset cum Apostolo dicere : « Quis infirmatur et ego non infirmor? » *(2 Cor* 11, 29). Semper enim serena erat et laeta, gaudens quod cor exhibebat apertius quam domus ianuam, quod dabat, semper dabat, omnia dabat. Quod donationis, Deo factae, gaudium in eius morte culmen attigit : os namque dulci risu suffusa, Beata Maria Repetto extrema verba dixit, quasi iucundum ad Matrem Dei cantum : « Regina caeli, laetare, alleluia ». Diem obiit supremum nonis Ianuariis anno MDCCCLXXXX. Percrebrescente vero post eius mortem fama sanctitatis et miraculorum qua vivens floruerat, Curia archiepiscopalis Ianuensis, die IX mensis Decembris, anno MCMXXVII, processum informativum instituit super fama sanctitatis, virtutibus et miraculis in genere Famulae Dei ; qui die XXIII mensis Novembris, anno MCMXXXIII, adhibitis duodequinquaginta testibus magnam partem oculatis, peractus est. Processus dein Romam translatus a Praelatis et Consultoribus Sacrae id temporis Congregationis Rituum est tractatus. Edito decreto Introductionis Causae postridie idus Martias anno MCMXXXIX, Ianuae constituti sunt processus apostolici super virtutibus et miraculis in specie eiusdem Servae Dei sub Sanctae Sedis auctoritate, a die XXV mensis Octobris, anno MCMXXXIX, ad diem XXV mensis Maii anno MCMLIIII. His quoque pro-

cessibus Romam translatis, diu et considerate disceptatum est de virtutibus a Famula Dei exercitis, usque ad diem iv mensis Iulii anno MCMLXVIII, cum Paulus VI decessor Noster f. m., heroicis probatis virtutibus, Mariam Repetto Venerabilem declaravit. Tum Actores, ex miris sanationibus intercessioni Beatae Mariae Repetto tributis, duas elegerunt Sedi Apostolicae proponendas ad beatificationem obtinendam : alteram Nicolai Ratto, subitaneam, perfectam et diuturnam, a morbo ileodynamico postsectili, quae Ianuae contigit die xxv mensis Augusti anno MCMXXXXVI ; alteram Mariae Poggi a peri toni tide acuta, diffusa, purulenta, et ipsam subitaneam, perfectam et diuturnam : quae sanatio anno MCMLI, die XXXI mensis Ianuarii facta est. Hi duo casus inspecti sunt primum die xxv mensis Septembris anno MCMLXVIII a Consilio Medicorum Sacrae tum Rituum Congregationis; deinde, aliis rebus cognitis ad iudicandum necessariis et indulto a Paulo VI concesso die xvin mensis Maii anno MCMLXXIIII, in Congressibus Peculiaribus die VIII mensis Ianuarii anno MCMLXXX et die xxiv mensis Iunii insequentis habitis; demum in Congregatione Plenaria die xvi mensis Decembris anno MCMLXXX, Cardinali Mario Aloisio Ciappi Causam ponente. Ex his suffragiis in Audientia a Nobis concessa die xxx mensis Martii hoc anno Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Petro Palazzini et Mario Aloisio Ciappi, pronuntiavimus sanationem Nicolai Ratto esse vere miram et intercessioni Mariae Repetto tribuendam ; simulque agnoscentes sanationem Mariae Poggi signum esse solidae constantisque famae miraculorum eiusdem Servae Dei, a lege canonis 2117 CIC exemimus, ut Beatificatio fieret. Quibus omnibus peractis, dies statutus est ad sollemnem Beatificationem tum eius, tum etiam Alani de Solminihac, Aloisii Scrosoppi, Richardi Pampuri, Claudinae Thévenet celebrandam. Hoc igitur mane, in area ante Basilicam Sancti Petri patente, hanc formulam, inter Sacra, sumus elocuti : « Nos vota Fratrum Nostrorum Iosephi Rabine, Episcopi Cadurcensis, Alaphridi Battisti, Archiepiscopi Utinensis, Antonii Angioni, Episcopi Papiensis, Alexandri Renard, Archiepiscopi Lugdunensis, Iosephi Siri, Archiepiscopi Ianuensis, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut venerabiles Servi Dei Alanus de Solminihac, Aloisius Scrosoppi, Richardus Pampuri, Claudina Thévenet, *Maria Repetto,* Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Alani de Solminihac, die XXXI Decembris ; Beati Aloisii Scrosoppi, die III Apri-

lis; Beati Richardi Pampuri, die i Maii; Beatae Olaudinae Thé-veiiet, die **III** Februarii; Beatae Mariae Repetto, die v Ianuarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Habita deinde oratione de uniuscuiusque Beati vita et virtutibus eos et venerati sumus et summa religione primi invocavimus. Quae vero per has Litteras statuimus, ea firma sint in perpetuum, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris, anno MCMLXXXI, Pontificatus Nostri tertio.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £g Sigilli
In Secret. Status tab., n. 159H.

n

Templum Deo consecratum in honorem B. M. V. sub titulo Dominae Nostrae a Nivibus intra dioecesis Tuticorensis fines ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pervenusta illa Dei beatissimae Genetricis Mariae effigies, cui primis a vitae ibi christianae temporibus inditum nomen est Dominae Nostrae a Nivibus, iam plus quattuor saecula quasi vigili quadam custodia materna tutatur prosperatque regionis totius Tuticorensis christifideles in India ab eisque vicissim singulariter frequentatur crebris undique peregrinationibus sacris, honoratur pietatis solidae documentis, celebratur suam ob coniunctionem cum Liberiana ipsa Basilica in Urbe. Cum igitur novum idque praeclarum superiore anno consecravisset templum eodem insigni titulo honestatum Venerabilis Frater Teresanathan Amalanather, Episcopus nempe Tuticorensis, nihil denique melius in se nec catholicorum illic communitati universae utilius superesse existimavit quam ut aedem istam idonea concessa facultate curaret Basilicam appellandam Minorem. Precibus ideo huius Praesulis ad Nos per Sacram Congregationem pro Sacramentis et Cultu Divino delatis perlibenter obsequimur secundum eiusdem Sacrae Congregationis mentem atque harum Litterarum vi statuimus ut sacellum quod memoravimus Deo consecratum in honorem Beatae Virginis Mariae sub titulo Dominae Nostrae a Nivibus intra dioe-

cesis Tuticorensis fines ad dignitatem Basilicae Minoris rite evehatur, singulis simul adiectis ei iuribus et privilegiis quae aedibus hoc nomine insignitis iure congruunt. Confidimus enim decus illud perpetuam quandam fore recordationem omnibus missionalium originum eius communitatis ecclesialis necnon singularis historiae tum etiam incitamentum ad marialem cultum latius inde studiosiusque disseminandum. Ea tamen omnia diligenter servari volumus quae ex Decreto « De titulo Basilicae Minoris» die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII foras dato oportet serventur. Contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX mensis Iulii, anno MCMLXXX, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 Sigilli

In Secret. Status tal., n. 93911.

III

Beata Maria Virgo « Nuestra Señora de Loreto » nuncupata principalis apud Deum Patrona Vicariatus Apostolici Senensis in Bolivia confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles Boliviani Vicariatus Apostolici Benensis in Sanctuario loci « Loreto » egregia pietate colunt Deiparam Virginem Mariam titulo « Nuestra Señora de Loreto » invocatam, cuius in honorem novum templum ibidem sollemniter dicabunt hoc Mariali anno istius Nationis, quo tertium ipsi celebrant saeculum a catholicae suae communitatis ortu. Insuper ad eiusdem sanctissimae Dei Matris cultum augendum, Venerabilis Frater Carolus Anasagasti, Episcopus titulo Caltadriensis et Vicarius Apostolicus Benensis, cleri et populi vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis titulo <(Nuestra Señora de Loreto » nuncupatae in Patronam principalem apud Deum eiusdem Vicariatus Apostolici rite probavit atque una cum Auxiliari Episcopo suo, datis litteris die i mensis Iunii hoc anno, rogavit ut electio et approbatio huiusmodi ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, confirmaretur. Nos igitur enixis precibus cupientes

annuere, comprobatis iis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, de plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Virginem Mariam titulo, quem diximus, invocatam principalem apud Deum Patronam Vicariatus Apostolici Benensis confirmamus, omnibus adiectis iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus nunc et in posterum habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX mensis"'Iulii, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab., n. 98912.

IV

Beata Maria Virgo Regina, Patrona principalis, Sanctus Franciscus Assisiensis, Patronus secundarius dioecesis Metuchensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat Christifideles dioecesis Metuchensis peculiari cultu venerari Beatam Mariam Virginem Reginam atque Sanctum Franciscum Assisiensem. Qua re ductus Venerabilis Frater Theodorus E. McCarrick, Episcopus Metuchensis, istius communitatis vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis Reginae in Patronam principalem, Sancti Francisci Assisiensis vero in Patronum secundarium apud Deum suae dioecesis rite probavit simulque petivit ut hanc electionem et approbationem ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, confirmaremus. Nos igitur enixas preces cupientes exaudiré, atque rata habentes quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, de plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem Reginam Patronam principalem atque Sanctum Franciscum Assisiensem Patronum secundarium apud Deum

dioecesis Metuehensis confirmamus, omnibus adiectis iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus, servatis ceterum rite servandis. Ceterum praecipimus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus nunc et in posterum habeant, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ii mensis Augusti, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tao., n. 93995.

V

Sancta Teresia a Iesu Jornet Ifoars, virgo, Patrona apud Deum senum Portus Divitis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Pusillus tamen grex cito experiri coepit non sufficere unam domum filialem, in qua Sorores, iuxta exemplar monasterii Ferentini, puellis Aegyptiacis educandis incumberent, sed, parentibus populique rectoribus, etsi sectae mahumeticae addictis, instanter petentibus, plures aperiendas esse scholas; ac insuper opus etiam pro puellis nigris redimendis, quod Sororibus concredebatur, assumere oportere, necnon opus quoque pro neonatis secus viam expositis et derelictis colligendis. Semen enim in loco *Glot-Bey* collocatum in frondosam celeriter crescebat arborem, copiosis fructibus abundantem. Cumque pro tanta messe operariae omnino insufficientes invenirentur, monasterium vero Ferentinum alias Sorores in Aegyptum transmittere renueret, immo separationem a missione Aegyptiaca anno 1865 impetrasset, S. Congregatio de Propaganda Fide, ut optimas quas probaverat missionarias operi incepto deditas conservaret, in novum eas congregari voluit Institutum, quod posset absque impedimento aspirantes recipere et ad professionem religiosam admittere. Decrevit ergo S. Congregatio de Propaganda Fide anno 1868 : ((Minister Generalis totius Ordinis S. Francisci, collatis consiliis cum Vicario Apostolico Aegypti, ad canonicam praedictae familiae institutionem procedat ». Qua facultate munitus, Minister Generalis, ((audito et plene consentiente Rev.mo D. Vicario Apostolico Aegypti, easdem sanctimoniales in familiam Tertii Ordinis Regularis S. P. N. Francisci » canonice erigebat. Et sic ortum est Cahiri in Aegypto, ope Servae Dei Mariae Catharinae a Sancta Rosa Viter * biensi, primum Institutum Sororum Italicarum operi missionario incumbentium.

Vita quidem contemplativa, « quantumvis apostolatus urgeat necessitas praeclaram semper retinet partem in Ecclesia » *(Perfectae Caritatis,* n. 7) ; quod tamen non obstat quominus Spiritus, secundum arcanas vias, ex claustrali etiam ambitu seligat aliquando strenuas operarias in messem suam mittendas, quibus praevium vitae contemplativae fundamentum optimum pro apostolatu actuoso praebeat adiutorium.

Sic igitur Serva Dei, quae tantam semper, et praecipuam saepe,

habuit partem in missione promovenda, quaeque vera exstitit Instituti fundatrix, necnon prima Antistita Generalis a Sancta Sede, decreto diei 5 Iulii a. 1868, designata, novis illud passim fundationibus dilatare pergebat, annoque 1885 regulari domo Hierosolymis constituta, caritatis suae beneficia etiam in Asia diffundere incepit. Nec actuositatem missionariam ulterius evolvere intermisit, donec die 6 Maii anno 1887, Cahiri, gravi morbo correpta, vitae mortalis cursum piissimo absolvit decessu.

Ex ipso autem obitus die fama sanctitatis eius palam apparuit non tantum apud Sorores, sed et apud alias cuiuslibet condicionis personas, quae eiusdem funeribus turmatim concurrebant eamque ((matrem pauperum » et « sanctam » pleno proclamabant ore. Causa tamen pro beatificatione, propter adversa rerum adiuncta, non illico est inchoata. Itaque processus informativi annis 1937-1939 primo habiti sunt Alexandriae in Aegypto, Hierosolymis et Ferentini ; atque post decretum Introductionis Causae, die 23 Iunii a. 1944 signatum, annis 1947-1950 Processus Apostolici instruebantur in Aegypto, in Palaestina, ac Ferentini et Eomae. Ita habentur globatim declarationes 88 testium, ex quibus maior quidem pars *de auditu a videntibus,* aliqui etiam *de visu.*

Ex declarationibus igitur testium atque ex diligenti documentorum historicorum inspectione patet Servam Dei Mariam Catharinam a Sancta Rosa Viterbiensi virtutibus ac charismatibus praeditam fuisse, quae communem vitae religiosae observantiam valde superant. Fides nempe totam semper illuminavit suam conversationem. Fide viva venerabatur praesertim eucharisticum mysterium, licentiamque obtinuit pro communione quotidiana, tempore quo Religiosae ter tantum in hebdomada communicare consueverant. Virtus Spei et fiducia in Deo patenter effulserunt in difficillimis rerum temporumque adiunctis. Praeter alia, quando Sorores versus Aegyptum navigantes, certiores factae de obitu Vicarii Apostolici Perpetui Guasco, qui eas vocaverat, Ferentinum reverti intendebant, Maria Catharina, totam fiduciam in Deo ponens, efficaciter eas adhortata est ne propositum derelinquerent. Nulla insuper illam deterruit inopia a novis pro salute animarum instaurandis operibus. De Caritate eius erga Deum et proximum testimonia abundant. Laudantur fervor eius in assidua oratione, diu noctuque protracta, habitualis unio cum Deo, ardens Nominis Dei sanctificandi eiusque regni dilatandi studium, indefessus in necessitatibus proximorum sublevandis labor. Laudantur similiter eius prudentia,

fortitudo, temperantia, humilitas, spiritus paenitentiae et mortificationis, affabilitas et mansuetudo. « Numquam vidi illam inquietam vel agitatam — declarat una ex Sororibus —, sed semper serenam, immo gratiose subridentem etiam in corrigendis defectibus ». Fortitudo eius praesertim enituit occasione belli Angli-Aegyptiaci et pestis quae illas regiones infeliciter depopulavit. Prudentia singulariter illuxit in negotiis tractandis cum Vicariis Apostolicis et cum rectoribus societatis civilis. Zelus denique missionarius non sinebat illam requiescere. Ita usque ad annum 1876, 9 domus religiosae in Aegypto ac vel etiam i Italia ab ipsa constitutae recensentur; 50 aspirantes novitiatum Cahirensem ingressae et rite professae; puellae nigrae redemptae numero 450; neonati a parentibus clam derelicti atque a Sororibus excepti ultra 100; alumnae scholas Instituti frequentantes 1.350, ex quibus 460 orphanae, quae non tantum educationem sed et habitationem in collegiis Sororum in veniebant.

Serva igitur Dei Maria Catharina a Sancta Rosa Viterbiensi, per sexaginta fere annos votis religiosis Deo consecrata, fideli semper resplenduit disciplinae regularis observantia, a primis vitae religiosae annis, dum adhuc Ferentini commoraretur, ac profunda humilitate et altissima paupertate atque genuino pietatis sensu, ac deinde, in Africani se conferens, atque ex toto corde operi missionario intendens, per triginta fere annos signa multiplicavit ardentissimae caritatis « erga infantes pauperes, derelictos, orphanos — ut verbis utamur unius ex suffragatoribus —, praecipue vero erga puellas nigritas, quas vere multas et remedit et educavit et in sinum Ecclesiae perduxit, invicta fortitudine, humanis auxiliis destituta, fere insuperabiles difficultates vincens et Institutum religiosum, quod opus suum in mundo prosequeretur, condens ».

Servatis itaque omnibus de iure servandis, quaestio primum agitata est apud Sacram tunc Rituum Congregationem super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servae Dei, in Coetu antepraeparatorio, die 28 Novembris anno 1967 habito, in quo novem ex quindecim suffragatoribus votum affirmativum dederunt, sex vero votum suspensivum. Quapropter, re ad Sectionem Historicam eiusdem Sacrae Congregationis delata, concinnatae sunt *Dilucidationes historicae quarundam animadversionum* (Romae, anno 1975), quibus *Responsio* satisfaciens est data *Novis animadversionibus* Promotoris Generalis Fidei.

Hisce peractis, alii disceptationis coetus secuti sunt apud Sacram

interim institutam Congregationem pro Causis Sanctorum, et quidem, die 5 Ianuarii a. 1982, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum ; deinde, die 6 Aprilis anni huius 1982, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, in quo, Rev.mus Cardinalis Petrus Palazzini, loco et vice Rev.mi Cardinalis Ladislai Rubin, Ponentis seu Relatoris huius Causae, dubium posuit disceptandum num Serva Dei virtutes théologales et cardinales eisque adnexas heroum in modum coluisset. Et Rev.mi Patres Cardinales, qui aderant, proposito dubio affirmativum protulerunt suffragium.

Facta deinde de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem die 19 Iunii eodem anno 1982 relatione, Sanctitas Sua, ut Decretum super heroicis virtutibus Servae Dei rite appararetur mandavit.

Hoc tandem die, ad se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Ladislao Rubin, Causae ponente seu relatore, meque Secretario Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Catharinae Troiani a Sancta Rosa Viterbiensi, fundatricis Instituti Sororum Franciscanum a Corde Immaculato B. M. V., in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 Iulii A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

& Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in visita di Stato:

Giovedì, 28 Ottobre 1982, S. E. il Signor KARL CARSTENS, Presidente della Repubblica Federale di Germania.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 4 Ottobre 1982, S. E. il Signor SULHI DISLIOGLU, Ambasciatore di Turchia presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Martedì, 5 Ottobre 1982, S. E. il Dott. A. MILTON OBOTE, Presidente della Repubblica di Uganda.

Lunedì, 11 Ottobre 1982, il Signor CHADLI KLIBI, Segretario Generale della Lega degli Stati Arabi.

Martedì, 19 Ottobre 1982, S. E. il Comandante JoÂo BERNARDO VIEIRA, Presidente del Consiglio della Rivoluzione della Repubblica della Guinea-Bissau.

Giovedì, 21 Ottobre 1982, S. E. il Signor AMIN GEMAYEL, Presidente della Repubblica del Libano.

Martedì, 26 Ottobre 1982, S. E. il Signor RAMIRO SARAIVA GUERREIRO, Ministro degli Affari Esteri del Brasile.

Sabato, 30 Ottobre 1982, S. E. il Signor GASTON DEFFERRE, Ministro degli Interni e della Decentralizzazione di Francia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

2 ottobre 1982. S. E. Mons. Luigi Bellotti, Arcivescovo titolare di Voncariana, *Pro-Nunzio Apostolico in Danimarca, Norvegia e Svezia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

13 ottobre 1982. P. Andrea M. Erba, B. ; P. Vincenzo Monachino, S. I. ; il Prof. Eugenio Massa, *Consultori della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

28 » » Il sac. Roberto Trisco; P. Edoardo Cárdenas, S. I.; P. Gaetano Bruno, S. D. B.; P. Jean Maurice Fiey, O. P. ; P. François Bontinck, C.I.C.M. ; P. Alfonso Alcalá, C. S. Sp. ; il Prof. Richard Gray, *Membri del Pontificio Comitato di Scienze Storiche.*

Protonotario Apostolico soprannumerario:

27 maggio 1982. Mons. Francesco Napolitano (Lecce).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

21	dicembre	1981.	Mons. Albert Kröger (Münster).
18	gennaio	1982.	Mons. Paul Georg Berndorff (Köln).
17	febbraio	»	Mons. Bernhard Henrichs (Köln).
19	aprile	»	Mons. Marinus D. Gatan (Ilagan).
7	maggio	»	Mons. Kurt Hiss (Köln).
21	»	»	Mons. Angel María Nieves (Caracas).
27	»	»	Mons. Ivan Knez (Zagreb).
11	giugno	»	Mons. Marone Sader (Tyr dei Maroniti).
16	»	»	Mons. Raimundus Revak (Philadelphia degli Ucraini).

Cappellani di Sua Santità:

10	marzo	1981.	II sac. Gastone De Maria (Bologna).
»	»	»	II sac. Antonio Mascagni (Bologna).
»		»	II sac. Enrico Sazzini (Bologna).
»	»	»	II sac. Claudio Righi (Mantova).
17	febbraio	1982.	II sac. Karl Franssen (Köln).
»	»	»	II sac. Werner Skorjanz (Köln).
20	aprile	»	II sac. Helmut Stadlthanner (Passau).
»	»	»	II sac. Konrad Seidl (Passau).
»	»	»	II sac. Ioannes Lempertseder (Passau).
»	»	»	II sac. Joseph Breitenfellner Passau).
7	maggio	»	II sac. Herbert Böttcher (Köln).
»	»	»	II sac. Theodor Dickopp (Köln).
		»	II sac. Friedrich Eink (Köln).
		»	II sac. Ludwig Fusshöller (Köln).
	»	»	II sac. Werner Kolvenbach (Köln).
	»		II sac. Andreas Pfeiffer (Köln).

7	maggio	1982.	II sac. Wilhelm Schneider (Köln).
»	»		II sac. Gabriel Zander (Köln).
24	»	»	II sac. Rafael Conde (Caracas).
»	»	»	II sac. Aemilius Biasio v B. (Caracas).
	»	»	II sac. Guillermo Enrique González (Caracas).
29	»	»	II sac. Vilim Nuk (Zagreb).
»	»	»	II sac. Josip Klarié (Zagreb).
	»	»	II sac. Lovro Cindori (Zagreb).
»	»	»	II sac. Ladislav Loina (Zagreb).
31	»	»	II sac. Arnold Zimmermann (Köln).
16	giugno	»	II sac. Andrew TJlicky (Philadelphia degli Ucraini).
»	»	»	II sac. Myron Plekon (Philadelphia degli Ucraini).
»	»	»	II sac. Ronald Popivchak (Philadelphia degli Ucraini).
18			II sac. Salvatore Nicolosi (Catania).
21	»	»	II sac. Aloisius Kurko (Bobbio).
2	luglio	»	II sac. Giuseppe De Toffol (Belluno-Feltre).
14	»	»	II sac. Osvaldo Sanarono (Ordinariato militare dell'Italia).
27	agosto		II sac. Orlando Antonini (L'Aquila).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

20 aprile 1982. Al sig. Robertus Concepción (Manila).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

7 maggio 1982. Al sig. Hubertus Prinz zu Löwenstein-Wertheim (Köln).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno classe civile:

22 giugno 1982. Al sig. Giuseppe De Peppo (Lucera).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28	aprile	1982.	Al sig. Martial Tricaud (Lavai).
31	maggio	»	Al sig. Elias Chanine (Damas dei Siri).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18	gennaio	1982.	Al sig. Hugo Stehkamper (Köln).
30	»	»	Al sig. Herman Graf von Nesselrode (Köln).

14 aprile 1982. Al sig. Esmeraldo Gutiérrez (Manila).
» Al sig. Ceferino Sugui (Manila).
22 Al sig. Cornelius Kallen (Köln).
31 maggio Al sig. Jean Debroise (Bennes).
1 giugno Al sig. Jean Gauvin (Rennes).
2 luglio Al sig. Bernardino Brancaccio *(Italia).*
21 » Al sig. Ignazio Aronica *(Italia).*

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3 aprile 1982. Al sig. Renato Barbato *(Italia).*
7 **giugno » Al sig. Giovanni Cara (Roma).**
21 » » Al sig. Giovanni Pezzi (Faenza).
14 luglio » Al sig. Vincenzo Parente *(Italia).*

Il Cavalierato dell'ordine di san Silvestro Papa:

18 febbraio 1982. Al sig. Johannes Sobotta (Köln).
18 marzo » Al sig. Jakob Schlief (Köln).
1 giugno » Al sig. Fouad Kor (Kamichlié degli Armeni).
21 » » Al sig. Michele Bassi (Faenza).
» » » Al sig. Carlo Moschini (Faenza).
» » » Al sig. Francesco Vassura (Faenza).
» » » Al sig. Graziantonio Palasciano (Altamura).

NECROLOGIO

30 settembre 1982. Mons. Alberto Scola, Vescovo già di Norcia *(Italia).*
5 ottobre » Mons. Bryan Gallagher, Vescovo già di Port Pirie *(Australia).*
9 » » Mons. Wilhelm Kempf, Vescovo già di Limburg *(Repubblica federale tedesca).*
21 » » Mons. Georges Melançon, Vescovo già di Chicoutimi *(Canada)* .
24 » » Mons. Andrew Roborecki, Vescovo di Saskatoon degli Ucraini *(Canada).*
» » » Mons. Nicolas P. van der Westen, SS.CC, Vescovo già di Pangkal-Pinang *(Indonesia).*
26 » » Card. Giovanni Benelli, del Titolo di Santa Prisca, Arcivescovo di Firenze *(Italia).*
1 novembre » Mons. Vincent McCauley, C.S.C., Vescovo già di Fort Portai *(Uganda).*
» » » Mons. Vito Chang Tso-huan, Vescovo tit. di Ciane.

An. ei vol. LXXIV 3 Decembris 1982 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Statuta Commissionis Theologicae Internationalis forma stabili definitaque approbantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Tredecim anni iam elapsi sunt, ex quo Decessor Noster f .r. Paulus VI, voto obsecundans ab Episcoporum Synodo significato (cf. *Allocutio in Consistorio habita* die 28 Aprilis 1969, AAS 61 [1969], 431-432), Commissionem Theologicam Internationalem instituit. Decursu horum fere trium quinquenniorum, sacrae theologiae cultores, qui ad hoc officium vocati sunt, operam suam praestiterunt magna cum sedulitate atque prudentia, eorumque labores egregios sane fructus attulerunt. Hac de causa Summus Pontifex Paulus VI atque Nos ipsi libenti animo eos coram admisimus, ut paterna hortamenta impertiremus atque gratularemur de eorum studiis et laboribus, quorum quidem magna pars nota iam est, quippe quae publici iuris facta sit ex ipsius Pauli VI voluntate.

Anno MCMLXViiii statuta Commissionis Theologicae Internationalis «ad experimentum» adprobata sunt (cf. *AAS* 61 [1969], 540-541). Nunc autem iam tempus esse videtur, ut iisdem stabilis ac definita forma tribuatur, ratione habita experientiae hactenus acquisitae, ita ut Commissio munus sibi concreditum explere aptius possit, quale Paulus VI expresse descripsit in allocutione habita occasione oblata primae sessionis plenariae, cum asseruit « ad auxiliatricem praestandam operam

Sanctae Sedi ac praesertim Sacrae Congregationi pro Doctrina Fidei » (cf. *AAS ibid.,* 713 sq.) novum hoc Institutum conditum esse.

Ac revera Petrus ceterique Apostoli, itemque eorum successores in sacra Traditione — hoc est Romanus Pontifex et una cum ipso omnes Ecclesiae Episcopi — singulari omnino modo munus ac responsabilitatem Magisterii authentici acceperunt, iuxta Iesu Christi mandatum : «Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos ... docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi» *(Mt* 28, 19-20). Concilium autem Vaticanum II, praesertim in Constitutione dogmatica cui initium «Lumen gentium» (cap. III), hac in re totius Traditionis Ecclesiae vestigia premens, haec munera instar charismatum habet, quae eis robur, vim et authenticitatem conferant.

Attamen specificum hoc ministerium studio ac labore etiam indiget theologorum, ab iisque, secundum ipsius Pauli VI verba, exspectat « firmum auxilium ... perfunctioni officii a Christo Apostolis ipsius his verbis commissi : Euntes docete omnes gentes » (cf. *AAS ibid.,* 715). In optatis est, ut hoc ipsum auxilium peculiari et quasi « institutionali » modo afferatur a sodalibus Commissionis Theologicae Internationalis. Qui quidem, cum e pluribus proveniant Nationibus et necessitudines habeant cum diversarum gentium culturis, melius compertas habent novas quaestiones, quae sunt veluti veterum quaestionum novae facies, ac propterea melius etiam percipere possunt adspirationes ac mentis habitus hominum, qui hodie sunt ; iidem igitur multum conferre possunt ut, ad normam fidei a Christo revelatae et in Ecclesia traditae, profundiore aptioreque usque ratione propositis quaestionibus responsa dentur.

Itaque, omnibus mature perpensis, motu proprio ac Nostra apostolica auctoritate, nova statuta Commissionis Theologicae Internationalis praescribimus, ac decernimus quae sequuntur :

1. Commissionis Theologicae Internationalis munus est quaestionibus dectrinalibus magni momenti, illis praesertim, quae novum aspectum ostendunt, studere, atque sic auxiliatricem operam Magisterio Ecclesiae praebere, peculiarique modo Sacrae Congregationi pro Doctrina Fidei, penes quam instituta est.

2. Munere Praesidis Commissionis Theologicae Internationalis fungitur Cardinalis Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei Praefectus, qui tamen pro singulis sessionibus, urgente necessitate, alium moderatorem delegare potest.

3. Commissio Theologica Internationalis constat scientiarum theologicarum cultoribus e diversis scholis et Nationibus, qui scientia, prudentia et fidelitate erga Magisterium Ecclesiae praestant.

4. Sodales Commissionis Theologicae Internationalis a Summo Pontifice nominantur, cuius iudicio a Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, auditis Conferentiis Episcopalibus, proponuntur.

Ipsi ad quinquennium nominantur, quo expleto, rursus confirmari possunt. Numerus autem Sodalium summam triginta ne excedat, nisi in casibus particularibus.

5. Secretarius generalis Commissionis Theologicae Internationalis, proponente eiusdem Commissionis Cardinali Praeside, a Summo Pontifice ad quinquennium nominatur, et inter Consultores Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei adnumeratur. Expleto quinquennio, rursus confirmari potest.

Expedit autem ut Cardinalis Praeses, quantum fieri potest, inter Membra Commissionis consultationem instituat antequam nomina ad hoc munus aptorum Summo Pontifici subiciat.

Ad munus Secretarii generalis specialiter spectat coordinare labores necnon scripta evulgare ipsius Commissionis, sive tempore sessionum, sive ante et post earumdem sessionum celebrationem.

6. Secretarius adiunctus a Cardinali Praeside nominatur. Ipse adiuvat Secretarium generalem in eius munere ordinario, ac speciatim de rebus technicis et oeconomicis curam habet.

7. Coetus plenarius Commissionis Theologicae Internationalis semel saltem in anno convocatur, nisi adiuncta contraria hanc sessionem impediant.

8. Sodales Commissionis Theologicae Internationalis etiam scripto consuli possunt.

9. Quaestiones et argumenta studio expendenda a Summo Pontifice vel a Cardinali Praeside designantur. Proponi etiam possunt a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei, ab aliis Dicasteriis Curiae Romanae, a Synodo Episcoporum, a Conferentiis Episcopalibus. Servetur tamen praescriptum n. 136 Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae Universae.*

10. Ad praeparandum studium peculiarium quaestionum Cardinalis

Praeses speciales sub-commissiones e Membris illius argumenti singulariter peritis instituit.

Harum Sub-commissionum opus dirigitur a Membro electo a Cardinali Praeside, ita ut, collatis consiliis cum Secretario generali, praeparationem laboris Sessionis plenariae ducat. Hae sub-commissiones ordinarie minus quam decem Sodalibus constant, eaeque in speciali et brevi sessione praeparatoria etiam extra Urbem adunari possunt.

Alii quoque periti, si casus ferat, etiam non catholici, consuli possunt. Ii autem qui ad hanc consultationem vocantur, non fiunt Membra Commissionis Theologicae Internationalis.

Studio expleto, necnon in fine quinquennii, sub-commissiones a munere suo cessant. Sed iterum nominari aut renovari possunt pro subsequenti quinquennio.

11. Conclusiones, ad quas Commissio Theologica Internationalis in sessione plenaria aut in sub-commissionibus specialibus pervenerit, itemque, si opportunum videbitur, singula Membrorum vota, Summo Pontifici subicientur atque Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei usui tradentur.

12. Textus specifice adprobati a maiore parte Sodalium Commissionis Theologicae Internationalis publici iuris fieri possunt, si nihil obstat ex parte Apostolicae Sedis.

Textus, qui tantum generice adprobantur, ut opera personalia Sodalium Commissionis Theologicae Internationalis publicari possunt, sed minime secumferunt responsabilitatem ipsius Commissionis. Quae dispositio eo magis valet, si agatur de relationibus praeparatoriis necnon de votis peritorum extraneorum. Diversitas harum qualificationum in praesentatione textuum clare notificetur.

13. Sodales Commissionis Theologicae Internationalis, in rebus a Commissione tractandis, secundum illarum naturam et momentum secretum religiose servabunt, normis obsequendo, quae circa secretum sic dictum professionale vigent.

Res, quae pertinent ad collaborationem cum Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei sive collectivam sive individuam, secundum naturam rei, secreto proprio huius Congregationis vel secreto pontificio teguntur ad normam Instructionis de hoc Secreto (cf. *AAS* 66 [1971], 89-92).

Quaecumque a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus suosque integros effectus obtinere

a die i mensis Octobris huius anni, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam speciali mentione'dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vi mensis Augusti, anno MCMLXXXii, in Festo Transfigurationis D.N.I.C, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Petro Donders, sacerdoti professo Congregationis SS.mi Redemptoris, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex quo Christus Dominus ut homines salvos faceret descendit de caelis et homo factus in terris verusque omnium Magister maxima in peccatores misericordia est usus nec haesitavit aegros sanare et egenis subvenire aut angore confectis, nunquam defuerunt complures germani discipuli eius et Evangelii praecones, qui, tanti Magistri vestigiis insistentes, se potissimum ad eos converterunt, qui prae ceteris visi sunt digni mira Christi caritate. Neque dubitari potest quin, eiusmodi exemplum secutus, ipse Dei famulus Petrus Donders e Congregatione SS.mi Redemptoris iam nunc in Beatorum numero publice sit habendus. Is, cum Tiburgi in Hollandia die septimo et vicesimo mensis Octobris anno MDCCCIX natus esset, eo ipso die baptizatus est, die autem quarto decimo mensis Novembris anno MDCCCXXIII Confirmationis unctionem accepit. Etsi inde a pueritia se vocari a Deo sentiebat ut sacerdotium appeteret, accidit tamen ut, propter pecuniae inopiam, studia ad tempus intermiserit, ut patrem in textoris opere adiuvaret. Aetate vero duorum et viginti annorum in oppido vulgo ((Sint Michiels-Gestel » Seminarium Minus ingressus est tamquam alumnus-operarius privato sumptu eiusmodi studiis deditus, quae postea in Seminario Maiore plane complevit. Sacerdos anno MDCCCXLI factus, ut missionarius postero anno ad Hollandicam tunc Guianam profectus est et sedem in urbe Paramaribo habuit, statimque curas pastorales non solum in duo milia catholicorum ibi degentium, sed statutis diebus etiam in auctochthones servitutem adhuc servientes et in praesidiarios mi-

lites necnon in Indos variosque nigri coloris homines alacriter coepit conferre ; et maxime quidem omnibus eo tempore affuit, quo multi quadam pestífera febris contagione affecti moriebantur. Profecto illud « omnibus omnia factus» *(1 Cor* 9, 22), si verum fateri volumus, praedicari debet de clara praelaudati missionarii virtute. Qui in publico leprosorum valetudinario Batavo perquam efficacem navavit Cappellani operam, sive ante sive post quam Congregationis SS.mi Redemptoris sodalis est factus. Ut talis enim, eiusmodi religionis votis nuncupatis, ipse in suo missionarii munere permansit, quod, frequentioribus et gravioribus haud obstantibus cuiusque generis difficultatibus ipsoque mortis periculo, inter nigros Indos vulgo « Arauchi » et « Waros » et ((Caribi » appellatos tam impense explevit tantaque vi eosdem docuit viam salutis, ut tum leprosorum tum auctochthonum nigrorum superiore saeculo in Hollandica olim Guiana commorantium magnus apostolus meritissime nunc habeatur. Ibidem inter eos ipsos, quorum multos amando lucratus es Deo, fidelis ille Dei famulus, tam bene de Gentium evangelizatione meritus, qui praeterea iam ante mortem vir sanctus habebatur in terris, animam Deo reddidit die quarto decimo mensis Ianuarii anno MDCCCLXXXVii Bataviae, in Surinamia, exque eo tempore plurimi Christifideles corpus eius venerantur in Paramariboënsi cathedrali templo pie asservatum, tamquam corpus eius ipsius mirabilis viri, qui iam pridem ((sanctus Pater Donders » non sine causa appellari meruit. Cuius sanctitatis fama cum longe lateque, post eius mortem, percrebruisset, tandem processui beatificationis instruendo opera est data. Ordinaria inquisitione ab anno MCM ad MCMIII tam in dioecesi Buscoducensi quam in Paramariboënsi peracta, Decretum introducendae causae die quarto decimo mensis Maii editum est anno MCMXIII atque in memoratis dioecesibus Processus Apostolici anno MCMXIIII et MCMIX instrui coepti sunt. Posthac, cum Decretum die sexto decimo mensis Iulii anno MCMXXXIX editum esset de iuridiciali peractorum Processuum validitate a praestatutis coetibus exquirenda, tandem die vicesimo quinto mensis Martii anno MCMXXXXV Summus Pontifex Pius XII ve. me., ob felicem talis inspectionis exitum, denuntiavit Servum Dei Petrum Donders christianas virtutes heroum in modum coluisse. Post igitur quam ab alterius miraculi probatione veniam Paulus VI, Decessor Noster desideratissimus, benigne in annum sacri Iubilaei MCMLXXV concessit, statuere necesse fuit constaretne prius miraculum, venerabili Petro Donders intercedente, a Deo patratum esse. Hoc vero constare decreverat Processus canonicus apud Curiam Buscoducensem anno iam MCMXXXII expletus,

cuius ipsius validitatem Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum ratam habuit anno MCMLXXIII; quemadmodum, praeter eandem Sacram Congregationem, alter peritorum coetus anno MCMLXXIIII, alter autem anno MCMLXXVII patrati miraculi veritatem agnovit. Quorum sententia ac vota postero anno prius a Praelatis Consultoribus ad speciale concilium vocatis, postea ab Em.mis S. B. E. Cardinalibus in maximum seu plenarium consessum congregatis, confirmata sunt. Nos igitur, unanimis votis acceptis, per Decretum die quarto et vicesimo mensis Februarii anno MCMLXXIX editum statuimus de memorato miraculo revera constare in casu. Precibus deinde auditis Nobis adhibitis, petentes absolvimus ab altero miraculo argumentis probando, ita ut, permissu Nostro, ad ulteriora procedi posset in Beatorum honoribus venerabili Servo Dei Petro Donders decernendis. Die itaque praestituta, hodie mane acta est beatificatio tum eius, tum Mariae Rivier et Mariae Rosae Durocher, tum Angelae Mariae Astorch atque Andreae Bessette, qua re, in area ante Basilicam Petrianam patente, plurimis adstantibus fidelibus, hanc formulam inter Sacra elocuti sumus : « Nos, vota fratrum nostrorum, Ioannis Bluyssen, episcopi Buscoducensis, Ioannis Hermil, episcopi Vivariensis, Pauli Grégoire, archiepiscopi Marianopolitani, Francisci Xavier Azagra Labiano, episcopi Carthaginensis in Hispania, necnon plurium aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut venerabiles Servi Dei *Petrus Donders,* Maria Anna Rivier, Maria Rosa Durocher, Maria Angela Astorch, Andreas Bessette, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Petri Donders, die decima quarta Ianuarii, Beatae Mariae Rivier, die tertia Februarii, Beatae Mariae Rosae Durocher, die sexta Octobris, Beatae Mariae Angelae Astorch, die secunda Decembris, Beati Andreae Bessette, die sexta Ianuarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiii mensis Maii, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 94359.

II

Venerabili Dei Famulae Mariae Rosae Durocher, Fundatrici Congregationis Sororum a SS. Nominibus Iesu et Mariae in Canada, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sicut mater laetatur de filiis, qui fulgidissima eius sunt corona, ita Sancta Ecclesia de magna et innumerabili quidem turba gaudet Beatorum Sanctorumque Caelitum. Ii enim Dei sunt amici eorumque exempla virtutum Christifideles sibi aemulanda proponunt, quorum patrocinio in hoc arduo itinere ad supernam patriam se valde confidunt adiuvari. His vero merito potest adscribi Maria Rosa Durocher, quam hodie in Beatorum numerum sollemni declaratione Nostra rettulimus et Christifidelibus per virtutem imitandam proposuimus. Quae venerabilis Dei Famula, in saeculo Eulalia Durocher appellata, nata est die sexta mensis Octobris anno MDCCCXI in pago (c Saint-Antoine-sur-Richelieu », tunc intra fines dioecesis Quebecensis, in Canadensi dicione. Ultima fuit ex decem filiis, quorum tres sacerdotium sunt adepti, duae autem religiosam vitam susceperunt. Post primam formationem quam a parentibus et a Sororibus Congregationis «Notre-Dame» habuerat, quaerebat qualis esset sua in Ecclesia vocatio. Re mature perpensa, statuit uni Deo adhaerere evangelica sequendo consilia. Quare eiusdem Instituti Sororum collegium Marianopolitanum est ingressa ut inde ad novitiatum transiret, sed infirmae valetudinis causa ab eo discessit. Posthac fratri suo parocho inservivit, fungens quoque munere moderatricis paroecialium operum rei subsidiariae administrandae. Interea eximiorum pietatis magistrorum usa consiliis, propriae sanctitati intendit, ac praesertim sollicita de rudibus catholicae doctrinae inscientibus, puellarum et adulescentium consociationem incepit, quae prima Congregatio Mariana paroecialis in Canada exstitit. Anno autem MDCCCXLIV, quo aptius puellarum curae et institutioni provideretur, probante Ignatio Bourget, Episcopo Marianopolitano, atque faventibus Missionariis Oblatis B. M. V. Immaculatae Congregationem Sororum a SS. Nominibus Iesu et Mariae in pago « Longueuil » condidit. Quae progrediente aetate in nonnullas Nationes diffusa est, cui ut Antistita ipsa sapienti consilio praefuit, haud levibus difficultatibus non obstantibus. Demum anno MDCCCXLIX, aetatis suae xxxvni, die sexta mensis Octobris, post diuturnum morbum patienter toleratum piis-

sime obdormivit in Domino. Brevi tempore vixit, attamen brevi ad perfectionem pervenit «explens tempora multa» (Cfr. *Sap* 4, 13), ut egregius Praesul et Pastor Ignatius Bourget, quem diximus, anno MDCCCLXXX de ea ita scripserit : « Illam equidem tamquam Sanctam invoco atque fore confido ut Dominus eam coram hominibus glorificet efficiens ut eidem ab Ecclesia Beatorum honores tribuantur». Si enim decursus vitae Famulae Dei respicitur, ea « fortis virili pectore » mulier fuisse cognoscitur. Nam « omnibus omnia facta » (Cfr. ***1 Cor*** 9, 22) etiam per aspera ad altiora usque tetendit atque tum Ecclesiae tum societati profuit iugiter parata fratres in angustiis iuvare iisque in necessitatibus subvenire. Peculiaribus quidem virtutibus eam constat fuisse praeditam praecipue humilitate et prudentia, quibus institutoriam « missionem » obiret suam arctam servando unitatem cum sacra Hierarchia. Semet ipsam abnegans, sororibus maximam reverentiam praestitit, cumque iis ad aedificationem Ecclesiae in Canada operata est. Castitatem sancte coluit, paupertatem dilexit, Regulae normas observavit oboediens. In oratione sedula, Eucharistiae et Deiparae Virginis amantissima fuit : vera Christi discipula, imitatrix et sponsa. Nil ergo mirum si Servae Dei sanctitatis et miraculorum fama post ius mortem invaluerit. Cum autem illa cresceret in dies, processus ordinarius apud Marianopolitanam Curiam annis MCMXXVII-MCMXXIX instructus est. Dein, actis Romam transmissis, causa demandata fuit Sectioni Historicae Sacrae tunc Rituum Congregationis. Anno vero MCMLXXII die septima mensis Octobris, Paulus VI, Decessor Noster, statuit causam Servae Dei rite esse introducendam. Inde de eius virtutibus est disceptatum, quas eam heroum in modum exercuisse Nos ediximus decreto die decima tertia mensis Iulii anno MCMLXXIX lato. Ad miracula vero quod attinet, una e sanationibus intercessioni Famulae Dei tributis proposita est, videlicet subitanea sanatio Beniamini Modzel a traumaticis laesionibus abdominalibus et gravi statu vulgo « shock ». Quam sanationem verum fuisse miraculum Nos declaravimus per decretum die secunda mensis Aprilis hoc anno promulgatum, eximentes actores a lege alterius miraculi exhibendi, cognita Servae Dei fama signorum. Post haec statuta est dies ad sollemnem Beatificationem tum eius tum Petri Donders, Mariae Annae Rivier, Mariae Angelae Astorch, Andreae Bessette. Hac mane igitur in foro S. Petri inter missarum sollemnia hanc Beatificationis formulam recitavimus ; « Nos, vota Fratrum Nostrorum, Ioannis Bluyssen, episcopi Buscoducensis, Ioannis Hermil, episcopi Vivariensis, Pauli Grégoire, archiepiscopi Marianopolitani, Francisci Xavier Azagra La-

biano, episcopi Carthaginensis in Hispania, necnon plurium aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut venerabiles Servi Dei Petrus Donders, Maria Anna Rivier, *Maria Rosa Durocher,* Maria Angela Astorch, Andreas Bessette, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Petri Donders, die decima quarta Ianuarii, Beatae Mariae Rivier, die tertia Februarii, Beatae Mariae Rosae Durocher, die sexta Octobris, Beatae Mariae Angelae Astorch, die secunda Decembris, Beati Andreae Bessette, die sexta Ianuarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti)). Faxit Deus ut Beatae Mariae Rosae vestigia sectantes nos quoque caelorum agminis mereamur esse participes. Quae vero statuimus ab omnibus rata volumus haberi, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Maii, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLIJ *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B Sigilli
In Secret. Status tab., n. 9/j690.

III

Paroeciale templum Sanctae Margaritae in archidioecesis Coloniensis loco « D uesseldorf-Gerresheim » exstans, ad Basilicae Minoris gradum evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sacras metropolitanae Ecclesiae Coloniensis aedes admodum refulgere novimus paroeciale templum Sanctae Margaritae dicatum, quod vetustate, Romanico architecturae genere, quod dicunt, necnon pulchritudine clarum, in loco « Duesseldorf-Gerresheim » exstat. Ibi praeterea insignes reliquiae pie servantur et Eucharisticum Sacrificium cum divinis officiis frequenti etiam concursu fidelium, scholae cantorum ac puerorum ministrantium decore peragitur. Qua re cum Venerabilis Frater Noster Iosephus S. R. E. Cardinalis Höffner, Archiepiscopus Coloniensis, litteris datis die xvi mensis Iunii hoc anno, preces et vota cleri populique sui expromens, ab hac Apostolica Sede petivisset ut templum, quod diximus, Basilicae Minoris titulo insigniremus, Nos istius expostulationi Pastoris, libenti quidem

animo censuimus obsecundare. Ea igitur probantes quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, hac in re statuerit, Apostolica Nostra auctoritate paroeciale templum Sanctae Margaritae sacrum, in loco « Duesseldorf-Gerresheim » intra fines Ecclesiae Coloniensis positum, in numerum Basilicarum Minorum redigimus, cum omnibus iuribus et privilegiis congruentibus, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII editum, servanda sunt. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Septembris, in festo Exaltationis Sanctae Crucis, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tal., n. 9/^966.

IV

Imago B. M. V. **a Rosario, quae ab Ecclesia Verae Crucis colitur et in paroeciali sacello loci vulgo « Alvarado » asservatur, pretioso diademate redimitur.**

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Memoriae plane proditum est praeclarum B. M. V. a Rosario simulacrum, quod in paroeciali sacra aede loci ((Alvarado » vulgo dicti pie asservatur, inde a saeculo xvn magna veneratione in quadam potissimum regione dioecesis Verae Crucis assidue excoli a tot dilectis filiis. Simul autem constat plura eius sacra atque sollemnia tum mense Octobri tum mense Maio impensa cum exsultatione et immutata religione ibi celebrari necnon frequentiores esse Christifideles ad eiusmodi sacellum accurrentes ut tantae Matri amanter supplicent divinaque auxilia per eius intercessionem fidenti animo implorent. Quibus consideratis, Venerabilis Frater Iosephus Guadalupe Padilla Lozano, Episcopus et pastor Verae Crucis, ceteris Mexicanis Praesulibus idem omnino sentientibus, nuper, sua suique cleri ac populi vota expromens, a Nobis petere non dubitavit, ut memoratam B. M. V. imaginem pretioso diademate redimire sibi liceret Nostro nomine et auctoritate. Nos igitur, qui vehementer cupimus ut cultus amorque erga

B. M. V. magis magisque in omni Populo Dei excitetur, consiliis cum Sacra Congregatione pro Sacramentis et Culto Divino collatis, de plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae hasce per Litteras probato quem diximus Episcopo potestatem facimus, ut isti venusto simulacro Beatae Mariae Virginis a Rosario, quod in templo loci « Alvarado » nuncupati asservatum fideles Ecclesiae Verae Crucis mira pietate venerantur, pretiosam ipse coronam imponat, de ritu ac formula praescriptis servatis. Contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xv mensis Septembris, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £g Sigilli
In Secret. Status tab., n. 9//813.

V

Effigies B. M. Virginis a Rosario, quae in cathedrali templo Altensi servatur, pretioso diademate redimitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo in honore Beatissima Virgo Maria sit per horum annorum decursum inter communitatem Altensem habita semper quantaque veneratione pariter exculta, significanter ostendunt titulus ipse Patronae caelestis eiusdem dioecesis, quae videlicet Beata Virgo Maria est a Sancto Rosario appellata, simul gratiosum illius Patronae signum quod publicae pietati frequentiorum usque fidelium in cathedrali eorum templo exponitur. Utilitate igitur spiritali degentium istic catholicorum permotus certaque etiam spe ductus fore ut multiplicata erga propriam Patronam obsequia in fidelium vicissim bonum maius cederent, petivit suo tempore Venerabilis Frater Ansgarius García Urízar, Praesul nempe Altensis, cum suis profecto cleri ac populi vota componens, ut facultas daretur Venerabili Fratri Nostro Mario S. R. E. Cardinali Casariego, archiepiscopo Guatimalensi, simulacrum illud Nostro nomine et auctoritate coronandi. Nos autem, collatis rite cum Sacra Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino consiliis, arbitrati sumus his precibus convenienter omnino satis fieri posse. Litteris itaque hisce Nostris atque auctoritate apostolica Venerabili Fratri Nostro quem memoravimus partes libenter committimus

ut effigiei Beatae Mariae Virginis a Rosario, in cathedrali aede dioecesis Altensis servatae, pretiosum diadema Nostro imponat nomine secundum ritum formulamque praestitutam. Valde interea futurum confidimus ut hoc pacto eiusdem templi immo et universae illius communitatis fideles ad praeclaram Dei Genetricem in Sacri Rosarii mysteriis eminentem magis magisque honorandam ac frequentandam incitentur. Contrariis quibuslibet haud obstantibus rebus.

Datum Romae apud S. Petrum die xx mensis Septembris anno MCMLXXXII Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco gg Sigilli
In Secret. Status tab., n. 95SS0.

HOMILIAE

I

In Vaticana basilica habita, ob decretos Venerabilibus Dei Servis Salvatori Lilli et Sociis eius atque Ioannae Jugan Beatorum caelitum honores.*

1. Grande è la gioia della Chiesa per l'elevazione agli onori degli altari di alcuni luminosi suoi figli : il Beato Salvatore Lilli, dei Prati Minori, e la Beata Jeanne Jugan, Fondatrice delle Piccole Sorelle dei Poveri. Un italiano ed una francese, al primo dei quali sono associati sette cristiani della Turchia Orientale (Armenia minore), martiri della fede.

È significativo che la Beatificazione del Padre Salvatore Lilli, missionario francescano della Custodia di Terra Santa e parroco di Mujuk-Deresi, avvenga proprio oggi, vigilia della Festa di San Francesco d'Assisi.

Nel settimo centenario della morte del Santo di Assisi, nel 1926, il mio Predecessore Piò XI volle sottolineare l'unione che lega il Serafico San Francesco alla terra di Gesù, beatificando otto francescani della Custodia, uccisi a Damasco nel 1860. Oggi, nell'anno otto volte centenario della nascita di San Francesco, un altro suo figlio, anch'egli impe-

*** Die 3 m. Octobris a. 1982.**

gnato pastoralmente in terra d'Oriente, è elevato agli onori degli altari, insieme a sette suoi parrocchiani martiri.

2. La cronologia del Beato Salvatore è semplice, ma ricca di fatti che attestano il suo grande amore a Dio ed ai fratelli ; essa culmina col martirio che venne a coronare una vita di fedeltà alla vocazione francescana e missionaria. Dei sette Soci nel martirio conosciamo i nomi, le famiglie e l'ambiente di vita : erano umili contadini e ferventi cristiani, provenienti da una stirpe che ha conservato attraverso i secoli integra la propria fedeltà a Dio ed alla Chiesa, nonostante momenti difficili ed a volte anche drammatici.

Fra quella gente umile il giovane missionario si immerse con dedizione totale, realizzando in breve tempo quanto poteva sembrare impensabile agli altri. Fondò tre nuovi villaggi per riunire i nuclei familiari dispersi, allo scopo di meglio proteggerli ed istruirli ; provvide all'acquisto di un vasto terreno per dare un lavoro ed un pane a chi ne era privo e promosse con tenacia l'istruzione dei giovani. Soprattutto impresse un ritmo più intenso alla vita religiosa dei suoi parrocchiani, che si sentivano trascinati dal suo esempio, dalla sua pietà e dalla sua generosità; i suoi preferiti erano gli ammalati, i poveri, i bambini.

Saggio consigliere e solerte promotore di opere sociali, era aperto a tutti : cattolici, ortodossi, musulmani ed a tutti sapeva offrire, col sorriso, il suo servizio; per questo era particolarmente amato dai suoi fedeli, stimato e rispettato dagli altri.

Durante poi l'imperversare del colera, il suo apostolato si illuminò di carità eroica: fu nello stesso tempo sacerdote e medico. Incurante del contagio, passava di casa in casa assistendo moralmente e materialmente gli ammalati. In questa circostanza scrisse alla sorella, religiosa trinitaria : ((Mi sentivo un tale coraggio che l'andare presso il coleroso, soccorrerlo, amministrargli medicine, ecc. mi sembravano cose ordinarie ». E ne indicava la chiara motivazione : il sacerdote pieno di fede in Dio non teme i pericoli e « corre ad alleviare il misero fratello che tante volte si trova abbandonato anche dai suoi più cari».[1]

Quando insorsero con violenza i sintomi premonitori della tempesta che si avvicinava minacciosa, i confratelli esortarono il Padre Salvatore a riparare in luoghi più sicuri. Gli stessi abitanti della zona, preoccupati per la vita del loro Padre, insistettero perché si ponesse in

[1] **Lettera alla sorella Suor Maria Pia, religiosa trinitaria, 4 dicembre 1890.**

salvo. La risposta di Padre Lilli fu calma e decisa : « Non posso abbandonare le mie pecorelle ; preferisco morire con loro, se è necessario » ;[2] e rimase nella stazione missionaria.

Il 19 novembre 1895, i militari entrarono nella casa parrocchiale e il comandante pose subito l'alternativa : o rinnegare Cristo, o morire. Chiara e ferma fu la risposta del sacerdote che dovette per questo subire una prima esplosione di violenza : alcuni colpi di baionetta che ne fecero scorrere il sangue.

Tre giorni dopo, il Religioso e sette suoi parrocchiani furono condotti via dalla truppa ; marciarono per due ore ; vicino ad un torrente furono fatti fermare ed il colonnello propose per l'ultima volta di scegliere fra l'abiura e la morte : ((All'infuori di Cristo non riconosco alcuno», disse il padre. Non meno nobile fu la risposta degli altri Martiri : « Uccideteci, ma non rinnegheremo la nostra religione ».[3]

Per primo fu ucciso il Beato Salvatore, trafìtto dalle baionette dei soldati : immediatamente dopo, gli altri sette subirono la medesima sorte.

3. Questo missionario francescano ed i suoi sette fedeli parlano con eloquenza incisiva al mondo di oggi : sono per tutti noi un salutare richiamo alla sostanza del cristianesimo. Quando le circostanze della vita ci pongono di fronte alle scelte fondamentali, fra valori terreni e valori eterni, gli otto Beati Martiri ci insegnano come si vive il Vangelo, anche nelle contingenze più difficili.

Il riconoscere Gesù Cristo come Maestro e Redentore implica l'accettazione piena di tutte le conseguenze che nella vita derivano da tale atto di fede. I Martiri, elevati oggi agli onori degli altari, vanno onorati imitandone l'esempio di fortezza e di amore a Cristo. La loro testimonianza e la grazia che li ha assistiti sono per noi motivi di coraggio e di speranza : ci assicurano che è possibile, di fronte alle più ardue difficoltà, seguire la legge di Dio e superare gli ostacoli che si incontrano nel viverla e metterla in pratica.

1 nostri Beati Martiri hanno vissuto in prima persona le parole rivolte da Gesù ai suoi discepoli : <(Chiunque mi renderà testimonianza davanti agli uomini, gli renderò testimonianza davanti al Padre mio che è nei cieli».[4] Il Beato Salvatore ed i suoi compagni hanno subito

[2] ***Positio super Martyrio Summarium,*** **teste III, ad art. 16, pag. 36.**

[3] ***Positio super Martyrio, Summarium,*** **teste V pag. 53 ad 8.**

[4] *Mt* **10, 32.**

la morte per rendere la loro eroica testimonanza a Cristo di fronte al mondo : il Signore ha reso loro la sua testimananza davanti al Padre con la vita eterna.

Questa lezione, insieme a quella della carità eroica della Beata Jeanne Jugan, sia di sprone a tutti i battezzati per una vita cristiana sempre più coerente e sempre più generosa al servizio del Signore, della Chiesa e dell'uomo.

